This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K. K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

*48.W.9

Digitized by Google

*. 112-74-9.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ANTONII MVRETI PRESBYTERI COMMENTARII IN ARISTOTELIS X. LIBROS ETHICORVM ad Nicomachum, & in Oeconomica.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBRI SEPTIMI, ET IN EVNdem Alexandri Aphrodisiensis commentarij interpretatio.

COMMENTARIVS IN LIB. I. ET II. PLATONIS DE REPVB.

NOTÆ IN CYROPÆDIAM ET ἀνάβασιν Xenophontis.

Accesserunt

Eruditi cuiusdam Notæ & Variæ lectiones in Georgium Codinum Curopalatam de officiis palatij Constantinopolitani.

Omnia nunc primum è m. s. edita.

Anno M.DCII.

Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest.

Ingolstadij, Excudebat ADAM SARTORIVS.

Digitized by Google

KAISERLICHE KÖNIGLICHE
WIEN
HOFBIBLIOTHEK

Digitized by Google

ILLVSTRI ET GENEROSO DOMINO, D. MATTHIÆ FVGGERO BARONI IN KIRCHBERG ET WEISSENHORN, &c.

Domino meo clementißimo.

MIrantur multi quę incuria hominum, quęue iniuria temporum fuerit, quod præclariſſimorum ingenjorum tot vetera monumenta perierint. Quis enim, vt ex mille vnum nominem, non miretur hiſtoriam Plinij de bello Germanico Germanis & Romanis, & vtrorumque gloriæ æternum periiſſe. Mirantur, inquam, & dolent huiuſmodi iacturam multi, cum quibus ego pariter

Digitized by Google

doleo, non tamen æque miror; cum videam etiam hodie non paucos nostri æui doctissimorum fœtus, antequam lucem viderint interiisse. Et hęc ipsa elegantissima opuscula, quæ hic typis excusa damus, perierant, nisi illa Andreas Schottus Societatis IESV, Mureti admirator, ex sparsis schediasmatis, quorum multa ipsius Mureti manu exarata erant, collegisset, thesaurique loco conseruasset. Hæc vbi mihi oblata sunt, auide viri summi reliquias hasce acceptaui, pręsertim cum eruditorum iudicio compererim, inter omnia quæ Muretus elegantissime & doctissime scripsit, hæc pleraque palmam tenere. Quæ bono publico literario hic damus, si non emendatissime, vt voluimus, causa est, quod sparsa folia Sibyllæ fuerint, male habita, lacera, excusa, vno verbo iam iam interitura, nisi, de quo dixi, Schot-

Digitized by Google

Schottus, & nobilis amplissimusque Dominus Marcus Velserus Duumuir Augustanus illa ab interitu vindicassent; quibus tanto maiores gratias habemus, quanto maiore amore omnes docti omnia Mureti amplectuntur, maxime ea quæ lucem nusquam vnquam viderunt; inter quę propediem etiam, quæ supersunt, & quorum mentione eruditorum desiderium acuo, dabo; vt sunt Commentarij in primum & secundum Rhetoricorum Aristotelis. In Ciceronis libros quinque de Finibus. In primam Tusculanarum. In Orationem pro Deiotaro. In Officia Ciceronis. Quæ omnia eo acceptiora erunt, spero, eruditis, quo minus hæc expectabant, sed periisse tanti viri, tam elegantes lucubrationes dolebant. Editus quoque non ita pridem est Georgius Codinus Curopalata de officiis palatij Con-

Digitized by Google

ſtantinopolitani, quem interpretandum, & vt ipſi videbatur, illuſtrandum ſuſcepit Franciſcus Iunius. Sed quam vellem ego, & pariter mecum docti, vt doctiori alicui hoc munus obueniſſet. Vere enim patet, quam hic Caluiniſta, alia omnia audax & impudens, etiam hic ſui ſimilis fuerit. qui vel in vno elegantiſsimo libello edendo opinionem ſuam variæ eruditionis, qua turgere videri vult, ventum fecit. Ita bonus Curopalata male ab imperito Caluiniſta habitus eſt. Ex quibus erroribus aliquos eruditus quidam raptim notatos, & in Varias Lectiones è m. ſ. codicibus coniectos mihi tradidit, ego iuri publico; donec forte plenior editio Curopalatæ apparetur. Porro cum mecum perpenderem, ſub cuius potiſsimum patrocinio hæc omnia euulgarem, occurrit Generoſa Dominat.

Veſtra,

Digitized by Google

Vestra, cuius nomini si inscriberem, certus eram fore vt ornatissimo Mureto nouum ornamentum accederet. Quis enim vel nomine FVGGERI audito, non illico magnum aliquid excelsumque animo concipit, in quam illustrem familiam omnia animi, corporis, fortunæque bona confluxerunt, & quicquid in opum censu est, id hic conquieuisse videtur, non sine æterna summæ virtutis laude atque commendatione. Et quia bono publico literario typographium meum, hæreditaria laude à parente accepta seruit, decuit omnino vt inde aliquid depromerem, & debiti obsequij ergo offerrem Generosæ Dominat. Vestræ ex illa familia prognatæ, quæ bono publico totius Ecclesiæ Catholicæ floret æternumque florebit: ita nos sperare iubent præclare facta virtutesque, quibus quotidie magis magisque

Digitized by Google

gisque efflorescit. Generosa Dominat. Vestra benigne hoc, quicquid est, acceptet, meque meosque fauore, atque beneuolentia prosequi dignetur: Ingolstadij 24. Aprilis. Anno 1602.

Generosæ Dom. Vestræ

addictissimus

ADAM SARTORIVS.

M. ANT.

Digitized by Google

M. ANT. MVRETI IN PRIMVM LIBRVM ETHICORVM ARISTOTELIS AD NICOMACHVM.

Πᾶσι τέχνη καὶ πᾶσι μέθοδος.]

Commentarius.

I.

FINIS est, qui impellit ad agendum: quique omnibus in rebus initiò considerandus est. quare præclarè, vt solet, Aristoteles huius doctrinæ, qua humanæ actiones diriguntur, principium à fine bonorum omnium ducendum putauit.

II. Simul quia, vt ait Hesiodus, aspera, & difficilis est via ad virtutem, ne eius asperitate deterreantur animi, proponendus est finis, quo nihil pulchrius, aut melius, aut iucundius cogitari potest: vt spe illius consequendi, labores & suscipiantur libentius, & facilius ac constantius perferantur. Quare hoc primo libro de fine bonorum, siue de felicitate disseritur, & confutatis quibusdam prauis de ea opinionibus, vis ac natura illius explicatur.

III. Sed antequã ingrediatur in disputationem, breui quodam eodemq; admodũ necessariò proœmio vtitur.

Digitized by Google

IV. Sunt autem duo genera proœmiorum, vnum cum ea re, qua de agitur, connexum, cohærens, coniunctum, quod rectè mihi posse vocare videor συμφυὲς, ex ipsa rei natura ductum: alterum ornandi tantùm sermonis, & oblectandi lectoris gratia quæsitum, quod παρέδικτον vocemus licet. Hoc Plato, & eum secutus Cicero, illo Aristoteles vti solet. Constat autem proœmium huius libri partibus tribus: quarum in prima ostenditur, aliquem esse finem bonorum, ad quem alia referenda sint, eiusq; cognitionem admodum vtilem esse, atq; ad politicen pertinere. In secunda, non esse exigendam in his rebus limatam illam, & exquisitam docendi subtilitatem: sed satis esse, si omnia tractentur ὡς ἐν τύπῳ. Postremò, cuiusmodi esse oporteat eum, qui maximo cum fructu ad hanc philosophiam audiendam accedere, & de illius præceptis optimè iudicare possit.

V. Summo autem iudicio hæc proposuit. tria enim hæc ad omnem disputationem constituendam concurrere necesse est: rem de qua dicitur, eum qui disputat, & eum qui audit.

VI. Ac quoniam inuestigandum sibi proposuerat, quid esset vltimum rerum expetendarum, prius ostendendum fuit, in eis esse aliquid vltimum. nam quæstio sit néc ne res, præcedit eam, qua, quid ipsa sit, quæritur: vt in analiticis docetur. ac nisi aliquid esse aut per se constet, aut probetur, in quærendo quid sit, omnis frustra sumatur labor.

VII. Ita igitur docet Aristoteles, esse aliquod summum hominis bonum. Omnes artes, scientiæ, facultates,

Digitized by Google

tes, omnia deniq; quæ ab hominibus suscipiuntur, quæq; fiunt, ad bonum aliquod diriguntur, idq; tanquam finem sibi propositum spectant.

VIII. Ferè autem fit, vt, cùm finem aliquem consecuti sumus, eum ipsum finem dirigamus ad alium, illumq; rursus ad aliũ, & sic deinceps, ita vt assiduè prior finis quasi gradus quidam sit ad posteriorem assequendum. exempli caussa. Fodit aliquis terram, vt ferrum ex eius visceribus eruat. huius igitur finis est, reperire ferrum: sed ferrum quoq; ipsum non nisi propter aliquem vsum expetitur. ergo erutum traditur fabro, qui illud igne mollit, imponit incudi, malleo tundit, limat, acuit, donec ex eo conficiat aliquid: verbi caussa, scalpellum. Scalpellus igitur hic totius illius molitionis atq; operæ fabrilis finis est. At ipse quoq; refertur aliò, nempe ad vsum medici, qui eo vtitur ad incidendã venam. Rursum venæ sectio aliò pertinet, nempe ad sanguinem, aut qui redundat, minuendum, aut qui vitiosus est, detrahendum. Sanguinis missio ad morbum aut vitandum, aut tollendum, aut leuandum. Morbi vitatio, leuatio, depulsio, est illa quidem optanda etiam per se: sed tamen eò quoq; refertur, ne impediantur actiones. Rursus actiones ipsæ aliæ ad lucrum referũtur, aliæ ad gloriam, aliæ ad honestatem, aliæ ad voluptatem, aliæ aliò. Aut igitur semper ex aliis finibus in alios atq; alios progrediendum est, aut reperitur tandem vltimus aliquis finis, ad quem cæteri omnes dirigantur. At illud quidem esse non potest. Sequeretur enim infinitos esse fines: & cùm infinitũ peragrari non

Digitized by Google

possit, vt est in tertio Physicorum: natura, quae nihil facit frustrà, vt innumerabilibus locis ab Aristotele docetur, frustra indidisset, atq; ingenuisset homini illam, quae nunquam ad vltimum peruenire posset, boni appetitionem. Est igitur aliquod vltimũ atq; extremum bonorum: seu, quod idem est, summum bonum.

Πᾶσα] *Hic annotant interpretes prope sollemne esse Aristoteli, vt libros suos à prouuntiatis vniuersè affirmantibus exordiatur. Sic in Physicis, in libris de sapientia, de animo, in posterioribus analyticis. & sanè maxima dignitas est in hoc genere enuntiationum. nam & affirmatio negationi praestat, & ea quae de toto genere est, ei quae de aliqua generis parte.*

Τέχνη] *Sexto horum librorum propriè loquitur περὶ τῆς τέχνης, & eam definit ἕξιν ποιητικὴν μετὰ λόγου. at hic latius patet hoc nomen, ita vt artis & methodi vocabulis omnis cuiusq; generis cognitio intelligatur. quod idem apertè ostẽdit infra ἐπειδὴ πᾶσα γνῶσις, &c. Confunduntur autem hoc loco hae voces τέχνη, μέθοδος, ἐπιστήμη, ἀρετὴ, δύναμις: & propè sine vllo discrimine capiuntur. Τέχνην igitur rectè hoc loco definit Eustratius σύστημα ἐγκαταλήψεων ἐγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὐχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ. qua definitione etiam illae includuntur, quae nullum opus, quod permaneat, efficiunt: sed tantùm in agendo sunt occupatae: vt ῥητορικὴ, ἱππικὴ, & similes. at ipse postea sibi non constat, & ita loquitur, quasi Aristoteles τέχνης nomine hoc loco eas tantùm artes intelligat, quarum est ἔργον τὶ παρὰ τὴν ἐνέργειαν. quem ipsum errorem posteriores quoq; secut i*

Digitized by Google

cuti videntur. Illam autem artis definitionem antiquam esse opinor. Lucianus enim in dialogo, quo parasitorum artem quandam esse contendit, eam tanquam à vetere aliquo sapiente proditam ponit.

Μέθοδος] doctrinam verterunt. rectè. dummodo ita accipias doctrinam, vt Cicero, cùm Rhetoricam vocat doctrinam dicendi. At B. Thomas, & alij ita acceperunt hoc nomen, quasi græcè scriptum esset διδασκαλία, Μεθόδου quoque nomen apud Græcos duobus modis accipitur. interdum pro ratione & via, quam in tradendis artibus sequimur. vt infrà, principio libri quinti, & cùm Galenus principio artis medicæ dicit, τρεῖς εἰ) μεθόδους τάξεως ἐχομένας. Interdum pro quolibet habitu, qui res sibi propositas, adhibita ratione considerat. quâ definitionem Alexandro tribuit Simplicius in primum de cœlo, his verbis. Μέθοδός ὅτιν, ὥς φησιν Αλέξανδρος, πᾶσα ἕξις θεωρητικὴ τῶν ὑφ' ἑαυτὸν μετὰ λόγου, τουτέστι μετὰ αἰτίας. hoc autem posteriore modo hic accipienda est.

Πεᾶξίς τι] Eustratius hoc loco definit πεᾶξιν, τὸν μετὰ πεοαιρέσεως ἀνθρώπου ἐνέργειαν. quod non probo. nam si πεοαίρεσις contineretur in definitione πεάξεως, & esset de essentia illius, frustrà statim adderetur, καὶ πεοαίρεσις. Deinde quòd sequeretur ea, quæ fiunt per iram, aut per cupiditatem, nõ esse πεάξεις, neq; bonum appetere: quorum vtrumq; falsum est. nam & agit, & obiecta alicuius boni specie mouetur. rectius igitur dicemus, πεᾶξιν εἰ) ἐνέργειαν ἀνθρώπου μηδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ ἔργον ἀπολείπουσαν, ἀρχὴν καὶ τέλος ἀφωρισμένον ἔχουσαν.

Digitized by Google

in eo enim, quod nullum ex se opus relinquere dicitur, distinguitur ἀπὸ τῆς ποιήσεως. quæ præterea addita sunt, cur addita sint, non multò pòst intelligetur.

Καὶ προαίρεσις] *Alij vertunt electionem, alij delectum, alij propositum, alij consilium. Cicero de finibus videtur alicubi vocasse susceptionem. Omnino nullum verbum latinum reperiri potest, quo vbiq; aptè & commodè exprimatur προαίρεσις. De ea autem disputabitur libro tertio.*

Ἀγαθοῦ τινὸς] *Non omnia idem bonum sibi proponunt. sed alia hoc, alia illud. ideo addit τινός.*

Ἐφίεσθαι] *quomodo ars & actio, & cetera, quæ proposita sunt, appetere dicuntur? Respondeo, aut tralatum esse, aut abstracta, vt grammatici loquuntur, accipienda esse pro concretis. Simplicius in primum Physicorum, distinguit ἔφεσιν καὶ ὄρεξιν, hoc modo. ὅπερ ὄρεξις ἐν τοῖς ἐμψύχοις, τοῦτο ἐν τοῖς ἀψύχοις, φυσικοῖς δὲ, ἔφεσις.*

Δοκεῖ] *δοκεῖ δὲ ἔφη, οὐχ ὡς ἀμφισβητῶν, ἀλλ' ὡς καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ὁμολογούμενον. Simplicius in primum de animo, ἢ διά τινα φιλόσοφον εὐλάβειαν. vt ait idem in primum de cœlo, aut quia tota hæc doctrina in verisimilibus posita est. aut quod non omnes reuera sequuntur bonum, sed omnes tamen id sibi facere videntur.*

Ἀπορίαι καὶ λύσεις.

Πᾶσα τέχνη] *I. Etiámne artes lenonum, veneficorum & similes? Illæ verò indignæ sunt artis nomine. nam neq; agunt μετὰ τοῦ λόγου, τοῦ ὀρθοῦ, neq; referuntur πρός τι τέλος εὔχρηστον, τῶν ἐν τῷ βίῳ. non igitur com-*

prehen-

Digitized by Google

prehenduntur hoc nomine αἱ κακοτεχνίαι, αἱ ψευδοτεχνίαι, αἱ ματαιοτεχνίαι.

Πρᾶξις] II. *Etiámne latrones, sicarij, parricidæ, aliiq́ eiusmodi? Planè. Sequuntur enim quiddam, quod ipsis errore ductis bonũ videtur. vt lucrum, vindictam, aut tale quid. Bonum autem hic dicitur, quod aut est, aut videtur. Sic enim in primo* πολιτ. ἓν γὰρ δοκοῦντος ἀγαθοῦ χάριν πάντα πράττουσι πάντες. *& secundo Phys. cùm dixisset,* τὸ τέλος ἀγαθὸν εἶναι, *addit:* διαφερέτω δὲ μηδὲν αὐτὸ εἰπεῖν ἀγαθὸν, ἢ φαινόμενον ἀγαθόν. *idem iisdem verbis est* ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν μετὰ τὰ φυσικά.

III. *Quid qui se interficiunt? Respondeo, ij quoque liberationem à malis, in quibus aut sunt, aut futuros se vident, tanquam bonum quiddam sequuntur. Aut famam post mortem, vt Cleombrotus, vt ij qui redibant à disputatione Hegesiæ, vt Codrus, vt Decij, vt Curtius, vt Lucretia, vt mulieres Indorum, vt Gymnosophistæ, vt Empedocles.*

IV. *Quid incontinens? hic quoq́ sequitur bonum, non quod* προαιρεῖται, ἀλλὰ οὗ ἐπιθυμεῖ.

V. *Quomodo* πᾶσα πρᾶξις ἐφίεταί τινος, εἰ αὐτὴ ἡ εὐδαιμονία πρᾶξίς ἐστι; *hoc enim sæpe docet Aristoteles. vt sexto horum.* τῆς μὲν ποιήσεως ἕτερον τὸ τέλος. τῆς δὲ πράξεως οὐκ αἰεὶ. ἔστι γὰρ αὐτὴ ἡ εὐπραξία τέλος. *& septimo Politicorum.* ἡ γὰρ εὐδαιμονία πρᾶξίς ἐστιν. *& paulò pòst.* ἡ γὰρ εὐπραξία τέλος. ὥστε καὶ πρᾶξίς τις. *& libro secundo Physicorum.* ἡ δὲ εὐδαιμονία πρᾶξίς τις. εὐπραξία γάρ. *Respondeo, illis & similibus locis, nomen* πράξεως *non significare certam quandam actionem*

ἀρχὴν καὶ τέλος ἀφωρισμένον ἔχουσαν, sed continuationem quandam actionum honestarum, sine vllo impedimento, quæ per totam vitam diffunditur: & est summum hominis bonum.

Διὸ] Ex iis quæ antecesserunt, probat, rectè dictum esse à veteribus, bonum esse id, quod appetant omnia. Constat autem hanc ipsius boni siue definitionem, siue quo alio nomine vocari placet, valdè apud veteres celebratam, & in sermonibus vsurpatam fuisse. meminit illius Aristoteles, & tertio topicorum, & primo de arte dicendi. Legitur & apud Platonem. ac fertur Eudoxus hoc argumento vsus tribuisse τὰ πρωτεῖα voluptati: quod eam appeterent omnia, in quibus appetendi vis esset.

Απεφήναντο] enunciarunt, vt vetus interpres reddidit: aut, vt alij, pronunciarunt. nam & quæ ἀποφάνσεις Aristoteli, ea Ciceroni aut enunciatio, aut pronunciatum dicitur.

Τ' ἀγαθὸν] Arretinus, summum bonũ: in quo meritissimo à singularis doctrina viro Bessarione Cardinali reprehensus est. nondum enim hic de summo bono agitur: sed de bono simpliciter: neq; veteres, cùm interrogati, quid esset τ' ἀγαθὸν, respõdebant, Id quod appeterent omnia, summi boni naturam explicabãt: sed tantùm patefaciebãt, quæ vis, quæq; notio nomini τ' ἀγαθοῦ subiecta esset. nam quod eam habet vim, vt, vbi cognitum est, excitet appetitionem sui, id bonum est. malum enim qua ratione malum est, appeti prorsus non potest. Quam autẽ vim habeat hic articulus, ex Hippia maio-

Digitized by Google

re Platonis optimè intelligi licet: vbi accuratè docetur, quid intersit inter has duas interrogationes, τί ἐστι καλὸν, καὶ τί ἐστι τὸ καλόν; Etenim vt illic τὸ καλὸν significat id, quod communiter inest in omnibus pulchris, quoque efficitur, vt pulchra sint: ita hîc τὸ ἀγαθὸν communem quandam naturam omnibus bonis, ea ratione qua bona sunt. Rectè autem interpretatus est Argyropylus, ipsum bonum. siquidem & Plato pro eodem dicit αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν. at Lambinus Arretini errorem, quamuis sedulo monente me, ne id faceret, secutus, suam vt aliis quoque locis, philosophiæ inscientiam prodidit.

Πάντα] omnia scilicet, quæ illud cognoscunt. Plato in Philebo. τὸ δέγε μὴν, ὡς οἶμαι, περὶ αὐτοῦ (de bono loquitur) ἀναγκαιότατόν ἐστι λέγειν, ὡς πᾶν τὸ γιγνώσκον αὐτὸ, θηρεύει καὶ ἐφίεται, βουλόμενον ἑλεῖν, καὶ περὶ αὐτὸ κτήσασθαι, καὶ τῶν ἄλλων οὐδὲν φροντίζει, πλὴν τῶν ἀποτελουμένων ἅμα ἀγαθοῖς. An autem ea quoque, in quibus nulla boni cognitio est, bonum appetere dicantur, ex iis, quæ mox disputaturi sumus, intelligetur.

Ἀπορίαι καὶ λύσεις.

I. Hæc explicatio boni, estné definitio. Minimè verò, neque enim bonum definiri potest, cùm in nullo genere contineatur: sed pertineat ac permanet per omnes categorias, vt infra videbimus. Præterea omnis vera definitio ex prioribus constat: at hæc à posteriori ducitur. non enim, quia appetitur, bonum est: sed quia bonum est, appetitur. non tamen inusitata est hæc definiendi ratio. sic enim dicimus album esse, quod dissipat: nigrum

Digitized by Google

quod congregat vim videndi. Id autē eo fit, quod quamuis natura ipsa, & per se causæ effectis priores illustriores q̃ sunt: nobis tamen plerumque effecta notiora sunt causis.

II. *Cùm in analyticis doceatur, conclusionem syllogismi nunquam ita affectam esse ad ea principia, ex quibus efficitur, vt totum ad partem: id est, fieri non posse, vt iis ipsis, quæ ad eam probandā adhibita sunt, latius pateat: sed aut reciprocari: vt, cùm proprium de eo, cuius proprium est, per definitionem probatur: aut minus latè patere. hoc igitur cum doceatur in analyticis, contra hic fecisse Aristoteles videtur. Hoc duobus modis dissolui potest. Aut enim dicemus inductionē esse hanc, non syllogismum: vt cum omnis ars, omnis methodus, omnis actio, omnis προαίρεσις bonum aliquod appetat, idemq̃ in ceteris omnibus dici possit: rectè dictum sit à veteribus, bonum esse, quod appeterent omnia: aut satis fuisse Aristoteli, si ostenderet vetus illud pronunciatum verum esse in ea materia, quæ nobis nunc proposita est: id est, in rebus humanis. nam vtrum canis, aut equus, aut lapis bonum appetant, nécne, non laborat moralis philosophus: cùm ei propositum sit de humano tantùm bono disputare.*

III. *Vitiosissima est ea definitio, quæ non conuenit in ea, quæ sub definito continentur. at hæc videtur eiusmodi. nullum enim est bonum, quod ab omnibus appetatur. neq; enim omnia appetunt honorem, aut bonam valetudinem, aut diuitias, aut tale aliquid eorum, quæ bona esse constat. Dicendum est, in hac definitione bo-*

ni, vo-

Digitized by Google

ni, vocem; omnia, accipiendam esse διανεμητικῶς:: eo sensu, vt quod à quoque appetitur, id ei aut bonum sit, aut esse videatur. non autem Συλληπτικῶς, vt intelligamus id tantùm bonum esse, quod omnino ab omnibus appetatur.

IV. Estné aliquod eiusmodi bonum, vt prorsus omnia, quæ sunt, illud appetant? Respondeo. Quamuis moralis philosophi non est de communi bono disputare: sed tantùm de eo, quod hominis proprium est, vt disertè dicitur libro primo ἠθικῶν μεγάλων, tamen cùm omnes interpretes hoc loco aliquid sibi dicendum putarint de bono illo, quod non tantum à ratione vtentibus, verùm etiam à bestiis, & ab ipsis, vt Proculi verbo vtar, ἀψυχοτάτοις appetitur, audebo ego quoque eorum auctoritatem secutus, paulisper extra septu egredi, &, vt Plato loquitur πηδᾶν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα. Ita igitur & à sublimioribus Philosophis, & à Theologis proditum est, Deum Optimum Maximum omnium rerum vt principium esse, ita etiam finem: omniáque vt ab ipso fluere, ita ad ipsum referri. Qua de re lubet recitare diuina verba eruditissimi hominis Simplicij è commentario, quem scripsit in Enchiridium Epicteti. φύσει μὲν γὰρ οὐκ ἄνθρωποι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλογα ζῶα, καὶ τὰ φυτὰ, καὶ λίθοι, καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ ὄντα, κατὰ τὸν ἑαυτῶν δύναμιν ἕκαστον ἐπέστραπται πρὸς τὸν θεὸν, id est, Nam natura quidem non homines solùm, sed & animantes rationis expertes, & plantæ, & lapides, ac vno verbo omnia, quæ sunt, pro suis quodq; viribus ad Deum conuersa sunt. Quoniam

Digitized by Google

niam igitur Deus vnus semper est, idemq; est sibi αὐτὸ τὸ εἶ), sit, vt omnia semper, quatenus licet, esse cupiant. Ita enim ad aliquam diuinæ naturæ similitudinem accedunt, atque ideo in omnibus, quæ generare possunt, nihil tam naturale est, quam generandi cupiditas, natura per speciei propagationem quærente, quod in indiuiduo consequi non potest: vt docetur libro secundo de anima, & apud Platonem in Sympòsio. neque tantum in animatis, verum etiam in iis, quæ anima carent, videre est. iccirco enim exempli causa, & ignis proxima quæque inflammat, & aqua circumfusum sibi aërem, densando atque humectando, sibi assimilare, & in naturam suam conuertere conatur, vt multiplicata & seipsa maior effecta potentior sit ad conseruationem sui, difficilius enim corrumpitur, quod multum est, quàm quod parum; vt ait Aristoteles tertio Politicorum. & in tertio de cœlo. τὰ γὰρ ἔλαττον σῶμα καὶ μέιζον εὐφθαρτότερόν ἐστιν. Eadem causa est, cur grauia deorsum, leuia sursum ferantur, ad ea videlicet loca, quæ conseruandæ ipsorum naturæ quammaxime accommodata sunt. Ipsa materia prima, quæ ita imperfecta est, vt propemodum nihil sit, formam appetere à Physicis dicitur: quam Aristoteles in extremo primo Physicorum θεῖόν τε καὶ ἀγαθὸν καὶ ἐφετὸν vocat. Omnia igitur, vt summatim dicamus, αὐτοφυῶς cupiunt esse: quod ipsum quia bonum est (βέλτιον γὰρ τὸ εἶ) τοῦ μὴ εἶναι, ait Aristoteles secundo περὶ φυσέως) ex eo fit, vt omnia appetant bonum. appetunt enim conseruationem sui. in bono autem inesse vim conseruandi, vt contra in malo corrum-

pendi

Digitized by Google

pendi ac destruendi, copiosissimè docet Plato lib. 10. de Repub. Quædam etiam valde huc pertinentia disputat S. Aurelius Augustinus cap. 27. libri 7. de ciuitate Dei. Quamuis autem inanimata cognitionem boni non habent, diriguntur tamen ad id, quod sibi bonum est, à beata illa mente erroris omnis experte, quæ dirigit ac gubernat omnia: non aliter, quàm sagitta, etsi scopum non nouit, dirigitur tamen ad eum à sagittario. Aliud bonum omnium commune nullum est. τὸ δ' φάναι πάντα τὰ ὄντα ἐφίεσθαι ἑνὸς τινὸς ἀγαθοῦ, οὐκ ἀληθές. ἕκαστον γὰρ ἰδίου ἀγαθοῦ ὀρέγεται. *Aristoteles ad Eudemum.*

V. *Si appetitio ex indigentia nascitur, vt est in primo Physicorum, & apud Platonem in Symposio, ij qui iam felices sunt, quomodo bonum appetere dicentur? Dicendum, duplicem esse appetitionem: vnam imperfectorum, quæ cupiunt adipisci eam perfectionem, quæ carent: alteram perfectorum, quæ cupiunt ἑαυτῶν conseruare: & sic Deus quoque ipse bonum cupere dicitur. Cupit enim omnes homines saluos fieri, &c.*

VI. *Cùm multi contraria appetant, quomodo dici possunt appetere bonum? neque enim bonum bono contrarium est, sed malo: vt videbimus libro secundo. Dicendum, nihil prohibere, quin & ea, quæ simpliciter inter se pugnant, bona sint, ad hunc aut ad illum relata. Calor & frigus, labor & quies, cibi sumptio & inedia, contraria sunt: sed tamen eorum alia aliis bona esse constat: aut etiam vni & eidem modo hoc, modo illud.*

Διαφορὰ δέ τις] *Ostendit quandam inter fines dissimilitudinem. quod eorum alij sunt actiones, alij præ-*

ter ipsas opera quædam. Eadem autem ferè diuisio est apud Platonem in Theæteto.

Τῶν τελῶν] τέλος *non est quodlibet extremum: sed id cuius causa cætera instituta sunt. Aristoteles secundo Physicorum.* βούλεται γὰρ οὐ πᾶν εἶναι τὸ ἔσχατον τέλος, ἀλλὰ τὸ βέλτιστον.

Ενέργειαι] *vt artis equitandi, aut canendi seu assa voce, seu fidibus.*

Εργα τινὰ] *atque harum artium artifices propriè vocantur* δημιουργοί.

Ων δ' εἰσί] *Ratio non obscura est. actiones enim & molitiones ipsæ ad opera referuntur.*

Πλοῦτος] *E vulgi opinione hoc dicit. Ipse enim primo politicorum reprehendit hanc opinionem. Sed sic solet in ponendis exemplis. vt cùm dicit stirpes sentire, aut dæmones esse animalia, aut numeros esse principia rerum.*

Οσαι δ' εἰσί] *Comparat fines ipsos inter se: & ostendit fines earum artium, quæ aliis præsunt, præstantiores esse ceteris, & in comparatione anteponendos.*

Αρετήν] *Quidam veteres libri,* δύναμιν. *& ita legit Eustratius. & ipse hanc scripturam confirmare videtur lib. 8.* τῶν μετὰ τὰ φυσικά, *his verbis.* πᾶσαι αἱ τέχναι καὶ ποιητικαὶ, καὶ αἱ ἐπιστῆμαι δυνάμεις εἰσί.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT II.

Εἰ δὴ τέλος] *Ex iis, quæ antegressa sunt, constat, fines alios sub aliis contineri, alios aliorum causa expeti: semperq; eum, propter quem ceteri expetuntur, ceteris esse meliorem ac præstantiorem. nempe igitur, si quis ex iis finibus, quos homines consequi possunt, eiusmodi est, vt suapte tantum vi expetatur, neque vsquam pertineat aliò: cetera autem ad illum omnia referantur: is non bonum modò fuerit, verùm etiam bonorum, quæ cadere in hominem queunt, optimum. at esse aliquem eiusmodi finem, ex eo intelligitur, quod inanis alioqui, & irrita esset ea, quam natura ingenerauit hominibus, boni appetitio. Quare perspicuum est, & vltimum esse aliquod, quò cetera spectent omnia, & in eo positum esse homini finem bonorum.*

Τῶν πρακτῶν] *Omnes, qui latine Aristotelem interpretati sunt, intellexerunt hoc loco* τέλος τῶν πρακτῶν, *eum finem, ad quem referuntur* τὰ πρακτά. *& nomine* τῶν πρακτῶν *intellexerunt* τὰς πράξεις. *quam expositionem quanquam non omnino improbo, tamen non sequor: potiusq; iudico vocem* τῶν πρακτῶν *ad fines ipsos pertinere: quorum alij sunt* πρακτοὶ, *alij* οὐ πρακτοί. Πρακτοὶ *sunt, quos homo consequi potest: vt diuitiæ, vt bona valetudo, vt voluptas.* οὐ πρακτοὶ, *quos homo vt consequatur, fieri non potest: vt idea. Quoniam igitur Aristoteles in his libris quærit eiusmodi aliquod bonum, vt in potestate hominis positum sit, illud consequi, ideo remouet ea, quæ homo consequi non potest,*

aitq;

Digitized by Google

aitq́, Si quis igitur finis est, ex iis finibus, quos homo cõsequi potest, quem propter seipsum volumus, neque omnia propter aliud expetimus, &c. *Atque hanc sententiam primum confirmat Eustratius, quem quamuis docere fortasse possit aliquis ab illa altera non abhorrere, ipse tamen exponens vocem τῶν πρακτῶν, his verbis vtitur.* Πρακτὰ δέ εἰσιν ἐκεῖνα, ὅσα πράττουσιν ἡμῖν περιγίνεται. ταῦτα δέ ἐστί τινα ἀγαθὰ, ἃ διὰ τῶν τεχνῶν, καὶ τῶν μεθόδων, καὶ τῶν τούτοις συστοίχων κτώμεθα, *id est*, Πρακτὰ autem sunt, quæ agentibus nobis acquiruntur. Ea verò sunt bona quædam, quę artibus, ac doctrinis, eiusdemq́ue generis aliis comparamus. *Deinde Aristoteles ipse, qui paulò infrà manifestò hac voce sic vtitur, vt nos eam hic quoque accipiendam putamus, cùm ait.* τί ἐστιν, οὗ λέγομεν τὴν πολιτικὴν ἐφίεσθαι, καὶ τί τὸ πάντων ἀκρότατον τῶν πρακτῶν ἀγαθόν; *& multò etiam apertius, vbi de idea disputans, ait eam, si maximè sit summum bonum, non tamen esse eiusmodi, vt eam sibi homo possit acquirere: quod ipse exprimit his verbis,* οὐκ εἶναι πρακτὸν, καὶ κτητὸν ἀνθρώπῳ. *Apertissimè autem libro primo* εὐδημείων, *quem locum operæpretium est apponere.* Νῦν δὲ λέγομεν, ὅτι τῶν ἀγαθῶν τὰ μέν ἐστιν ἀνθρώπῳ πρακτὰ, τὰ δ' οὐ πρακτά. τοῦτο δὲ λέγομεν οὕτω, διότι ἔνια τῶν ὄντων οὐδὲν μετέχει κινήσεως, ὥστε οὐδὲ τῶν ἀγαθῶν. καὶ ταῦτ' ἴσως ἄριστα τὴν φύσιν. ἔνια δὲ πρακτὰ μὲν, ἀλλὰ πρακτὰ κρείττοσιν ἡμῶν. ἐπειδὴ δὲ διχῶς λέγεται τὸ πρακτὸν (καὶ γὰρ ὧν ἕνεκα πράττομεν, καὶ ἃ τούτων ἕνεκα μετέχει πράξεως, οἷον καὶ τὴν ὑγίειαν, καὶ τὸν πλοῦτον τίθε-

μεν

μεν τῶν πρακτῶν, καὶ τὰ τούτων πραττόμενα χάριν, τὰ ὑγιεινὰ καὶ τὰ χρηματιστικὰ) δῆλον ὅτι καὶ τὴν εὐδαιμονίαν τῶν ἀνθρώπῳ πρακτῶν ἄριστον θετέον. *Verbum quoq; πράττειν, vnde nomen hoc ductum est, apud Græcos non tantùm valet agere: quanquam id quidem sæpissimè, verumetiam interdum idem est, quod consequi, impetrare, obtinere. Isocrates ad Nicoclem.* Μᾶλλον γὰρ ἐλπὶς τοὺς τοιούτους, ἢ τοὺς ἱερεῖα πολλὰ καταβάλλοντας πράξειν τι παρὰ τῶν θεῶν ἀγαθόν, *id est. Maior enim spes est, eos, qui tales sunt, quàm eos, qui multas victimas cædunt, boni aliquid à diis esse consequuturos. quo sensu sæpe etiam dicunt* καταπράττειν, *aut* διαπράττεσθαι, *aut* κατεργάζεσθαι. *Atque id Latini nonnunquam conficiendi verbo exprimere videntur. Terentius.*

virginem
Quam amabat, eam confeci sine molestia.

Non enim placet Donatus, qui Confeci, *exponit,* Superaui. *Cicero.* Reditum, si me tantum amas, quantum certè amas, hominibus confice.

Βουλόμεθα] *Voluntas est ipsius finis. electio autem eorum, quæ ad finem pertinent: vt libro tertio docebitur. Ex eo intelligi potest, cur hîc quidem vsus sit verbo* βουλόμεθα: *paulò infrà autem verbo* αἱρούμεθα.

Πρόεισι γὰρ] ἀπὸ κοινοῦ ὑπακουστέον, ἢ ὄρεξις. *Est autē hæc confirmatio assumptionis* διὰ τῆς εἰς ἀδύνατον ἀπαγωγῆς, *hoc modo. Si nullus est finis, qui suapte tantùm vi expetatur, sed quicquid expetimus, id propter aliud expetimus, in infinitum progredietur naturalis illa boni appetitio. quod si est, inanis erit, & irrita. hoc autem*

Digitized by Google

absurdum est: igitur aliquem esse finem necesse est. Tribus autem modis loquendi hanc progressionem in infinitum efferre solet Aristoteles. εἰς ἄπειρον γὰρ βαδιεῖται, *libro quarto* τῶν μετὰ τὰ φυσ. καὶ οὕτω δὴ προέισιν εἰς τὸ ἄπειρον, *libro primo de anima, sub finem.* ἔτι δὲ εἰς ἄπειρα βαδιεῖται, εἰ ἔσται μεταβολοῦς μεταβολὴ, *&c. quinto Physicorum.*

Κενὴν] *Vocabulum à physicis ductum. Vt enim veteres physici dicebant,* κενὸν *esse locum aut* διάστημα, *in quo nullum esset solidum corpus: ita recte appetitio illa* κενὴ *diceretur, in qua nulla esset soliditas.*

Καὶ ματαίαν] *propriè.* μάταιον *enim dicitur* τὸ πεφυκὸς ἄλλου ἕνεκα, ὅταν μὴ περαίνῃ ἐκεῖνο, οὗ ἕνεκα ἦν, καὶ ἐπεφύκει. *Aristoteles secundo Physicorum. Infinitum autem* περαίνεσθαι *non potest.* πέρας γὰρ οὐκ ἔχει.

Ἀπορίας τινὸς λύσις.

Habere dubitationem potest, quæ tandem absurditas futura sit, etiamsi appetitionem boni inanem, & irritam esse fateamur. nonne enim multa cupiunt homines, quæ consequi non queunt? Itaque libro tertio dicitur, voluntatem esse etiam τῶν ἀδυνάτων. *Sed dicendum est, appetitionis huius aut illius hominis vanas, & inanes esse posse illas quidem, quas toti hominum generi natura indidit, non posse. Deus enim, & natura nihil faciunt frustra, vt dicitur libro primo de cœlo. Quod autem hîc dicitur, fines infinitos esse non posse, idem etiam de quolibet alio causarum genere dici potest.* οὐκ ἄπειρα γὰρ τὰ αἴτια, οὔτε κατ' εὐθυωρίαν, οὔτε κατ' εἶδος. *vt est in primo minore* τῶν μετὰ τὰ φυσικά. *Quemadmo-*

Digitized by Google

admodum igitur aliquam causam efficientem primam, & aliquam materiam primam, & aliquid primum in iis, quæ per se insunt in rebus subiectis, ita & finem aliquem vltimum esse necesse est. Nam cùm scientia sit ex cognitione causarum: & infinitum cognosci non queat: causarum infinitate posita, omnis scientia tolleretur.

Ἆρ' οὖν] *Mos hic est Aristoteli, vt sæpe quæ affirmare instituit, ea interrogando efferat. Itaque hoc loco cùm planè confirmare vellet, cognitionem finis ad instituendam vitam maximum habere momentum, ita locutus est.* Ecquid igitur ad vitam momenti plurimum in eius cognitione positum est? nosq;, si tanquam sagittarij, aliquid quod spectemus, habeamus, nonne ita facilius, quid nos facere oporteat, assequemur? *Atque hoc loco falli videntur, quicunque ἄρα, non, vt in melioribus libris legitur, ἆρα, legunt. Etenim illud ἄρα, quod tenore acuto notatum, non interrogandi, sed colligendi ac concludendi vim habet, nunquam apud Græcos, aut coniunctum cum particula οὖν, aut principio comprehensionis positum reperietur. Neque me fugit Budæo aliter videri in commentariis linguæ Græcæ, sed exemplum requiro. nam quod ille vnum ex Platone affert, in eo ἄρα, non ἄρα legendum est ex optimis & vetustissimis libris.*

Καὶ κατάπερ τοξόται] *aut hanc & sententiam & similitudinem, qua eam exornaret, mutuatus est ab Isocrate: aut idem ipsi venit in mentem, quod prius erudi-*

Digitized by Google

tissimo illi & faciendæ orationis peritissimo viro venerat. Ille enim in epistola ad Iasonis liberos, cùm docuisset finem aliquem initio constituendum esse, deinde referendas ad eum singulas actiones, addit. καὶ τοῦτον μὲν τὸν τρόπον ζητοῦντες καὶ φιλοσοφοῦντες, ὥσπερ σκοπῦ κειμένου στοχάσεσθε, καὶ μᾶλλον ἐπιτεύξεσθε τοῦ συμφέροντος. ἐὰν δὲ μηδεμίαν ποιήσησθε τοιαύτην ὑπόθεσιν, ἀλλὰ τὸ προσπίπτον ἐπιχειρῆτε πράττειν, ἀναγκαῖόν ἐστιν ὑμᾶς ταῖς διανοίαις πλανᾶσθαι, καὶ πολλῶν διαμαρτάνειν πραγμάτων.

Εἰ δ' οὕτω] *Exposita vtilitate, quæ è summi boni notitia existit, enitendum nobis esse ait, vt vim naturamqúe illius, quoquo modo poterimus, intelligentia consequamur.* Quod si hæc, *inquit*, ita se habent, conari nos par est, vt, si minus accuratè, & subtiliter, at crasse saltem, & populariter comprehendamus, tum quid ipsum sit, tum cui siue scientiæ, siue facultati propriè propositum. *Est autem operæpretium obseruare singularem quandam ac mirificam, eandemq́ constantem ac perpetuam Aristotelis in dicendo moderationem. non enim dixit* περιλαβητέον, *sed* πειρατέον περιλαβεῖν: *vt se conaturum magis, quàm effecturum ostenderet: & addidit* τύπῳγε, *quasi diffidens se de tanta re posse exquisitè disserere.*

Τύπῳγε] *Quod est in picturis* ὑπογραφὴ, *hoc est, in statuariorum, plastarum, fusorum, similiumq́ artificum operibus* τύπος, *rudis nempe quædam, & inchoata futuri operis designatio. nam Budæo quidem minimè*

Digitized by Google

mè assentior, qui typum ait esse formam ipsam, vnde simulacra ducuntur. Philosophi autem non ineleganti tralatione hanc vocem adhibent, vbi accuratam illam & limatam subtilitatem abesse significant. Quamuis autem id non agimus hoc quidem tempore, non pigebit tamen admonere, apud Ciceronem libro primo epistolarum ad Atticum corruptum esse locum, vbi hæc vox vulgo legitur. nam quod in omnibus peruulgatis libris ita scriptum est: Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere, & putealia sigillata duo: *non typos, legi oportet, sed tybos, seu tubos. significat autem plumbeas aut fictiles fistulas, quibus aqua pluuia in puteum perducitur.*

Γε] *saltem. quod cur ab omnibus latinis interpretibus omissum sit, non video.*

Τί ποτέ ἐστι καὶ τίνος] *Duas quæstiones proponit: quid tandem sit vltimum illud bonorum, & cui siue scientiæ, siue facultati propriè, & ἀμέσως propositum. Earum autem posteriorem statim explicat, docetq́ politicen esse eam, cuius finis bonorum omnium finis est. priorem, quia longiorem orationem requirebat, in commodiorem distulit locum.*

Ἢ δυνάμεων] *Ita planè legit Eustratius, acuteq́ distinguit ἐπιστήμην ἀπὸ δυνάμεως. at vetus interpres legit, ἢ ἀρετῶν. Sic & suprà ἀρετὴν idem legebat, vbi Eustratius δύναμιν.*

Δόξειε δ' ἂν] *Syllogismus hic absolutus est.* Verisimile est hunc finem, cùm omnium præstantissimus sit, præstantissimę omnium facultati

Digitized by Google

propositum esse. talis autem est politice. igitur politices finis est summum hominis bonum. *Propositionem, vt satis per se probabilem, confirmare omittit. Assumptionem corroborat iis argumentis, de quibus statim dicturi sumus. Est autem huic loco consentaneum id, quod scriptum est libro tertio politicorum in hæc verba.* Ἐν πάσαις μὲν ἐπιστήμαις καὶ τέχναις ἀγαθὸν τὸ τέλος· μέγιστον δὲ καὶ μάλιστα τὸ τῇ κυριωτάτῃ πασῶν. αὕτη δ' ἐστὶν ἡ πολιτικὴ δύναμις.

Τοιαύτη δὴ καὶ ἡ] *melius videtur, quod in aliis libris legitur,* τοιαύτη δ' ἡ.

Τίνας γὰρ εἶναι] *Aliquot argumentis confirmat ac constituit id, quod modò dixerat: politicen videlicet artium omnium præcipuam esse, atque in ceteras imperium obtinere. quorum hoc primum est: quòd eius est definire, quæ artes in ciuitate esse debeant, tum quos in quibus elaborare, & ad quem vsque modum oporteat. Vt autem de primo agamus: constat politici munus esse, præscribere ac constituere, quas artes in ciuitate exerceri velit, quas minus. Itaque videmus, pro rerumpub. varietate, varias quoque artes ab aliis ciuitatibus recipi, ab aliis exulare. Apud Hebræos olim statuario esse nemini licebat. at apud Græcos ars illa magno in pretio fuit. Lacedæmonij, quod parsimoniam ac frugalitatem colerent, cupediarios apud se esse noluerunt. apud eosdem nullus comœdiarum, nullus tragœdiarum artifex erat: quod scelerum exempla neque ioco neque serio audiri spectaríue à ciuibus suis vellent. At contra Sybaritæ, cùm delitiis omnibus indulgerent, lege sanxerunt, ne*

quis

Digitized by Google

quis faber, aliusúe eorum artificum, qui opera sua non sine strepitu efficiunt, in vrbe sua esset: quod à somno se nollent aut impediri, aut excitari. Ex hac vrbe antiquitus omnes, qui philosophiam aut rhetoricam docerent, senatusconsulto pulsos esse constat. At postea leges latæ sunt, quibus eis honores ac præmia proponerentur, vt cùm aliunde constat, tum ex lege In honoribus Dig. de vacat. & excusa. mun. titulo de professoribus & medicis libro decimo, & ex titulo de studiis liberalibus vrbis Romæ & Constantinopolitanæ libro vndecimo Codicis. Quinetiam in eodem decimo libro enumerantur alij quidam artifices, quibus conceditur immunitas, sub titulo de excusationibus artificum, & lege vlt. Dig. de iure immunitatis. Politice igitur modò has, modò illas artes vel in rempub. admittit, vel à repub. excludit: neque id tantum, verùm etiam constituit, ποίας ἐκόσους χρεών ἐστι μανθάνειν. *Non enim quamlibet artem, etiam earum, quæ permissæ sunt, à quolibet disci aut factitari licet. Exempli causa. Artes scænicæ apud veteres Romanos prohibitæ non erant: neque tamen ab ingenuis, sed à seruis aut libertis exercebantur: itaque qui in scenam prodiissent, edicto prætoris infames erant. lege prima & l. secunda Dig. de iis, qui notantur infamia. Artes sordidæ non prohibebantur à Lacedæmoniis: neque enim eis carere ciuitas potest: sed tamen ciuibus omni earum tractatione interdictum erat. At contra artes erant quædam propriæ ingenuorum & nobilium. Vt olim in hac vrbe decretum est à senatu, vt de principum filiis sex, vt ait Cicero, aut, vt ait Valerius, decem singulis*

Digitized by Google

Hetruriæ populis, percipiendæ sacrorum disciplinæ gratia, traderentur: ne ars tanta propter tenuitatem hominum sordesceret. Quod autem addit Aristoteles.

Καὶ μέχρι πόνου] *eò pertinet, quod etiã per se bonis, & vtilibus modus quidam adhibendus est. vt ostendit hoc loco Eustratius. sed exempla quæ ab eo ponuntur, leuiora sunt. Illud grauius, quod Aristoteles octauo* πολιτικῶν *vult pueros ingenuos musicen discere, eamq́ exercere, quamdiu pueri sunt: at grandiores effectos ab ea exercenda abstinere, tantumq́ de aliis iudicare. Sic Callicles apud Platonem in Gorgia (quàm verè, nunc quidem non quærimus) philosophiæ tractationem adolescentibus concinnum quiddam, & elegans esse ait: sed videndum esse* μέχρι πόνου: *esse enim senibus indecoram. Sic fortaßis aliquis non immeritò censuerit, astrorum scientiam ea parte, quæ de corporum cœlestium magnitudinibus, motibus, interuallis disserit, aut etiam tempestatum anni varietatem, & ex ea morbos aut sterilitatem, quæque iis contraria sunt, & eiusmodi alia prædicit, ferendã esse in ciuitate bene instituta: sed constituendos ei esse quasi terminos quosdam, ne eò progrediatur, vt etiam de cuiusque fortuna, moribus, statu aut exitu vitæ audeat pronunciare.*

Ὁρῶμεν δὲ] *Alterum argumentum, quo probat politicen esse* μάλιστα ἀρχιτεκτονικήν.

Χρωμένης δὲ] *Concludit quod proposuerat: politicen videlicet omnium artium dominam esse, eiusq́ finem esse summum hominis bonum. Cùm enim ea vtatur ceteris scientiis, quæ quidem in actione consistunt,*

Digitized by Google

ac præterea positiu legibus præscribat, quæ agenda sint, quæq; fugienda: ex eo sequitur, vt finis ipsius cæterarum fines contineat: sitq; iccirco vltimum eorum bonorum, quæ in hominis naturam cadunt.

CAPVT III.

Λόγιτο δ' ἄν] *Hæc est proœmij secunda pars, quæ, vt antè dixi, significat, quam disputandi rationem secuturus sit in his libris. quod vt melius percipi possit, intelligendum est, non vnum esse simplicem docendi modum, sed ipsum quoq; pro earum rerum, quæ docentur, dissimilitudine variari. Rectè enim Plato in Timæo orationi omni cum iis rebus, de quibus explicatur, ait esse cognationem: vt cùm de re stabili, atq; immutabili disputatur, talem quoq; orationem esse oporteat, quæ neq; redargui possit, neq; conuinci: at cùm in iis versamur, quæ mutationi ac vicissitudini exposita, firmitatem constantiamq; non habent, etiamsi minus oratio ex omni parte secum ipsa consentiat, dummodo probabilia dicantur, contenti esse, nihilq; vltra requirere debeamus.* Commodè autem, *inquit*, dixerimus, si eæ res, de quibus explicare ingredimur, quãtum ipsarum natura fert, diluciden-tur. *Nam vt in iis, quæ opificum industria elaborantur, non eandem ab omnibus operis perfectionem exigimus: sic ne omnem quidem disputationem, sine vllo discrimine ad perfectam illam, & immutabilem veritatis normam exigere debemus.*

Digitized by Google

Ὥσπερ δὴ ἐν τοῖς δημιουργήμασι] *Fingamus enim tres esse artifices, qui alicuius hominis formam artificio suo imitandam, atque exprimendam susceperint: eorum vnum esse pictorem, alterum, qui è cera imagunculas fingat, quos κηροπλάστας Græci vocant: tertium autem, qui in chalybe, aut in adamãte formas sibi propositas repræsentet. enimuerò iniquus sit, si quis à secundo postulet, vt sine vllis coloribus æquè propè atque pictor ad exemplaris propositi similitudinem accedat: longè autem iniquior, si quis idem ab eo, quem tertio loco posuimus, exigat. & si Stasicrates olim montem Athonem, vt se facturum profitebatur, ad Alexandri similitudinem conformasset, nemo, vt opinor, in tam vasta mole eam perfectionem, quæ in Lysippi statuis cernebatur, requisiisset. Intelligentis enim hominis est, cogitare ac videre, quidquæq; materia capere ac pati possit, eoq; esse contentum.*

Τὰ δὴ καλὰ] *Honesta autem & iusta, inquit, quæ ciuili facultati ad considerandum proposita sunt, tantam habent varietatem, tantiq; agitantur erroribus, vt non natura, sed lege tantùm ac conditione hominum talia esse videantur.*

Τοσούτῳ ἔχει] *Duo dixit:* διαφορὰν καὶ πλάνην. *quorum vtrumq; quid valere putem, aperiam.* Διαφορὰ *in eo est, quod de rebus honestis, ac iustis nõ concordant, ac concinunt homines inter se, imò verò dissentiunt,* διαφέρονται. *adeoq; cum multis variisq; de rebus homines sæpe dissentiant, nulla est alia dissensio, quæ lites & inimicitias gignat, nisi, cùm, quod vni iustum honestumq;*

Digitized by Google

stumq́, id alteri iniustum, atque inhonestum videtur: vt luculente docet Plato in Euthyphrone. Stoici honestum putant, quicquid natura fert, in apertis ac propatulis locis facere: iidemq́ omnia, quamlibet flagitiosa, & turpia suis nominibus notant, nullam putantes in eo inesse obscœnitatem. aliorum prope omnium contraria sententia est. Epicureis honestum est, suis quemque tum voluptatibus tum opportunitatibus metiri ac dirigere omnia: nihilq́ aliorum causa facere. id quam turpe, & inhonestum alij iudicent, quis nescit? Apud Persas, ait Xenophon, turpe habebatur spuere aut emungi: idem si apud alias nationes turpe sit, malè sanè & incommodè cum grauedinosis agatur. Græcorum moribus peritè, ac scienter saltare, laudi ducebatur. at L. Murenæ in petitione consulatus, magni criminis loco obiectum est, quod saltator esset. Lacedæmoniorum pueris furari, & quamplurimos habere amatores, decori erat. Aliæ gentes earum rerum vtramq́ turpem, alteram etiam nefariam iudicant. Apud eosdem puellæ nudæ, cum pueris item nudis, in publico exercebantur, quando id Lydi tulissent? apud quos, vt ait Herodotus, probro erat, conspici nudum. Persæ cum matribus, filiabus, sororibus commiscebantur, easq́ corporum coniunctiones legitimas, ac non inhonestas esse credebant. Athenienſem etiam Cimonem legimus, siue legibus, siue contra leges, sororem Elpinicen in matrimonio habuisse. quantoperè id ab aliorum populorum sensibus abhorret? Iam si iustum est, quod legibus aut iubetur, aut permittitur: quod vetatur, iniustum: cum pro re-

rumpub.

Digitized by Google

rumpub. varietate variè etiam leges ferantur: apparet non eadem vbiq; iusta, aut iniusta haberi. nam in regno iustum est, vni parere omnes: in optimatum potestate, qui virtute præstent, ab eis ceteram multitudinem regi: in populari rep. æquam esse omnium sortem. atq; hæc prima discrimina: è quibus quæ enascantur alia, si particulatim persequi velim, longus sim. Hæc igitur illa est διαφορὰ, *quam Philosophus in rebus honestis, ac iustis esse ait, addit autem* πλάνλω, *propterea quod errant quodammodo, & modò in hanc, modò in illam partem feruntur honesta & inhonesta, iusta & iniusta. Nam cùm leges & consuetudines non eadem maneant, sed modò veteres nouis abrogẽtur, modò rursum repudiatis nouis, veteres redeant, fit, vt honestorum quoque ac turpium, iustorum & iniustorum mirabilis quædam sit vicissitudo.*

Ὥςε δοκεῖν] *quibus hoc visum fit, lib. 5. dicturi sumus: vbi & Aristoteles ipse copiosius hac de re disputabit.*

Νόμῳ μόνον ἐστὶ] Νόμῳ ἐστὶ, *&* φύσει ἐστὶ, *aut* τῇ ἀληθείᾳ ἐστὶ, *apud Philosophos opponuntur. Illud enim de iis dicitur, quæ suaptè natura talia non sunt, sed eò tantùm, quod videntur. Itaq; Democritus, cùm diceret eò tantùm esse alba, nigra, dulcia, amara, quod talia viderentur, ita hoc eloquebatur:* νόμῳ χροιλὼ ἐστὶ, καὶ νόμῳ γλυκύ. *at* φύσει ἐστὶ *dicuntur, quæ reipsa talia sunt, non quod talia esse homines opinentur. Galenus in librum* περὶ φύσιος ἀνθρώπου. Κατὰ τὸν νόμον μὲν οὖν ἐστὶ τὸ παρὸς τῶν ἀνθρώπων νομιζόμενόν τε καὶ δοξαζόμε-

Digitized by Google

νον, κατὰ φύσιν δὲ, τὸ κατ' ἀντιλὺ τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν. Erant autem è veteribus Philosophis, qui νόμῳ esse omnia putarent, contenderentq́, μηδὲν μᾶλλον τοῖ) τοῖον δὲ ἢ τοῖον δὲ. his enim verbis suam illam absurdam sententiam efferebant. Idem sentiebat & Protagoras, cùm diceret, πάντων μέτρον τοῖ) τὸν ἄνθρωπον.

Τοιαύτλω δέ πνα πλάνλω] *Talis etiam quidam error in rebus bonis est, propterea quod ex eis multi damnum capiunt. Iam enim quibusdam opum copia, quibusdam corporis robur exitio fuit.*

Πλάνλω] *In rebus bonis non ait esse διαφορὰν, καὶ πλάνλω, sed πλάνλω tantùm. non enim vt de honestis & inhonestis, iustis & iniustis, ita etiam de bonis & malis homines inter se dissentiunt. exempli caussa: diuitias, bonam corporis temperationem, vires & similia, non alij quidem bona, alij mala esse dicunt: quinimo omnes bona per se illa esse consentiunt: nisi si qui aut θέσιν ὑπέχυσι λόγυ χάειν, aut inanes rixas de vocibus conferunt, vt Stoici: & tamen hæc ipsa quoque πλανῶνται quodammodo: cùm aliis magnas commoditates afferant, alios in acerbissimas coniiciant calamitates.*

Τ' ἀγαθὰ] *Bonorum nomine hîc intelligit ea tantùm, quæ dicuntur ὀργανικὰ: quomodo Plato quoq́ interdum loquitur. alioqui enim & iusta, & honesta sunt in bonis. Est autem locus quidam apud Xenophontem lib. 4. ἀπομν. meo quidem iudicio ad illustranda ea, quæ hîc ab Aristotele dicuntur, aptissimus: quem totum adscribere longitudine deterreor: pauca quædã*

apponam:

Digitized by Google

apponam: cetera qui volent, ex fonte ipso requirent. ita igitur ibi loquitur Socrates. πολλοὶ μὲν γὰρ διὰ τὸ κάλλος ὑπὸ τῶν ἐπὶ τοῖς ὠφελίοις παρεγκεκινηκότων διαφθείρονται. πολλοὶ δὲ διὰ τὴν ἰσχὺν μείζοσιν ἔρροις ἐπιχειροῦντες, ὑ μικροῖς κακοῖς περιπίπτουσι. πολλοὶ δὲ διὰ τὸν πλοῦτον διαθρυπτόμενοί τε καὶ ὑπερυβριζόμενοι ἀπόλλυνται. πολλοὶ δὲ διὰ δόξαν, καὶ πολιτικὴν δυνάμιν μεγάλα κακὰ πεπόνθασιν. *Itaque in Alcibiade secundo docetur, imprudenter facere eos, qui talia simpliciter à diis petunt. sæpe enim ipsos sibi exitij ac perniciei causam petere.*

Δι' ἀνδρείαν] *Aut corporis robur intelligit, quod multis, vt Miloni Crotoniatæ, exitio fuit: idq; ita vocat κατ' ἀναλογίαν τινὰ, vt eruditè ostendit Eustratius: aut præsentiam quandam, & ἀφοβίαν animi, nullum periculum extimescentis, quam vulgus falsò fortitudinis nomine appellare consueuit. Ea verò multis interitum attulit. Rectè enim iactatum est prouerbio, timidos tutos esse, & eorum matres non flere. Certè quidem ἀνδρείας nomẽ pro corporis robore nusquam alibi memini legere. Quod autem quidam eruditi homines, cùm ita hunc locum intelligerent, fortitudinis tamen vocabulo vsi sunt, & prolato quodam Ciceronis loco, factam sibi rem, vt dicitur, putarunt, in eo nondum adduci possum, vt eis assentiar: & quod semper iudicaui, in eo adhuc maneo. vt eum Ciceronis locum, si accuratè perpendatur, nihil facere ab illis putem.*

Ἀγαπητὸν οὖν] *Satis igitur, inquit, esse ducendum est, si de huiusmodi rebus differentes, & à talibus principiis*

Digitized by Google

cipiis profecti, craßè ac populariter ostendamus, quid verum sit: cumq; de iis, quæ plerumq; eueniunt, disputemus, eiusdemq; generis sint ea principia, quibus oratio nostra nititur, talia etiam colligamus.

Αγαπητὸν] *ἀρκεσέον τοῖς λεγομένοις, ait Eustratius.*

Παχυλῶς] *Eleganter expendit Eustratius vim horum verborum, ostenditq; τῷ παχυλῶς ἀντικεῖσθαι τὸ λεπτομερῶς, τῷ τύπῳ, τὸ καθαρῶς: aut, vt ego puto, τὸ ἀκριβῶς, τῷ ἐνδείκνυσθαι, τὸ ἀποδείκνυσθαι, τῷ ὀπτικολῦ, τὸ ἀναγκῶον. Ponit etiam non negligendam hoc loco τῶν ὄντων distributionem.*

Περὶ τοιούτων] *significat τὸ ὑποκείμενον.*

Ἐκ τοιούτων] *τὰ λήμματα.*

Συμπεραίνεσθαι] *Lib. 1. analyt. docetur, conclusionem eiusdem esse natura, cuius sunt & principia. vt si hæc necessaria sint, illa quoq; sit necessaria: sin eiusmodi, vt & esse, & non esse possint, talis etiam conclusio futura sit.*

Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον] *Eodem quoq; modo accipere, ac probare oportet vnumquodq; eorum, quæ in hac arte dicuntur: nempe ita, vt etiamsi quid dicatur, quod non perpetuò, ac necessariò verum sit: dum tamen plerunq; verum esse constet, nihil requiri amplius debeat. Intelligentis enim hominis est, eatenus postulare, vt quæq; res accuratè, & exquisitè tractetur, quatenus ipsius rei natura fert. Paris enim inscitiæ est, mathematicum, qui necessariis & euidentibus vti probationibus debet, probabilia tantùm afferentem probare, & oratorem, qui vltra ea, quæ probabilia sunt, pro-*

gredi

Digitized by Google

gredi non potest, demonstrationes necessarias postulare.

Πεπαιδευμένου] *Hoc etiam infrà repetiturus est sexto, & idem traditur in extremo primo minore* τῶν μετὰ τὰ φυσικά.

Μαθηματικοῦτε πιθανολογοῦντος] *Hoc fieri non oportere monet Plato, qui in Theæteto ita Protagoran inducit loquentem.* ἀπόδειξιν δὲ καὶ ἀνάγκην οὐδ' ἡντινοῦν λέγετε, ἀλλὰ τῷ εἰκότι χρῆσθε. ᾧ εἰ ἐθέλοι θεόδωρος, ἢ ἄλλος τὶς τῶν γεωμετρῶν χρώμενος γεωμετρεῖν, ἄξιος οὐδ' ἑνὸς μόνου ἂν εἴη.

Ἕκαστος δὲ κρίνει] *Hoc tertium est proœmij caput, quo, cuiusmodi auditores sint ad hanc philosophiæ partem idonei, traditur: ad summam autem eos idoneos esse ait, qui in rebus agendis versati exercitatiq́ sunt, quiq́ ratione tum appetitiones, tum actiones suas dirigunt. nam à quibus horum, vel vtrumq́, vel etiam alterum absit, ij aut iudicare non poterunt de iis, quæ hîc docentur, aut ea sine vllo magno fructu audient: ideoq́ tria auditorum genera excludere videtur: Primum adolescentes: idq́ duabus de causis: quod neque versati sunt in rebus agendis, ideoq́ neq́ perfectè percipere, quæ hîc traduntur, neq́ de iis verè iudicare possunt: & in ratione viuendi, cupiditates motusq́ animi, non rationem sequuntur. Deindè eos, qui licet iuuenes ætate non sunt, iuuenum tamen more, neglecto rationis imperio, cupiditates vitæ duces ac magistras habent, easq́ omni animi impetu sequuntur. nam vt demus eos non ita fortassis imperitos esse earum rerum, quæ geruntur*

Digitized by Google

runtur in vita, vt non has disputationes intelligendo consequi possint, nullum tamen ex eis capient fructum. Postremò incontinentes, id est, eos, qui, cùm, quid persequendum, quidq́ fugiendum sit, non ignorent, absorbentur tamen æstu cupiditatum, & quasi abrepti reflantibus ventis, quò pellit libido, non quò ratio intendit, feruntur.

Ἕκαστος δὲ] *Bene autem, inquit, iudicat quisq́ de iis, quæ cognita habet eorumq́ bonus est existimator. bene igitur de quaq́ re is, qui in quaque eruditus est. absolutè autem ac simpliciter de omnibus is, qui in omnibus est eruditus. Itaq́ Apelles, vt notum est, à sutore in crepida reprehensus, æquo animo tulit: eundem in sura quiddam reprehendere parantem non tulit. meritò. non enim hoc ad ipsius artificium pertinebat. & præclarè Cicero, iudicare, qui sit sapiens, vel maximè ait esse sapientis. & idem narrat Q. Scæuolam hominem iuris peritissimum, cùm de iure prædiatorio consuleretur, consultores suos ad Furium, & Cascellium prædiatores reiicere solitum. Aristoteles quoq́ lib. 3. πολιτ. δόξειε δ' ἂν, inquit, τοῦ αὐτοῦ εἶναι, κρίναι τίς ὀρθῶς ἰάτρευκεν, οὗπερ καὶ τὸ ἰατρεῦσαι, καὶ ποιῆσαι ὑγιᾶ τὸν κάμνοντα τῆς νόσου τῆς παρούσης. οὗτος δ' ἐστὶν ἰατρός. ὁμοίως δὲ τοῦτο περὶ τὰς ἄλλας ἐμπειρίας καὶ τέχνας. Non tamen soli artifices bene de omnibus rebus iudicant: imò verò quibusdam de rebus neq́ soli, neq́ omnium optime iudicant: vt paulò pòst dicturi sumus.*

Ἃ γινώσκει] *non igitur mirum est, si vix quisquam bene de se, ac de suis iudicat. Difficillima enim sui cuiq́ cognitio est.*

Digitized by Google

Καθ' ἕκαστον] *Legendum videtur, vt in quibusdam vetustis libris.* ἕκαστον ἄρα ὁ καθ' ἕκαστον πεπαιδευμένος.

Πεπαιδευμένος] *Quod hîc dicitur, non ita accipiendum est, vt putemus solos artifices bene de artium suarum operibus iudicare. id enim longissimè abest à vero. Nam primùm quibuscunq; in rebus alius est, qui eas efficit, alius qui eis vtitur, de earum præstantia iudicat,* οὐχ ὁ δημιουργὸς, ἀλλ' ὁ χρώμενος. *Ostendi hoc potest in lyra, in fræno, in domo, in cibis, de quibus non coqui, sed conuiuæ iudicant: vt non inurbanè dixerit Martialis,*

——cœnæ nam fercula nostræ
Malim conuiuis, quam placuisse coquis.

Sic de poëmatis, sic de eloquentia à populo iudicatur. sic de histrionibus non histrionum, sed populi iudicio standum est. Eadem musices ratio: etsi aut Asopodorus, aut Antigenides non ita sensisse traditur: vt est apud Athenæum lib.14. Iam verò quàm multos videmus, qui quamuis neq; pictores sunt, neq; statuarij, oculos tamen ita eruditos habent, vt & de tabulis, & de signis optimè iudicent? Itaq; non dixit Aristoteles eos solos, qui artem aliquam perdidicerunt, id est, τοὺς τεχνίτας, ἢ τοὺς εἰδότας, *bene de ipsius operibus iudicare, sed* τοὺς πεπαιδευμένους, *qui quomodo ab artificibus differant, consulendus est ipse eo ex politicis, quem paulò suprà citauimus, loco: aut potius principio librorum de partibus animalium, vbi hac de re disertissimè ac copiosissimè disputatur. in quem locum hic ipse ex Ethicis citatur à Michaële Ephesio.*

Διὸ

Διὸ τῆς πολιτικῆς] *Ancipiti hodie & periculoso ac lubrico versamur in loco. Nam cùm Aristoteles ab auditione huius philosophiæ vno verbo adolescentes arcere, ac summouere videatur. vix videmur vitare posse vnum de duobus incommodis, quin aut summi magistri auctoritatem non tanti facere iudicemur, quanti eam fieri ab omnibus par est: aut quasi ver tollamus ex anno, ita omnem florentem ætatem ab his disputationibus remouere atq; ablegare cogamur. Sed & temerarij essemus, si Aristoteli auderemus refragari: & barbari planè atq; inhumani, si lectissimorũ adolescentum coronam, à qua tãto studio auditorium hoc celebrari ac frequentari videmus, abscedere, & tanta susceptum alacritate huius philosophiæ studiũ in ipso quasi vestib ulo deserere iuberemus. Quare mediam quandam viam tenebimus: vt & Aristoteli tribuamus, quantum debemus, hoc est, quantum plurimum possumus: & incitemus potius vestra studia, quàm retardemus: neq; quicquam eorum, quæ hîc ab Aristotele dicuntur, advos hinc aut excludendos aut amouendos pertinere doceamus. Quod dum facere conamur, non tantùm, quia multa nos, quæ & prosint & delectent, dicturos esse confidimus, verùm etiam, quia vestra res agitur, petimus à vobis, vt nobis in caussa vestra perpetuam, & nullis interruptam aut fibilis, aut clamoribus vnius horæ attentionem, ne denegetis. Primùm autem Aristotelis verba singillatim, vt solemus, interpretabimur: tum sententiam ipsius preßè, breuiter, enucleatè tractabimus: postremò, quod nobis præcipuè propositum est, ostendemus, nõ esse quod*

Digitized by Google

quisquam vestrûm peruulgata illa opinione, qua adolescentes ad percipiendam hanc philosophiam esse idoneos negant, ab illius studio deterreatur, ait Aristoteles.

Διὸ τῆς πολιτ. &c.] *Quocirca, inquit, adolescens nõ est politices proprius, &, vt ita dicam, germanus auditor. Nam in iis rebus, quæ geruntur in vita, rudis planè, & inexercitatus est. at ex iis sumuntur, deq; iis agunt, quæcunq; hîc disputantur.*

Ἄπειρος] *Animaduerte hîc τὸν ἄπειρον, opponi τῷ πεπαιδευμένῳ, vt magis intelligas πεπαιδευμένον, dici τὸν ἔμπειρον ἀλλ' οὐ τὸν εἰδότα.*

Ἐκ τούτων καὶ περὶ τούτων] *Illo dicendi genere principia, hoc conclusiones indicantur.*

Ἔπ δὲ] *Præterea cùm procliuis sit natura ad animi perturbationes sequendas, frustra, & inutiliter audiet: quandoquidem finis est non cognitio, sed actio.*

Ἐπειδὴ τὸ τέλος] Ἅμα γὰρ εἰδῆσαι βουλόμεθα, καὶ αὐτοὶ ἐσ τοιοῦτοι. *ait ipse in magnis Ethicis, & in Eudemeis, οὐ γὰρ εἰδέναι βουλόμεθα, τί ἐστιν ἀνδρεία, ἀλλὰ ἐσ ἀνδρεῖοι. οὐδὲ τί ἐστι δικαιοσύνη, ἀλλὰ ἐσ δίκαιοι. Multis quoque locis idem in his ipsis libris confirmat: quos locos citat Themistius, ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ λόγῳ. Videtur autem Aristoteles hoc oblique iecisse in Socratem, qui virtutes putabat esse ἐπιστήμας.*

Διαφέρει] *Nihil autem interest, inquit, ætate iuuenis sit quispiam, an iuuenili ingenio ac moribus. Nam vt iuuenes minus apti sint ad hanc disciplinam, non eo fit, quod satis diu non vixerint, sed quod animi*

Digitized by Google

mi permotionem in viuendo sequantur, & ad illius quasi arbitrium singulas res persequantur. Nihil enim huiusmodi homines harum rerum cognitio adiuuat, vt neq; incontinentes. At iis, qui appetitiones suas rationi obedientes efficiunt, illiusq; præscriptum in agendo sequuntur, harum rerum tractatio mirificos afferet fructus.

Διώκειν] *Quidam veteres libri,* διοικεῖν.

Καὶ περὶ μὲν] *Inuerso ordine ea, de quibus hactenus disputatum est,* ἀνακεφαλαιῶται.

Αποδεκτέον] *vetus interpres* ἀποδεικτέον. *Nunc accedamus ad id, quod instituimus, ac primùm disputemus de vi vocabuli* νεὸς: *vt intelligamus, de quibus hic Aristoteles loquatur.* νέοι *interdum vocantur pueri, vsque ad annum decimum quartum, vt apud Homerum* Οδ.τ.

Παῖδα νέον γεγαῶτα.

Et apud Platonem secundo νόμων, *cùm ait,* τὸ νέον ἅπαν ἡσυχίαν ἄγειν οὐ δύνασθαι, ἀλλ' ἀεὶ κινεῖσθαι. *Hos si quis aptos neget esse ad hanc philosophiam, non repugnabimus. Satis enim est illi ætati, si bene instituatur, & eam audiat, quæ, vt alibi diximus, constat solis* ἀποτελέσμασι. νέοι *dicuntur etiam grandiores: hoc est, vsque ad tertiam hebdomada: vt cùm Aristoteles in tertio horum librorum ait ex Homero* εὐνῆς ἐπιθυμεῖν τὸν νέον καὶ ἀκμάζοντα. *& veteres grammatici dicunt* νέον, *dictum esse* ἀπὸ τοῦ νέειν, ὅτι νέουσι καὶ προβεύονται πρὸς αὔξησιν. *vt hac ratione quamdiu adolescunt, tamdiu* νέοι *vocari possint. videntur & suprà illam ætatem* νέοι *vocari: vt in vetere versu.*

Digitized by Google

Ἔργα νέων, βυλαὶ δ' ἀνδρῶν, εὐχαὶ δὲ γερόντων, & planè Pollux ait, νεανίσκον vocari ab anno vigesimo primo, vsq; ad vigesimum octauum. & ita dicit Cicero se adolescentulum dixisse pro Roscio Amerino: quam causam egit annos natus viginti septem. His positis aio fieri non posse, vt Aristotelis verba περὶ πάντων τῶν νέων intelligantur, contendoq; eos qui excesserunt iam ex ephebis; neq; longè absunt ab ea ætate, cùm olim in hac vrbe toga pura dari solebat, si bene educati sint, ita vt virtutem ament, & bene monentibus libenter pareant, aptos esse ad hanc philosophiam audiendam. idq; probo his argumentis. PRIMVM, quoniam, vt Æschines aduersus Demosthenem ait, concinere oportere vocem oratoris, & vocem legis. ita vitam philosophorum cum ipsorum oratione congruere ac concordare oportet. At illo modo vel maximè discreparent. Etenim omnes antiqui philosophi semper versati sunt cum adolescentibus, semper in eis ad virtutem, & ad honestatem instituendis elaborârunt. Socrates ipse huius philosophiæ pater apud Platonem, & apud Xenophontem cum grãdioribus naturarò, tum adolescentibus, aut certè adstantibus eis, & audientibus propè semper de virtute disputans inducitur. & in ipsis libris πολιτείας discedere Cephalum senem, Polemarchum autem eius filium adolescentem in eius locum succedere ac substitui videmus. Non ergo iudicabant, adolescentes ad hæc audienda parum idoneos esse. DEINDE Aristoteles ipse quando tandem hæc præcepta didicit? nónne cùm adhuc esset τῶν νέων; Ammonius narrat eum septendecim

annos

Digitized by Google

annos natum Athenas venisse, ac itare cœpisse ad Socratem, eumq; per triennium audiisse, Socratem autem nullam nisi hanc philosophiæ partem docuisse constat. TERTIO. *non est dubium, quin cognitio philosophiæ moralis ordine ac tẽpore antecedat studium iuris, cùm iurisperiti hinc ducant principia disputationum suarum. At videmus multos adolescentulos aptos ad ius ciuile perdiscendum iudicari. Itaq; Iustinianus, vt scitis, inscribit institutiones suas studiosæ legum iuuentuti. Multò igitur magis idonei erunt ad hanc philosophiam.* ADDO *ætatem illam non ad discendum modò, sed interdum etiam ad docendum aptam reperiri. Etenim* Neruam *filium traditum est aut annorum septendecim, aut non multò maiorem de iure publicè responsitasse.* PRAETEREA *si adolescentes interdum apti sunt ad res maximas gerendas, multò magis apti erunt ad hæc præcepta discenda. Esse autem, documento fuerit, vel* P. *Scipio Æmilianus, qui anno ætatis vigesimo quarto consul creatus, ea geßit, quæ ne hodiè quidem sine admiratione legere possumus.* POSTREMO, *cùm hæc tota philosophia referatur ad actionem, quando agent homines, nisi, quid agendum sit, in iuuentute didicerint?*

Sed intelligendum est duo esse genera auditorum: vnum eorum, qui possunt etiam iudicare de iis, quæ audiunt: alterum eorum, qui iudicare quidem non possunt, sed satis est, si assentiantur, & vera credant esse ea, quæ docentur, magis ac magis id quotidiè, cùm ad res gerendas accesserint, cognituri. In illis præcepta hæc

Digitized by Google

euidentiam quandam efficiunt: in his veram opinionem, & assensionem. Non igitur simpliciter negat Aristoteles adolescentes idoneos esse auditores huius philosophiæ: sed tantùm negat eos tales auditores esse, vt ea, quæ hîc traduntur, perfectè percipere, & de illis iudicare possint. Quod autem addit eos sine fructu audituros, cùm animi perturbationes sequantur, id quomodo accipi debeat, ostendit ipse, qui paulò suprà admonuit, ea quæ dicturus esset, non semper, neq; in omnibus vera esse, sed ὡς ὑποτοπολύ. Nos autem fatemur quidem plerumq; verum esse quod ait Horatius, Iuuenes cereos esse ad vitia, monitoribus asperos: multos tamen nouimus moderatos, & compositos, & tales, vt eorum adolescentia multorum senectuti exemplo esse possit. Vt ergo indomitis & effrænatis, & rationis iugum detrectantibus, hæc philosophia nihil prodesset: ita non est dubium, quin bene natis, bene educatis, virtutis amantibus, quales hic plerosq; omnes esse confido, mirabiliter profutura sit. Vt igitur Plato τὸς ἀγεωμετρήτους excludebat à schola sua: ita nos non quidem omnes adolescẽtes, sed eos tantùm, qui aut natura praui sunt, aut mala educatione ac consuetudine deprauati, à philosophiæ tractatione excludendos esse censemus.

CAPVT IV.

Λέγωμεν δὴ] *Ingreditur in disputationem de summo bono: & quoniam suprà docuit esse aliquod summum bonum, idq; ciuili facultati propriè propositum:*

Digitized by Google

tum: nunc, quid illud sit, quærendum esse ait. Dicamus igitur, inquit, disputationem rursus à capite arcessentes: quandoquidem omnis cognitio, omniq; susceptio bonum aliquod appetit: quidnam illud sit, quod à ciuili scientia appeti dicimus, quodq; summum ac supremum est bonorum eorum omnium, quæ homines consequi possunt.

Ονομαζὶ μὲν οὖν] *Hæc disciplina probabilibus tantùm nititur. Probabilia autem sunt, quæ videntur aut omnibus, aut plurimis, aut sapientibus. Quocirca de summo bono disputaturus, primum ponit ea, quæ apud plerosque omnes confessa sunt: deinde ea, in quibus & eruditi ab imperitis, & vtrique inter se dissentiunt. Quod igitur sit summi boni nomen, nulla ferè controuersia est. nam & vulgares atque imperiti, & exculti ac politi ingenuis artibus homines vltimum illud bonorum felicitatem vocant. Bene viuere autem & bene agere idem esse censent, quod felicem esse.*

Ευδαιμονίαν] *Quid* εὐδαιμονία *&* εὐτυχία *interfit, disquiremus alio loco fortasse subtilius, interea illud quidem certè negari non potest, inter vocum ipsarum vim nihil admodum interesse. Nam vt* τύχη, *ita* δαίμων *quoque fortuna est. Aristophanes.*

Τοῦ σώματος γὰρ οὐκ ἐᾷ τὸν κύριον
Κρατεῖν ὁ δαίμων, ἀλλὰ τὸν ἐωνημένον. *Euripides.*
Οταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων;

Itaque εὐδαίμων, *si tantùm vim nominis inspicias, est, qui bona fortuna vtitur, id est, vt alibi docuimus, cui fauet Deus. Nam fortunæ nomine aut Deum, aut*

Digitized by Google

consilium quoddam diuinum vocabant. & Plato in Timæo supremum illum Deum huius vniuersitatis opificem vocat δαίμονα. Vnde est, quod Xenocrates, cùm suam cuique mentem Deum esse diceret, εὐδαίμονας dicebat esse eos, quibus bona & virtute prædita mens esset. Aristoteles secundo topicorum.

Καὶ οἱ πολλοί] *Ita vocant imperitam multitudinem.*

Καὶ οἱ χαείεντες] *Ita vocant homines ingenuarum artium studio deditos. Propterea quod earum tractatione elegantiores ac politiores homines sunt. Ouidius.*

Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes
Emollit mores, nec sinit esse feros. Idem:
Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est
Pectora mollescunt, asperitasq; fugit.

Plutarchus in Coriolano. οὐδὲν γὰρ ἄλλο μυσῶν εὐμενείας ἀπολαύουσιν ἄνθρωποι τοσοῦτον, ὅσον ἐξημερῶσαι τὴν φύσιν ὑπὸ λόγου, καὶ παιδείας τὸ λόγῳ δεξαμένῳ τὸ μέτριον, καὶ τὸ ἄγαν ἀποβαλοῦσαν.

Τὸ δ' ἓν ζῆν] *Apud Græcos duo sunt loquendi genera,* ἓν ζῆν καὶ ἓν πράττειν, *quorum vtrolibet felicitas indicatur. Ex quo effici voluit Plato in Alcibiade primo, & in extremo primo de Repub. eos, qui ex virtute viuunt, esse felices. ratiocinatur enim hoc modo.* Omnis, qui bene viuit, beneq; agit, felix est. Quicunque autem ex virtute viuit, agitque, bene viuit, beneque agit. Felix igitur est, quicunque ex virtute viuit. *Quin & Aristoteles hac eadem conclusione vsus est, cùm alibi, tum libro primo magnorum mora-*

Digitized by Google

moralium, vbi ita scribit. Αλλ' ἡ μὲν ἀρετὴ ἐν ἑκάστῳ εὖ τοῦτο ποιεῖ, οὗ ἐστιν ἀρετή. ψυχῇ δὲ ζῶμεν. διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν ἄρα εὖ ζήσομεν. τὸ δέ γε εὖ ζῆν, καὶ εὖ πράττειν οὐθὲν ἄλλο ἢ τὸ εὐδαιμονεῖν λέγομεν. τὸ ἄρα εὐδαιμονεῖν, καὶ ἡ εὐδαιμονία ἐν τῷ εὖ ζῆν ἐστί. τὸ δὲ εὖ ζῆν, ἐν τῷ κατὰ τὰς ἀρετὰς ζῆν. τοῦτ' ἄρα ἐστὶ τέλος, καὶ ἡ εὐδαιμονία, καὶ τὸ ἄριστον, *id est.* At virtus quidem quaque in re bene id efficit, cuius est virtus. animo autem viuimus. virtute igitur animi bene viuimus. bene autem viuere, & bene agere nihil aliud esse dicimus, quam felicem esse. Ergo felicitas in bene viuendo consistit. bene viuere autem in eo, vt secundum virtutes viuatur. Id igitur vltimum est: ea felicitas: id bonorum omnium optimum. *Hæc Aristoteles magistrum, vt apparet secutus. Vterque autem abusus videtur ambiguitate vocis ad id, quod sibi proposuerat, obtinendum. Nam bene viuere, benéque agere apud Græcos interdum dicuntur ij, quibus est ita, vt ipsi volunt, quibus res secundæ sunt, qui omni molestia carent, quibus aduersi aut incommodi nihil obiicitur: quibus omnia ex animi sententia succedunt:* οἱ ἅπαντα κατορθοῦντες. *ac tum in iis verbis non virtutis, sed fortunæ potius significatio est. Itaque etiam* παρ' ἀξίαν εὖ πράττειν *dicunt eos, qui, nulla bona re digni cùm sint, fortuna tamen prospera vtuntur. Demosthenes* τὸ γὰρ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίγνεται. *Aristoteles ipse:* ὁ μὲν νεμεσητικὸς λυπεῖται ἐπὶ τοῖς ἀναξίως εὖ πράττουσι. *quibus similibusq́ in locis (neque enim plures coaceruare dif-*

Digitized by Google

re difficile fuerit) εὖ πράττειν non est, prudenter, fortiter, iustè, temperanter, aut denique vlla ex virtute agere: sed, vt antè dixi, amicam ac propitiam fortunam experiri. Ita quoque εὖ ζῶν, in ore vulgi interdum nihil est aliud, quàm commodè, & sine vllo impedimento viuere, atque abundare iis, quæ ad vitam necessaria sunt. quod etiam Latini nonnunquam bene viuere dicunt. Horatius.

Vos sapere & solos aio bene viuere, quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.

εὖ πράττειν autem semel idem poëta bene rem gerere dixit.

Celso gaudere & bene rem gerere Albinouano
Musa rogata refer.

dicitur & facile agere. Terentius.

Quam vos facillimè agitis, quam estis maximè
Potentes, dites, fortunati, nobiles. Porcius.
Tres per idẽ tẽpus qui agitabãt nobiles facillimè.

Ac planè particula εὖ nihil interdum aliud Græcis significat, quàm quod Latinis facile: vt in his nominibus εὐμαθὴς, εὔπορος, εὐάλωτος, εὐαείδμητος, aliisq; huiusmodi. Est igitur ἐν ζῶν facilè agere, nulla difficultate in vita premi. At nonnunquam bene viuere, ac bene agere est, ita vti virtuti consentaneum est, viuere, & perpetuo, quantum id quidem fieri potest, in actionibus honestis laudabilibusq; versari. Quocirca, cùm ita proponitur, eos omnes, qui bene viuunt, benéque agunt, felices esse: idq; vsitata loquendi consuetudine comprobari: verè id quidem dicitur, si bene viuere ac bene agere,

priore

Digitized by Google

priore illo modo accipias. Sin posteriore, nunquam in eo tibi vulgares assentientur. Deinde, cùm infertur omnes, qui ex virtute viuant agantúe, bene viuere ac bene agere: si tuum illud bene, valet, idem, quod honestè ac laudabiliter: concedetur id tibi. sin illo altero modo accipi velis, negabitur. nimis enim verum est, multos virtute præditos homines κάκιστα πράττειν. Cùm igitur videantur, & Aristoteles, & Plato pulcherrimam de felicitate sententiam confirmare etiam iis, quæ dicuntur à vulgo: non tamen illa eo sensu, quo à vulgo dicuntur, accipiunt: sed veriore quodam ac præstantiore. In quo vterque ipsorum non modò nulla reprehensione, sed maxima etiam laude dignus videtur. Etenim cùm in omnibus hominibus natura insit quiddam diuinum, vt iidem illi philosophi docent, quemadmodum, qui numine aliquo afflati sunt, præclara multa dicunt, quæ ipsimet non intelligunt: ita vulgus hominum, propter illam, quam dixi, diuinæ naturæ communionem, sæpenumero quasi quædam oracula, ita verissimas quasdam sententias fundit, quæ non ita, vt sensum est ab iis, qui eas vsurpant, sed ita vt verè dicuntur, accipi debent. Nam quod eas & frequēter in ore habent, & tanquam veras & indubitatas accipiunt, id efficit illa, qua omnes tenentur, diuinitatis similitudo: quod autem detorquent eas in alium quendam sensum, libidini suæ accommodatum, eo fit, quod prauis opinionibus, & corrupta viuendi consuetudine ipsorum deprauata natura est. Quare in eo quod rectè dicunt, sequendi sunt: quod rectè dicta aliò flectere, & aliter interpretari cupiunt, repu-

Digitized by Google

repudiandi. Vt enim oracula furiosi fundunt, sapientes interpretantur: sic eiusmodi sententias etiam stultissimi iactant: sed à sapientibus earum petenda interpretatio est. Cùm igitur vulgus Græcorum dicit, πάντας τοὺς εὖ ζῶντας καὶ εὖ πράττοντας, felices esse, & in eo consentit: quod datur, accipio, & Deum etiam in eiusmodi hominibus loquentem admiror. At cùm iidem postea dicunt, se hoc non ita accipere, vt eos dicant bene viuere, qui honestè ac laudabiliter viuunt: nego me, quomodo ipsi accipiant, laborare. Non enim Deus est amplius, qui loquitur: sed cupiditas, sed nequitia, sed libido.

Τὸ δὲ εὖ ζῆν] *De nomine summi boni, & de quadam nominis explicatione, ac vt Græci loquuntur, περὶ λόγου τινὸς ὀνοματώδους nulla controuersia est: nunc in quo hominum iudicia discrepent, audiamus.*

Περὶ δὲ τῆς εὐδαιμ] *De re verò ipsa, inquit, id est, de felicitate, quænam ipsa sit, controuersantur: neque imperitæ multitudinis, & eruditorum ac sapientum hominum similis de ea oratio est. Aliqui enim felicitatem collocant in aliquo eorum, quæ euidentia, & omnibus nota sunt: vt in voluptate, diuitiis, honore. alij denique aliud illam esse aiunt. sæpe etiam vnus idemque modò hoc, modò illud. morbo enim laborans, sanitatem: inopia pressus, diuitias: ij autem, qui sibi conscij sunt ignorantiæ, eos admirantur, qui magni aliquid dicunt, quodq; ipsi assequi non queant.*

Ἡδονὴν] *Hanc summum bonũ esse dixerunt è veteribus Philosophis Eudoxus, Aristippus & Epicurus, & qui eos sectati sunt. ac de Eudoxo quidem alius erit in his*

libris

Digitized by Google

libris dicendi locus. Aristippi autem & Epicuri sententias, & argumenta diligentissimè excutit, & considerat Cicero lib.1. & lib.2. de finibus. At alij contra, eam summè auersati detestatíque sunt. vt Antisthenes: cuius est illud: μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην. *& Archytas dicebat, nullam capitaliorem pestem hominibus, quàm voluptatem corporis à natura datam. & Plato alicubi vocat eam* δέλεαρ κακῶν.

Ἢ πλοῦτον] *Diuitias nemo, quod sciam, philosophus summum bonũ esse dixit. Sed constat vulgarium multò maximam partem beatos eos demum esse sentire, qui diuitiis affluant. idq́ primum liquet ex vsu loquendi. Sæpe enim Græci* εὐδαίμονας *diuites vocant. Euripides.*

Τὴν μὲν γὰρ εὐγενείαν αἰτοῦσι βροτοὶ.
Μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖς εὐδαίμοσι.

Iidemq́ ὄλβον *interdum diuitias, interdum felicitatem nominant, &* ὀλβίους *modò felices, modò diuites. Euripides.*

Κακὸς δ' ὁ μὴ ἔχων, οἱ δ' ἔχοντες ὄλβιοι.

Sed & Latini sæpe beatorũ nomine non alios, quàm diuites intelligunt. Catullus.

ego vt puellæ
Vnum me facerem beatiorum.

Plautus:

Aurũ in fortuna inuenitur: natura ingenium bonũ
Bonam ego, quam beatã me esse nimio dici mauolo.

Deinde ex eo, quod Aristoteles primo πολιτ. *docet, quosdam homines consectari diuitias, vt instrumentum quoddam rerum gerendarum, alios eas sibi proponere,*

Digitized by Google

nere, vt finem: ideóque illos quidem modicè eas appetere: hos verò neque modum, neque finem vllum facere, iuxta id, quod à Solone dictum est.

Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται.

Et ab Horatio:

At bona pars hominum decepta cupidine falsò

Nil satis est, inquit, quia tanti, quantum habeas, sis

neque ignota sunt illa eiusdem poëtæ.

Et genus & formam regina pecunia donat. *Et:*

Virtus post nummos. *Et:*

omnia pulchris

Diuitiis insunt.

Itaq; Bion dicebat, vt loculos quamlibet viles, plurimi esse, si in eis plurimum inesset aurum: ita homines alioqui abiectissimos maximi fieri, si maximas haberent opes.

Quantum quisq; sua nummorum seruat in arca

Tantum habet & fidei.

Ait Iuuenalis. & alibi:

Protinus ad censum: de moribus vltima fiet

Quæstio. *Et alio loco:*

Vnde habeas, quærit nemo: sed oportet habere.

Aristodemum Lacedæmonium dixisse narrat Alcæus χρήματα χρήματ' ἀνὴρ· πενιχρὸς δὲ οὐδεὶς πέλεται ἐσθλὸς οὐδὲ τίμιος. *Simonides interrogatus, vtri pluris essent, sapientes, an diuites: respondit, se crebro sapientes ad limina diuitum, diuites nunquam pro foribus sapientum conspicari. Sed nemo vnquam elegantius expressit omnes improbas sententias istorum, qui præ diuitiis*

Digitized by Google

nitiis contemnunt omnia, quàm Euripides, cuius hi versus latinè à Seneca redditi leguntur.

Sine me vocari pessimum, vt diues vocer.
An diues, omnes quærimus: nemo, an bonus.
Non quare, & vnde: quid habeas, tantùm rogant.
Vbique tanti quisque, quantum habuit, fuit.
Quid habere nobis turpe sit, quæris? nihil.
Aut diues opto viuere, aut pauper mori.
Bene moritur, qui dum moritur, lucrum facit
Pecunia ingens generis humani bonum,
Cui non voluptas matris, aut blandæ potest
Par esse prolis, non sacer meritis parens:
Tam dulce si quid Veneris in vultu micat,
Meritò illa amores cœlitum atque hominum tenet.

Hi postremi versus etiam Græci reperiuntur.

Ὦ χρυσὲ δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς
Ὡς οὐδὲ μήτηρ ἡδονὰς τοίας ἔχει.
Οὐ παῖδες ἀνθρώποισιν, οὐ φίλος πατήρ.
Εἰ δ' ἡ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ,
Οὐ θαῦμ' ἔρωτας μυρίους αὐτὴν τρέφειν.

Qui cùm Athenis in theatro pronunciati essent, indignatus populus consurrexit; neque multum abfuit, quin & actorē, & carmen exturbaret. At fortasse magna pars eorum eodem vitio laborabat. Sed auaros etiam auari oderunt, vt de Crasso tradit Plutarchus. Extat elegātissimum epigramma Petronij Arbitri, quo pecuniam omnia posse ait:

Quisquis habet nummos, secura nauiget aura,
Fortunamq́ suo temperet arbitrio.

Digitized by Google

Vxorem ducat Danaën, ipsumq́; licebit
Acrisium iubeat credere, quod Danaën.
Carmina componat, declamet, concrepet, omnis
Et peragat causas, sitq́; Catone prior.
Iurisconsultus; paret, non paret, habetor;
Atque esto, quicquid Seruius & Labeo.
Multa loquor. quiduis nummis præsentibus opta,
Et veniet: clausum poßidet arca Iouem.

Plura apud Aristophanem in Pluto. Hæ igitur & similes sunt sententiæ hominum diuitias putantium esse summum bonum.

Ἢ τιμὴν] *Ne honorem quidem quisquam philosophus summum bonum esse dixit. Cùm autem errent vtrique, tum qui diuitias, tum qui honorem finem esse dicunt, tolerabilior tamen & venia dignior, & minus indecorus est eorum error, qui honori nimis magnum honorem habent, quàm eorum, qui opibus. Nam hi saltem excelso, & erecto, & elato esse se animo ostendunt: at illi sordido & abiecto.*

Rationes autem, quibus fortasse sibi persuadere aliquis poßit, honorem esse summum bonum, hæ ferè sunt. Verisimile est id summum bonum esse, quod ab optimo quoque maximè expetitur. At optimus quisque maximè gloria ducitur. Est igitur gloria summum bonum. Propositio per se probabilis est. Assumptio facilè probari potest. Fortißimi enim quique & maximà virtute præditi viri etiam vitam præ gloria contemnunt. Est in fabulis delatam esse à diis optionem Achilli, longam vitam, sed in gloriam mallet, an breuem quidē, sed quam peren-

perennis fama sequeretur. illum autem hanc prætulisse. & contemni ac vituperari solent, qui vitæ ac salutis maiorem, quàm honoris & gloriæ rationem habendam duxerint. Iasonem cum illa delecta iuuentute ad vellus aureum proficiscentem, ignota prius mortalibus tentantem maria, vitamq; suam ac suorum, quod ante ipsum nemo fecerat, ventis ac fluctibus committentem, quid tandem impulit, vt se in tanta tamq; aperta pericula coniiceret? Honoris nimirum & gloriæ cupiditas. Ita enim de eo canit C. Valerius Flaccus.

tu sola animos mentemq; peruris
Gloria: te viridem videt immunemq; senecta
Phasidos in ripa stantem, iuuenesq; vocantem.

PRAETEREA opus & finis idem sunt, vt sæpe docet Aristoteles. At honorem & gloriam Virgilius vocat opus virtutis.

breue & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ, sed famam extendere factis
Hoc virtutis opus.

Ergo virtus referetur ad gloriam, tanquã ad finem. TERTIO. Quarum rerum aliquod præmium est, in iis præmium ipsum magis expetendum esse constat, quam id, cuius præmium est. At virtutis præmium videtur esse honos & gloria. QVARTO. Bonum quo durabilius est, eo præstantius videtur. At cætera hominum bona videntur extingui saltem morte. gloria etiam post cineres durat. QVINTO. Summum bonum videtur esse id, quod ipsi Deo homines tribuunt. gloriam autem & honorem tribuunt. SEXTO. Si quod est in rebus

Digitized by Google

humanis diuinum bonum, vix videtur negari posse, quin idem sit etiam summum. quid enim superius sit eo, quod diuinum est? At Plato lib. 5. de legibus ait θεῖον ἀγαθὸν εἶναι τὴν τιμὴν. idemque totidem verbis confirmat Aristoteles quarto horum librorum. His & similibus argumẽtis probari quodammodo posset, honorem summum bonum esse. sed facilè solui possunt, & Aristoteles ipse eam opinionem paulò infrà refutaturus est.

Αλλοι δὲ ἄλλο] *vt Herillus scientiam, Democritus εὐθυμίαν, siue εὐεστὼ. Pyrrho ἀδιαφορίαν. Epicurus interdum indolentiam. Metrodorus τὸ σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα, καὶ τὸ περὶ τοῦτο πιστὸν ἔλπισμα. Stoici virtutem. alij alia. de quibus vide Ciceronem secundo de finibus, & Clementem lib. 2. στρωματέων.*

Πολλάκις] *In his Aristotelis verbis tria præcipuè notanda mihi videntur. vnum, vt in veritate, & scientia summam esse constantiam & stabilitatem, ita in opinione & errore summam inconstantiam & instabilitatem. Nam si homines verè cognoscerent summum bonum, non ferrentur huc illuc, sed in vna eademq́ sententia persisterent. Nunc quia opinionibus tantùm ducuntur, fluctuant, & illud modò in hac re, modò in alia ponunt. Itaque rectè tradiderunt ἐπιστήμην dictam esse, quasi ἐφιστήμην, ὅτι τὴν διάνοιαν ἀφίστησιν. Alterum, natura comparatum esse, vt quo caret quisque, id præstantissimum, maximéque expetendum arbitretur. Quod tamen non in omnibus verum est. Sunt enim quidam contra eo errore ducti, vt sua tantùm admirentur, aliena contemnant. Tertium, maiorem & acriorem esse*

in

in hominibus sensum mali, quàm boni. Non enim tam sentiuntur bonæ valetudinis, aut opũ commoda, quàm incommoda, quæ ex contrariis rebus oriuntur.

Τοὺς μέγα τι] *Inde sunt illa.*

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas. Et:

Felices animæ, quibus hæc cognoscere primum
Inq; domos superas scandere cura fuit.

Ἔνιοι δ' ὤοντο] *Quidam autem putabant, præter hæc multa bona aliud quoddam esse per se: quod & his omnibus, vt bona sint, causa esset. Est autem hæc opinio Platonicorum, de qua infrà copiosè disputabitur.*

Ἁπάσας] *Igitur omnes quidem opiniones expendere, inane fortassis ac superuacaneum fuerit. abundè autem huic parti satisfiet, si eas consideremus, quæ maximè eminent, quæque ratione aliqua niti videntur. Sic in Eudemeis.* Igitur in omnes quidem opiniones, quas nonnulli de felicitate conceperunt, inquirere, superuacaneum fuerit. multa enim videntur & puerulis, & mente captis, & ægrotantibus, de quibus nemo mentis compos dubitauerit. *& in topicis.* τὸ γὰρ ἐν τυχόντος ἐναντία ταῖς δόξαις ἀποφαυμένου φροντίζειν εὐηθές ἐστιν. *Causæ autem duæ videntur, cur interdum expediat inquirere etiam in eas sententias, quæ tamen veræ non videntur, vna vt ex eis aliquid veri eruamus.* Omnes enim ferè sententiæ, quæ quidem non penitus absurdæ sunt, accedunt quodammodo ad veritatem, μηδὲ πάντως αὐτῆς ἀποτυγχάνουσιν, *ait ipse in primo minore,* τῶν μὲν τὰ φυσ. πεφύκασι γὰρ οἱ ἄν-

θρωποι πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἱκανῶς: ait ipse primo Rhet. καὶ πρὸς αὐτὴν οἰκεῖόν τι ἔχουσιν, vt est in primo ad Eudemum. atque hoc in iis opinionibus cernere est, quas commemorauimus. Non est felicitas ἡδονὴ: sed tamen vera ἡδονὴ perpetua comes est felicitatis. οὐ πλοῦτος. ὁ μέν τοι εὐδαίμων τῆς ἔξωθεν χορηγίας δεῖται. οὐ τιμὴ, ἀλλ' ὅμως τίμιόν τι. οὐκ ἀρετὴ. ἀλλ' ἐνέργεια κατ' ἀρετήν. Altera causa est, ne illæ quempiam inducant & decipiant. Hoc autem duobus modis euenit, aut propter ipsarum probabilitatem, aut propter dicentium auctoritatem. Ergo illæ excutiendæ sunt. At si qua eiusmodi sit, vt & longissimè absit à vero, neque auctor illius tanti esse videatur, vt alios suo pondere in errorem trahat, in ea pluribus verbis refutanda omnis opera luderetur.

Μὴ λανθανέτω] Non est autem nobis, inquit, ignorandum duas esse inter se differentes disserendi vias, interdum enim à principiis ad ea, quæ ex ipsis efficiuntur, proficiscimur: interdum autem ab effectis ad principia ipsa progredimur. Quod autem hoc loco docetur, non est proprium Philosophiæ moralis, sed generale quoddam præceptum ad omnes artes ex æquo pertinens. Cur igitur, dicat aliquis, huc adhibitum est? quoniam vtile est ad quiddam, quod Aristoteles probare instituit, colligendum. Nam cùm admonere velit bene educatum, atque imbutum bonis moribus oportere esse eum, qui ad hanc disciplinam audiendam accedit, ita id confirmat. In omni arte tradēda, ordiendum est à quibusdam, quæ discere cupienti, aut iam nota sint, aut talia, vt leuiter admo-

admonitus, ea statim apprehendat, eiq; assentiatur. In hac autem arte principiis quibusdam vtimur, quæ consuetudine quadã imprimuntur in animis: qualia sunt, Mediocritatem omnibus in rebus optimam esse: voluptates non omnes nullo discrimine sequendas, sed eas demùm, quæ sint cum honestate coniuncta: Turpe lucrum damnum potius esse quam lucrum, & similia. Hæc autem omnes bene educati, aut iam sciunt, aut statim verbo vno admoniti, ἀποδέχονται καὶ λαμβάνουσι. Talibus igitur opus est.

Μὴ λανθανέτω] *Ad summam hoc dicit Aristoteles, omnem, quæ de re aliqua instituitur, disputationem duobus modis dirigi posse. aut enim à principiis, id est, à causis exorsi, perquirimus cognitionem eorum, quæ ex ipsis fiunt: aut contrarium ordinem tenemus, & quæ sunt effecta sumentes, ad causas, ex quibus illa effecta sunt, reperiendas mentis aciem intendimus.*

Εὖ γὰρ καὶ Πλάτων] *Quod modò dixit, Platonis testimonio atque auctoritate confirmat. nam eum quoque meritò solitum esse in disputationem adducere, & in quæstione ponere, à principiisne an ad principia esset via. velut in stadio, ab athlothetis ad metam, an contra. Porrò illius Platonicæ quæstionis hæc sententia erat: in rebus inuestigandis vtrum potius esset, à causis ad euenta, an ex euentis ad causas progredi. quod ille nunquam quæsisset, nisi vtrouis modo disputationem posse institui iudicasset. Pulchrè autem expressit Aristoteles magistri sui consuetudinem verbis ἀπτόμενοι καὶ ἐζήτει. Ille enim affirmandi & asseuerandi arrogantiam*

Digitized by Google

fugiens, ita omnia proponebat, quasi dubitans, &, quid veri simillimum esset inquirens. Sed & illa similitudo de stadio Platonem olet, qui exemplis & collationibus rerum notis & sumptis de medio illustrare disputationes suas solebat. Puto autem hanc dubitationem in iis, qui ad nos peruenêre, Platonis libris non extare. ac fieri potest, vt eam Aristoteles è sermonibus, non è scriptis illius hauserit, & certè multa Platonis ἄγραφα δόγματα, ab ipsius auditoribus studiosè conseruata esse, testatur Galenus.

Απὸ τῶν ἀθλοθετῶν] *Ita vocabantur ludorum præfecti in ludis gymnicis, vt in sænicis ἀγωνοθέται. Sedebant autem in ipso ingressu stadij.*

Αρκτέον] *Explicat nunc eam dubitationem, quam proposuerat. ac primùm hoc ponit: In rebus aut exquirendis, aut tractandis & explicandis, ab iis, quæ perspicua, & ad intelligendum facilia sunt, ordiendum esse. Talia autem duobus modis dicuntur. alia enim nobis clariora sunt, alia simpliciter, & suapte natura. Fortaßis igitur nobis quidem ab iis, quæ nobis clara & perspicua sunt, exordiendum est. Multis autem locis hæc ita distinguit Aristoteles; vt primo posteriorum analyt. primo Physicorum quarto, τῶν μὲν τὰ φυσ. & sæpe alias. Puto autem peccare eos, qui γνώριμα vertunt nota, & γνωριμώτερα notiora. τὰ γὰρ τοιαῦτα τῶν ὀνομάτων οἷον ἐδόδιμος, πότιμος, ἁλώσιμος, καὶ τὰ ὅμοια, οὐκ ἐνεργείας, μᾶλλον δὲ ἐπιτηδειότητός τινος σημαντικά ἐστι. nihilq́ prohibet suapte natura γνωριμώτατα esse, quæ nemini nota sunt. nam qui ita accipiunt illud τῇ φύσει, vt dicant*

ea

ea notiora esse natura ineptiunt. Itaq; interpretes Græci γνωριμώτερα exponunt Σαφέστερα, καὶ ἃ ῥᾶον ἄν τις καταλάβοι. Intelligendum est igitur, quæ causa est, vt vnaquæque res sit id quod est, eandem causam esse, vt illa res cognosci possit. Non enim cognoscitur, nisi id quod est, ea ratione, qua est. Quare, cùm, quæ ex causis effecta sunt, hoc ipsum quod sunt, quodq; cognosci possunt, accipiant à causis: necesse est causas ipsas, vt priores, ita etiam clariores esse. Nam vt docetur in analyticis, quod causam præbet alij, vt tale sit, id ipsum magis est tale, atq; hoc est, quod tam multis locis Aristoteles docet, natura priora esse, & clariora principia iis, quæ ex principiis existunt, simplicia concretis ac compositis, causas euentis. Sed vt diurnum tempus, quod natura maximè accommodatum est ad videndum, noctuis, & quibusdam aliis auibus tale non est: quæ in sole caligantes, vesperi melius vident: ita causæ & principia cùm sint natura γνωριμώτατα, nobis tamen plerumq; talia non sunt, quorum mentis acies ita est affecta ad ea, quæ simpliciter & absolutè, & suaptè natura, vel maximè clara sunt, vt oculus noctuæ ad lumen solis. Quocirca tunc ab iis, quæ per se minus clara, & perspicua sunt, sed clariora, & priora nobis, ad ea, quæ natura clariora, & priora, id est, ab euentis ad causas, à compositis ad simplicia progredimur: & ordinem non rerum naturæ, sed imbecillitati nostræ consentaneum, ac conuenientem tenemus. sic cum lunæ rotunditas efficiat eas varietates, quæ in ipsius illustratione cernuntur: prius tamen in hominum mentibus fuit earum varietatum notatio

Digitized by Google

& animaduersio, quàm globosam esse lunam cognosceretur. cumq; cætera corpora ob id dissolubilia sint, quod constent ex illis quatuor primis: non est tamen dubium, quin homines non è simplicibus ad concreta, sed ex his ad illa cognoscenda peruenerint. Interdum autem contingit, vt, quæ natura clariora sunt, eadem talia sint etiam nobis. vt in mathematicis. nam definitiones, & communes sententiæ, & hypotheses, quæ initio earum traduntur, cùm per se ac natura γνωριμώτερα sunt, quam ea, quæ consequuntur ex eis, tum facilius etiam apprehèndunturr. Summa igitur eius, quod hîc ab Aristotele docetur, hæc est: In cuiuslibet rei tractatione ordiendum esse à clarioribus, sed quoniam alia dicuntur clariora simpliciter, alia nobis: distinctius explicat sententiam suam, dicens incipiendum esse nobis ab iis, quæ nobis sunt clariora. quare vbi eadem erunt natura clariora, & nobis, ab iis principium ducendum erit: quemadmodum mathematici faciunt. Sin alia natura, & per se clariora sint, alia nobis, ab iis, quæ nobis clariora sunt, ad ea quæ per se, & natura talia, proficisci oportebit.

Διὸ δεῖ] *Hoc est illud, cuius colligendi gratia omnia illa περὶ τῶν γνωρίμων antecesserunt. Cùm enim oportet ei, qui alicuius artis idoneus auditor futurus est, clara esse ea, quæ principio illius traduntur, illud quoq; consequitur, vt oporteat, eum, qui commodè auditurus est de rebus honestis & iustis, &, vno verbo, ciuilibus, bonis moribus institutum esse. Nam in hac disciplina, rem ita se habere, vt, exempli gratia, amãdam*

esse

Digitized by Google

esse mediocritatem, fugienda extrema, hac, inquam, & similia pro principiis ponuntur: neq; cur ita sit, causa vllæ subtiliores exquiruntur, ac ne necesse est quidem. Iam is, qui bene educatus est, hæc & talia, aut iam cognita habet, aut sine vlla difficultate alio monente percipiet, iisq; libens assentietur. Quod si quis est, qui neutrum horum præstare possit, hosce audiat Hesiodi versus.

Ille quidem longè optimus est, qui ipse omnia nouit,
Sed bonus est etiam is, paret qui recta monenti.
Ac qui nec per se nouit, nec si quem alium audit,
Mentem adhibet, nullo is numero est, nullo ordine habendus.

Apud Hesiodum tamen post primum eorum versuum hic statim legitur, φρασσάμενος τὰ κ' ἔπειτα, καὶ ἐς τέλος εἰσὶν ἀμείνω. *Sed ego eum in calamo exaratis Aristotelis libris non reperi: neq; vetus interpres agnoscit: Eustratius, qui cæteros explicatione sua persequitur, hunc non attingit. Clemens quoq; lib. 3. pædagogi cap. 8. cùm hos versus citet, hunc prætermittit. & Aristides* λόγῳ πρώτῳ περὶ ῥητορικῆς, *& Plutarchus. Quo fit, vt eum Hesiodi esse non putem.*

Διὸ δεῖ] *Hanc ipsam sententiam ad finem libri decimi repetit, & copiosius tractat.*

Τοῖς ἔθεσιν] *Magnam enim vim habet consuetudo ad assensionem, & ad facilem eorum, quæ traduntur, perceptionem, vt est in primo minore* τῶν μετὰ τὰ φυσικά.

Καὶ δικαίων] *Sic supra,* τὰ δὲ καλὰ καὶ τὰ δίκαια. *Hoc autem*

Digitized by Google

autem addit, quoniam iusta quodammodo sunt, quæcumque ex quacunque virtute fiunt, vt suo loco docebitur.

Αρχὴ γὰρ] *Quidam libri veteres, ἀρκεῖ: quod tamen mihi quidem non probatur.*

Ἢ ἔχει ἡ λάβοι ἂν] *Principia enim alia auditor domo affert, alia à docente accipit.*

Οὗτος μὲν πανάριστος] *Hanc sententiam, vt notum est, expressit Minutius apud Liuium lib. 32.* Sæpe, *inquit*, ego audiui milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat, quod in rem sit: secundum eum, qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri parere sciat, eum extremi ingenij esse. *Et Cicero in Cluentiana.* Sapientissimum esse dicunt eum, cui, quod opus sit, ipsi veniat in mentem: proximè accedere illum, qui alterius bene inuentis obtemperet. *& Æmon apud Sophoclem in Antigone.*

Γνώμη γὰρ εἴ τις κἀπ' ἐμοῦ νεωτέρου
Πρόσεστι, φήμ' ἔγωγε πρεσβεύειν πολύ
Φύναι τὸν ἄνδρα πάντ' ἐπιστήμης πλέω.
Εἰ δ' οὖν, φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν,
Καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν.

Zenonem autem philosophum aiunt hos versus ita efferre solitum.

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ.

At contra Aristippus, alieno consilio indigere, miserius esse dicebat, quàm mendicare. Herodotus autem

vtrumq;

Digitized by Google

vtrumq; æqua in laude ponit, cuius illud est, ἴσον ὦ βασιλεῦ κέκριται φρονέειν τε εὖ, καὶ τὸ λέγοντι χρηστὰ ἐθέλειν πείθεσθαι. nisi fortè non ad præstantiam, sed ad actionem respicit. Homericus autem Nestor à rege vtrumq; exigit.

Ἀλλὰ ἄναξ, αὐτός τ' εὖ μήδεο, πείθεό τ' ἄλλῳ.

CAPVT V.

Ἡμεῖς δὲ] *Sermone illo de principiis abductus paulisper à re proposita, nunc ad institutũ redit, ac de ipsa summi boni natura disserere ingreditur. Inprimis autem percenset falsas aliquot de eo opiniones, easq; refellit: tum ratione ac via progreditur ad peruestigandam veram illius definitionem, quam deniq; repertam constituit ac confirmat.*

Ἡμεῖς δὲ] *Nostra autem, inquit, vnde digressa est, eo se referat oratio.*

Τὸ γὰρ ἀγαθόν] *Summum, inquit, bonum & felicitatem videntur vulgares quidem, & abiectißimi quiq; in voluptate constituere: ij autem, qui politiores sunt, quiq; se ad tractandam Remp. conferunt, honorem sibi proponere tanquam finem videntur. Quod si quis roget, quo argumento percipi poßit, eam esse illorum de felicitate sententiam, huic satisfacit Aristoteles, cùm ait, ἐκ τῶν βίων. Significat enim id facilè colligi posse ex ipsorum ratione viuendi. Nam vt quisque hunc aut illum finem sibi proponit, ita vitam suam hoc aut illo modo instituit. Fallitur autem hoc loco S. Thomas, qui expo-*

Digitized by Google

exponit ἐκ τῶν βίων, aliquid eorum, quæ pertinent ad vitam.

Οὐκ ἀλόγως] *referendum est ad verbum* ἐοίκασιν, *non ad verbum* ὑπολαμβάνειν.

Οἱ μὲν πολλοὶ] ὁ πολὺς ὄχλος.

Καὶ φορτικώτατοι] *Vix vlla vox est in hu libri, in qua reddenda minus inter se conuenerint interpretes. Vetus hoc loco interpretatus est grauissimi. Itaq; S. Thomæ causam dedit errandi, & longissimè ab Aristotelis sententia recedendi. Accepit enim grauissimos, vel propter auctoritatem scientiæ & doctrinæ, vel propter vitæ honestatem. Arretinus, onerosissimi. in quo est quidem aliqua vocis similitudo.* φόρτος *enim aut* φορτίον *onus dicitur: sed ad id quod significatur nomine* τῶν φορτικῶν, *nihil alienius cogitari potuit. Neque Argyropylo melius successit, quàm cæteris. Vertit enim, importunissimi, minimè sanè oportunè eo vocabulo vsus. Perionius Argyropyli errorem secutus est. Lambinus odiosissimos, & insolentissimos vertit, & congessit multos locos Aristotelis, in quibus putauit* φορτικὸν *valere idem, quod odiosum ac minimè ferendum: sed eum quoque opinione sua vehementer falsum esse, spero hodierno die omnes qui me attentè audierint, cognituros. Ego enim, cùm tantam esse in hac voce explicanda eruditorum hominum discrepantiam viderem, cœpi in euoluendis optimæ notæ scriptoribus Græcis, vbicunq; eam repereram, annotare, & ad eam, memoriæ causa, signum aliquod apponere, sperans fore, vt è plurimorum locorum*

Digitized by Google

rum collatione mihi tandem vis illius innotesceret. Notaui locos mille, & eo amplius, quibus conferendis illud mihi assecutus videor, vt de vi ac potestate huius vocabuli satis commodè disserere possim.

Φορτίον, vt dixi, onus est. inde φορτικοὶ, qui victum sibi vehendis oneribus quarunt, qui vellaturam, *vt Varro loquitur, faciunt. Quod quoniam abiectissimum est hominum genus, factum, vt φορτικοὶ dicantur homines abiecti, viles, sordidi: & τέχναι φορτικαὶ, artes sordidæ, atque illiberales, quæq; non nisi à vilissimis hominibus factitantur. Inde tralata est ea vox ad alia multa vitia, quibus plerunque eiusmodi homines laborarent. quod etiam factum est in voce βάναυσος, quæ mihi valde affinis videtur ei, de qua nunc agimus. Βάναυσοι enim primo dicti sunt, qui ad fornacē, aut ad caminum artes suas exercerent, homines fauillæ, & fuliginis pleni. Deinde accommodata est ea vox ad omnes sordidas artes, quas qui faciunt, quoniam inepti esse solent, neque vllam habere rationem aut rerum, aut hominum, aut loci, aut temporis, ideo Aristoteles quarto horum librorum βαναυσίαν & ἀπειροκαλίαν idem vitium vocat, & eos qui magnos sumptus faciunt, in res contemnendas, & ex eo se magnam quandam gloriam colligere arbitrantur, βαναύσους nominat. quomodo etiam Ælianus libro secundo ποικίλ. ἱστ. vocat λεῖστα πολυτελῆ καὶ φορτικὰ, qualia solent apparari ab iis, quos Aristoteles vocat φορτικοὺς & βαναύσους. quem Æliani locum Lambinus pessimè interpretatus est.*

Itaq;

Digitized by Google

Itaque in illis omnibus locis Aristotelis, in quibus ipse vertit, φορτικὸν odiosum, minimè tolerabile, minimeq; ferendum, vertere debuerat, ridiculum, aut sordidum, aut, vt eum Adrianus Turnebus vir præstantissimus admonuerat, ineptum.

Διὸ καὶ τὸν βίον] *Quidam veteres libri τῶν βίων: quod melius videtur.*

Τρεῖς γάρ εἰσι] *Multa quidem sunt viuendi genera: sed tria, vt videtur, maximè insignia: vnum vulgarium, qui ad voluptatem referunt omnia, & ventri ac libidini seruientes, nullam aliam cogitationem suscipiunt. Alterum elegãtium hominum ac politiorum, qui capessunt Remp. & in rebus agendis versantur. Tertium eorum, qui sublimiori ingenio præditi, totos se conferunt ad contemplationem cognitionemq; rerum, aliisq; omnibus curis posthabitis, in ea vna occupantur. In Ethicis quoque ad Eudemum idem traditur: nimirum* τρεῖς εἶναι τοὺς βίους τῶν ἐν ἐξουσίᾳ ὄντων, τὸν φιλόσοφον, τὸν πολιτικὸν, καὶ τὸν ἀπολαυστικόν.

Οἱ μὲν οὖν πολλοί] *Reprehendit iudicium vulgarium: affirmatq; eos omnino seruiles videri, qui quidem pecudum vitam cæteris potiorem esse ducant, eamq; sibi deligant, quam sequantur.*

Ἀνδραποδώδεις] *siue quod cupiditatibus pareant, siue quod nihil vnquam magnum atque excelsum cogitent. In Eudemeis quoque ait, neminem hoc vitæ genus sequi,* μὴ παντελῶς ὄντα ἀνδράποδον, καὶ ὅτι τῷ ταύτην ποιουμένῳ τὴν αἵρεσιν οὐθὲν ἂν διενέγκοιεν γενέσθαι θηρίον ἢ ἄνθρωπον.

Βοσκη-

Βοσκημάτων βίον] *Nam eæ voluptates, quæ gustatu percipiuntur, quæq; tactu, de quibus eum præcipuè loqui hoc loco intelligendum est, communes sunt homini cum bestiis.*

Τυγχάνοσι δὲ] *Eos qui opibus affluunt, quiq; in imperio cõstituti sunt, vulgus felices ac beatos putat. Quã igitur vitam ab iis coli videt, eam omnium optimam, atq; optabilissimam censet. Quocirca cùm potentium magna pars iisdem, quibus Sardanapalus olim, cupiditatibus seruiat, videntur vulgares ratione aliqua moueri, vt in earum expletione finem bonorum esse statuant. Hinc autem intelligi potest, locupletes & potestate præditi homines quantum studium conferre ad bene laudabiliterq; viuendum debeant. Cùm enim secus faciunt, non tantùm corrumpunt ipsi se, verùm etiam alios exemplo suo in eandem perniciem trahunt.*

Σαρδανάπαλος] *Hic Assyriorum, non vt Eustratius ait, Persarum, rex fuit, non modò tempore, sed vita etiam moribusq; postremus. Multa de eo Athenæus lib. duodecimo, Diodorus lib. secundo, & alij. Epitaphium illius variè traditur. à quibusdam hoc modò.* SARDANAPALVS Anacyndaraxis F. Anchialen & Tarsum extruxit vno die: nunc mortuus est. *Ab aliis.* EGO rex fui: & quoad vixi, bibi, comedi, rei Venereæ operã dedi: cùm scirem & breuẽ esse hominum vitam, & multis mutationibus obnoxiam; & fructum bonorum, quæ ego reliquissem, ad alios peruenturum. Quare hoc facere nullum diem intermisi. *Ab aliis.* SAR-

Digitized by Google

DANAPALVS Anacyndaraxis F. Anchialen, & Tarsum extruxit vno die. Ede, bibe, lude: alia enim omnia tanti sunt. *Imposita autem erat sepulcro ipsius statua, quæ digitorum crepitum edere videretur. Chœrilus illud interpretatus est his versibus, qui sunt apud Athenæum lib. 12.*

Εὖ εἰδὼς, ὅτι θνητὸς ἔφυς, σὸν θυμὸν ἄεξε,
Τερπόμενος θαλίησι. θανόντι τοι οὔτις ὄνησις.
Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι Νίνου μεγάλης βασιλεύσας.
Κεῖν' ἔχω, ὅσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ σὺν ἔρωτι
Τέρπν' ἔπαθον. τὰ δὲ κλεινὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.

Cicero 2. Tuscul. Ex quo, inquit, Sardanapali opulentissimi Syriæ regis error agnoscitur, qui incidi iussit in busto.

Hæc habeo, quæ edi, &c.

Quid aliud, inquit Aristoteles, in bouis, non in regis sepulcro inscriberes? Hæc habere se mortuum dicit, quæ ne viuus quidem diutius habebat, quam fruebatur. Idem est in secundo de finibus.

Κράτης.

Ταῦτ' ἔχω, ὅσ' ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ μουσῶν
Σεμν' ἐδάην· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια τῦφος ἔμαρψε.

Οἱ δὲ χαρίεντες] *Vulgarium vna ratio est. Omnes enim nullo discrimine voluptatem sequuntur: politiorum duplex. Partim enim ad remp. accedunt, iiq; honorem sibi proponere videntur, & ad eum omnia referre: partim se totos cognitioni contemplationiq; dedunt: de quibus alius constitutus est ad dicendum locus.*

Οἱ δὲ] *pendet ex illo* οἱ μὲν πολλοὶ καὶ φορτικώ-

τατοι

πάτοι, & repetendum ἀπὸ κοινοῦ, ἐοίκασιν ὑπολαμβάνειν.

Σχεδὸν] hoc addit: quoniam sunt & qui sibi virtutem ipsam atq; honestatem proponant, etiamsi nullus eam sit honos consecuturus.

Φαίνεται δὴ] Duobus argumentis ostendit honorem non esse summum bonum. Eorum vnum à repugnantibus ducitur, hoc modo. Summum bonum proprium quiddam esse eius, cui contigit, arbitramur: Atque ita proprium, vt difficulter ab eo auelli queat. At honor non est quicquam proprium eius, qui eo afficitur; imò potius testimonium quoddam aliena de præstanti ipsius virtute opinionis. Itaque facilè eripi potest. non enim situs est in potestate eius, cui defertur; sed aliorum. Quo fit, vt interdum tribuatur indignis, dignissimis denegetur. vt cùm, prætore creato Vatinio, Cato repulsam tulit. Nam vir bonus præstare se honore dignum potest: vt alij quoque ita iudicent, non potest. Constat igitur honorem leuius quiddam esse, & minus altis, vt ita dicam, radicibus nixum, quàm id, quod quærimus.

Ἐπιπολαιότερον] Mirum quid secutus sit Argyropylus, cùm hunc locum ita verteret, videtur autem ab eo distare, quod quærimus: nisi fortè pro ὑπιπολαιότερον legit, ἐπι πορρωτέρω, aut aliquid tale: quod tamen sine dubio vitiosum esset.

Μαντεύόμεθα] Hoc verbo vtitur, quoniam nondum ex iis, quæ disputata sunt, constat, quanam summi boni natura sit.

Digitized by Google

Ἔπειδὴ] *Alterum hoc argumentum est, quo demonstratur honorem in rebus bonis principem locum non obtinere. non enim planè, & omnino suaptè vi expetitur; imò verò optimus & grauissimus quisq; (nam leuium quidem, & ventosorum hominum alia ratio est) non aliam ferè ob causam honoris studio ducitur, quam vt planè perspiciat, id quod maximè cupit, se virtute præditum esse. Talium igitur iudicio virtutem honore præstantius quiddam esse constat. Hic autem considerandum, sapientum sententia quantoperè à vulgarium opinione dissideat. Quotus enim quisq; nostrûm est, qui, si apertè, ac sine vlla dissimulatione sensum animi sui velit expromere, non ita existimet, honoris potius consequēdi gratia sequendam esse virtutem, quàm honoris studium ad virtutem dirigi oportere? Pone ex altera parte virtutem omni honore spoliatam: ex altera honorem (quanquam verus quidem honos existere, nisi ex virtute non potest) sed tamen aut honorem, aut etiam inanem quandam, & adumbratam honoris imaginem nullo solidæ virtutis fundamento subnixam, populari tantùm aura, & falsis imperitæ multitudinis sermonibus excitatam: quos ex hac parte concursus, quam ex illa solitudinem futuram putas? Ita magna pars mortalium omnem virtutis fructum in honore positum esse arbitratur: neq; ea mercede detracta, satis magnam causam esse ducit, cur asperam illam, & multis obstructam difficultatibus virtutis viam capessere debeat. Longè aliter ait hoc loco Aristoteles ab hominibus eleganti præditis ingenio fieri: qui honorem ob*

id

Digitized by Google

id vnum expetunt, vt virtutis suæ conscientia certius, & exploratius frui possint. amant enim eximiè virtutem, & ad eam omni studio incumbunt, omniaq; sedulò faciunt, vt eam sibi comparent: neq; quicquam habent antiquius, quàm vt ad eam perueniant. quanquã autem sibi conscij sunt, se nihil consulto prætermittere, quod ad eam acquirendam pertinere videatur: semper tamen diffidunt suo de seipsis iudicio: neq; vnquam satis pro certo sibi persuadere audent, se illud bonũ, quod tantoperè optant, consecutos. Sciunt enim pro ingenito omnibus amore sui, facilè quemq; à seipso decipi, nullum de se iudicare, vt alibi Aristoteles loquitur, ἀδέκαστον: ita esse omnes à natura factos. Aliena, quòd ait Comicus, melius vt videant, & iudicent, quàm sua. Sæpè igitur ita secum loquuntur. Quid si nimis ipse mihi placeo, & vana me virtutis meæ opinione ludificor? quid si multa in me vitiosa, quæ me fugiũt, alij vident? quid si, cùm aliquos mihi ad virtutem progressus fecisse videar, alij me longissimè ab ea abesse cernunt? Hoc est, igitur, cur honorem requirant: non vt virtutis præmium: Ipsa etenim virtus, vt ait poëta, pretium est sibi: *sed vt eorum, quos integrius, & incorruptius iudicare arbitrantur, de sua virtute testimonium. Ita enim certius credunt, quod toto pectore cupiunt, se bonos esse: cùm ad conscientiam suam alieni quoq; testimonij accessit auctoritas.*

Ergone, dicet aliquis, de se quemq; aliis, quã sibi verius credere est? at id ne faciamus, sapientissimus poëta Horat. vetat. Notus est enim versiculus ille ad Quinctiũ.

Digitized by Google

Sed vereor, ne cui de te plus, quàm tibi, credas.

Et quidam alius recentiorum (Ausonium fuisse aiunt) virum bonum describens, illud ei vel inprimis tribuit, quod

Iudex ipse sui totum se explorat ad vnguem,
Quid proceres, quid leno procax, quid opinio vulgi,
Securus.

Sunt ista: neq; tamen vlla inter Aristotelem, & hos poëtas repugnantia est. Nam horum ille vetat contra conscientiam suam adulantium vocibus credere: hic bonum virum, rectè factorum conscientia fretum, negat curare, quid sentiant ij, qui virtutem negligunt. Aristoteles autem ait, compositos & modestos homines nõ audere suo de se iudicio cõfidere: imò præterea non quidem adulatorum, neq; procerum, neq; lenonum, neque vulgi, sed prudentium, & rectè iudicantium virorum testimonium requirere. Itaq; qui versiculum illum Horatianum, & hunc Aristotelis locum perinde acceperũt, ac si vterq; de eodem hominum genere loqueretur, vt mollissimè dicam, ἀνδρώπινόν τι ἔπαθον.

Sed si virtus propter honorem non expetitur, neque honos præcipuũ virtutis præmium est, qui fit, vt generosissimus quisq; tanto teneatur honoris studio: & vt, quicunq; ad virtutem cohortantur, non aliud ferè iis, quos incitare volunt, quàm honorem gloriamq; proponant? Certè ille Græcorũ fortissimus etiam longitudinem vitæ honori ac celebritati nominis postposuisse memoratur: & sapientissimi viri filium dea sapientissima ideo fortem esse iubet, vt etiam à posteris commẽdetur; cùm ait:

Αλλι-

Digitized by Google

Ἄλκιμος ἔσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ.

Prodicus quoque ille Xenophonteus Herculem à virtute hoc potißimùm argumento allici facit. Quid iam eius generis alia colligam? obuia enim sunt omnibus philosophorum poëtarumúe scripta tractantibus. Ac de illa quidem, quæ omnibus præclaris ingeniis insita est, honoris auiditate, antea diximus: veramq́ illius causam ex Aristotele patefecimus. Quod autem in adolescentibus ad colendam virtutem incitandis honorem, quasi præmium, proponi videmus: intelligendum est eos, qui id faciunt, simile quiddam facere, atque in puerulis prima elementa discentibus prudentes magistri solent. Nam quia puerulorum ætas infirmior est, quàm vt adhuc perspicere poßit vtilitates litterarum: idcirco crustulis quibusdam, & sigillis, & aliis eius generis munusculis inuitanda est, vt laborem capere in eis discendis velit. Simili modo adolescentum animos, quia peruidere, quam sit ipsa per se virtus amplexanda, nondum queunt, adducere oportet inuitamentis, atque illecebris gloriæ, vt eius se studio dedant. Sed vt pueri gustata semel literarum dulcedine, cognitaq́ præstantia, non iam amplius ludicris illis præmiolis commouentur: ipsas per se literas amant: ita qui semel mentis oculis virtutis dignitatem penitus perspexerunt, non iam amplius honoris blandimentis, vt eam vsq́ ad extremum persequãtur, indigent: ipsam per se amant: neq́ honorem requirunt, nisi vt quemadmodum diximus, alieno quoq́ testimonio intelligant, se tales esse, quales maximè exoptant.

Ζητοῦσι γοῦν] *Hoc signo ostendit, verum esse, quod modò dixerat, honorem ab elegantibus viris, tanquam virtutis testimonium expeti: non enim à quibuslibet coli cupiunt, sed à prudentibus, & quibus ipsi bene noti sint; vt maior in eorum testimonio sit fides: neq; quolibet nomine, sed ob virtutem. Hector apud Naeuium:* Gaudeo pater laudari me abs te laudato viro.

Κρείττων] *Quidam libri veteres, χρεῖττον: idq; mihi quodammodò concinnius videtur.*

Τάχα δὴ] *Fortaßis enim, inquit, existimet aliquis, non honorem, vt modò diximus, sed virtutem ipsam finem esse ciuili vitæ propositum. Hanc autem sententiam tuetur ipsemet lib. 1. ad Eudemum.*

Φαίνεται δὴ] *Vt vt sit, id est, siue ciuili vitæ propositus sit honos, siue virtus (non enim hoc nunc agimus) illud quidem certè constat, virtutem esse quiddam minus perfectum, quàm vt ei deferēdus sit bonorum principatus.* Omnium autem falsarum opinionum de summo bono, nulla est, quæ aut tam propè accedat ad verum, *aut tantam speciem, tantamq; dignitatem habeat, quantam illorum, qui felicitatem in virtute collocant. Nulla enim de re splendidius ac magnificentius, quàm de virtutis excellentia, disputari potest. Itaq; defensores habuit non Stoicos modò pugnacißimos homines, & in disputando propemodum inuictos, verumetiam multis locis Socratem ipsum & Platonem. Neq; quicquam facilius est, quàm argumenta quamlibet multa reperire, quibus probabiliter colligatur, virtutem esse summum bonum.* PRIMVM igitur

tur, cùm contraria de contrariis probabiliter dicantur, & omnes vitiosi eo ipso, quod vitiosi sunt, infelices sint, videntur etiam omnes virtute præditi hoc ipso esse felices. Propositiò ipsius Aristotelis est primo topicorum. Assumptionem & consensus bonorum omnium confirmat, & Aristoteles ipse multis admodum locis, & Plutarchus cum alibi, tũ in libello εἰ αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν. DEINDE *id summum est hominis bonum, quod hominem maximè perficit. Talis autem est virtus. Est igitur summum hominis bonum.* TERTIO. *Si virtus non est summum bonum, oportebit aliquid esse virtute melius. nihil autem melius virtute. Igitur, &c. Euagarer in hac parte longius, nisi haberem hodie multa admodum in vnius horæ curriculum concludere. Tantum igitur admonebo, vt, qui hac de re multa in vtramque partem disputata cognoscere cupiunt, legant Ciceronis tertium & quartum de finibus, quintum Tusculanarum, Senecæ libros, eum præcipuè, qui est de vita beata, & Alexandri Aphrodisiensis commentariolũ,* ὅτι οὐκ αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν. *Nos autem ex Aristotelis sententia tantum quidem tribuimus virtuti, vt neq; qui eam habeat, etiam si ceteris omnibus bonis careat, miserum, neque à quo illa absit, etiamsi aliis omnibus affluat, felicẽ esse posse fateamur: neq; tamen illud quoq; damus, eam esse summum hominis bonum, aut in quo ea sit, nihil ei deesse posse ad bene beateq; viuendum. Atq; hoc ita se habere, eademq; opera, quomodo tum ea, quæ modò attulimus argumẽta, tum eiusmodi alia dissoluenda sint, è sequentibus liquidò intelligetur.*

Digitized by Google

Ατελεσίας] *Si virtus, vt est apud Ciceronem quarto de finibus, est rationis perfectio, & vt Aristoteles ipse postea dicturus est, eum in quo est, perficit, quomodo potest ἀτελεσίας dici? Duplex est perfectio, vt docetur in libris de animo: prima & secunda. Primam perfectionem vocamus aut habitum, aut potestatem quandam otiosam, & nullo fungentem munere, qualis est ars in eo, qui illam non exercet, aut oculorum auriumúe sensus in dormiente. Secunda est primæ illius exercitatio: vt cùm artifex aliquid agit ex arte, vt cùm aliquid videmus re ipsa vel audimus. Virtus ex primo genere est. primas autem perfectiones nihil prohibet imperfectas dici, si cum secundis conferantur.*

Δοκεῖ γὰρ] *Videtur enim, inquit, euenire posse, vt & dormiat is, qui virtute præditus est, & in tota vita nihil agat: ac præterea à multis versetur in malis, fortunáque vtatur maximè aduersa: eum autem, qui ita viuat, nemo vnquam felicem dixerit, nisi qui admirabilem aliquam sententiam defendere ac tueri velit.*

Δοκεῖ δὲ] *Dubitationem habet, quid sit, quod Aristoteles ait, euenire posse, vt qui virtute præditus est, totam vitam dormiat. Hoc enim nemini euenire potest, neque in quo sit virtus, neque à quo absit. At hoc quidem facilè explicari potest, si sciamus, docendi causa, licere interdum ponere ac fingere quædam, quæ, etsi nunquam sunt, eis tamen positis, nulla consequitur absurditas.* Λέγω δὲ εὐδεχεσθαι, *ait Aristoteles in prioribus,* καὶ τὸ εὐδεχόμενον, οὗ μὴ ὄντος ἀναγκαίου, τεθέντος δὲ ὑπάρξαι, οὐδὲν ἔσται διὰ τοῦτο, ἀδύνατον. *Dormire igitur homi-*

nem

Digitized by Google

nem toto vitæ tempore, est τῶν ἀδυνάτων, si naturam ipsius consideres, qua animal est. Neque enim semper vigilare, neque semper dormire vllum animal potest: vt docetur in libello de somno & vigilia. At, virtutis quidem causa, est τῶν ἐνδεχομένων. Nam etiamsi ponas aliquem, qui virtutem adeptus sit, statim obdormiscere, & dormire totum reliquum vitæ tempus: somnus ille non impediet, quo minus virtutem retineat. Neq; enim pugnant inter se hæc, dormire & virtute præditum esse. Neq; vir bonus cum dormitum it, vt veste, ita se virtute exuit. Vt igitur illas aliquot horas, quas dormit, virtutem retinet, ita retineret etiam si totam vitam dormiret. Exempli causa, si virtutem consecutus, statim opprimeretur lethargo, ita vt somni & vitæ idem finis esset, illo tamen morbo virtutem ei ademptam non diceremus. Et si somnus virtutem tolleret, quoties expergiscuntur viri boni, toties eis noua exercitatione ad virtutem comparandam opus foret. Ita ergo argumentatur Aristoteles. Eiusmodi bonum, quod etiam ab eo qui semper dormiat, retineri potest, non est summum bonum. Tale autem est virtus. Non est igitur virtus summum bonum. Epimenides, qui totos XLVII. annos dormiisse dicitur, si quo tempore sopitus est, virtutem habuisset, retinuisset eam dormiens: neque tamen felix fuisset. Aliud igitur est virtus, & aliud felicitas.

Καὶ ἀπρακτεῖν] *Fieri potest, vt ei qui virtute præditus est, nulla vnquam se offerat exercendæ virtutis occasio. Talem autem, id est, τὸν ἀπρακτοῦντα διὰ βίου, nemo felicem dixerit.*

Καὶ

Digitized by Google

Καὶ ἀτυχεῖν τὰ μέγιστα] *ita vt nihil ei prosperè succedat eorum quæ agit.*

Τὸν δὲ οὕτω ζῶντα] Θέσις *quid sit, disces è primo topicorum. Inde apud Ciceronem* θετικά.

Καὶ περὶ τούτων ἅλις] Εγκυκλίων *libros duos hoc titulo scripserat, quibus* ἐγκύκλια *quædam & peruulgata disciplinarum, & philosophiæ præcepta complexus erat.*

Τρίτος δέ ἐστιν ὁ θεωρητικὸς] *Libro decimo.*

Ὁ δὲ χρηματιστὴς βίαιος τίς ἐστι] *Dubitare aliquis poterat, cur tres tantùm vitas posuisset, neque addidisset quartam, eorum, qui pecuniæ tantùm & opibus cogendis ac congerendis student: quales sanè multos videmus. Huic dubitationi duobus modis occurrit: primò, quod illi vix viuere videantur: sed sit eorum quodammodo* ἄβιος βίος, ἄβιος *enim lego, vbi vulgo est,* βίαιος, *deinde quod satis per se constet, diuitias non esse summum bonum: cùm sint è genere bonorum vtilium, quæq; tantùm propter aliud expetuntur.*

Διὸ μᾶλλον] *Argumentum à maiori.*

Πρὸς αὐτὰ] *aduersus ea vt in loco topicorum, quem declaraui in libris variarum lectionum.*

CAPVT VI.

Τὸ δὲ καθόλου] *Cùm multa sunt in Philosophia, quæ difficiles, atq; arduos habent explicatus, tum quæstio de ideis tam multis est, tamq; variis dissentientium inter se eruditissimorum hominum agitata contentionibus,*

Digitized by Google

tibus, vt si quis hodie in eum arbitrum se ac disceptatorem idoneum profiteri audeat, vix vllo pacto apud cordatos, & harum rerum intelligentes homines impudentiæ, aut potius temeritatis notam effugere posse videatur. A qua quoniam semper quàm longissimè abesse studui, & mihi conscius mediocritatis meæ sedulo caui, ne quid vnquam pro certo atque explorato traderem, quod ipsi mihi non satis perceptum ac cognitum esset, seruabo eam, cuius me nunquam adhuc pœnituit, consuetudinem, &, cùm apertè ac dilucidè, quantum in me erit, exposuero, quam Platonis, quam Aristotelis fuisse sententiam putem, quid mihi verisimillimum videatur, ita proponam, vt & suum cuiq;, & mihi meum, si quid postea probabilius occurrerit, iudicium liberum ac solutum relinquam. Alia fortasse ratio aliis placeat: mihi quidem certè nunquam non incredibiliter arrisit illa in disputando veterum modestia, qui, cùm abundarent doctrinæ copia, vix tamẽ vnquam de rebus, in quibus aliqua inesset obscuritas, asseueranter & affirmatè pronunciabant. Corrupit hoc, vt pleraque alia sequens ætas, eruditionemq; cœpit ex confidentia pendere, eóque paulatim perducta res est, vt homines adolescentes reperias, qui quadriennio aut quinquennio in Philosophiæ studiis vtcunque consumpto, quouis facilius adduci possunt, quàm vt se vlla de re dubitare fateantur. Me verò & timidum natura finxit, & experientia atque vsus rerum timidiorem etiam reddidit: cùm sæpenumero mihi vsuuenerit, vt quarum me rerum scientiam habere animo conceptam ac comprehensam existimabam,

earum

Digitized by Google

earum me postea ipsarum animaduerterim magna in ignoratione versari. Itaque fio indies tardior ad affirmandum: neque vllum ferè maiorem ex studiorum laboribus fructum capio, quàm quod minus quotidie mihi blandior, & si nihil aliud, saltem è duobus ignorantiæ malis altero liberor, cùm, quæ nescio, consequor ea nescire me vt sciam. Non enim aut tam turpe, aut tam incommodum est, nescire aliquid, quam si, quod nescias, id te scire opineris. Sed hæc fortaßis alieniora sunt. Nūc illuc, quo institui, veniam, eáque vt potero, explicare ingrediar, quæ de idea boni aduersus Platonem Aristoteles disputauit. Exordiar autem à nobili & admodum celebrata doctißimorum hominum sermonibus quæstione: sitne inter Platonem & Aristotelem verborum tantùm, an rerum & sententiarum discrepantia, & num ea, quæ tam multis locis aduersus Platonem disputantur, ad ipsam Platonis sententiam reprehendendam pertineant, an potius aduersus eos, qui ex malè acceptis Platonis verbis falsam aliquam sententiam elicerent, dirigantur.

Simplicius quidem, cui ex Aristotelicis interpretibus non facilè quenquam aut ingenij acumine, aut doctrinæ magnitudine anteposueris, conuenire de rebus ipsis inter Platonem & Aristotelem arbitratur: idqúe cum aliis locis, tum in tertium de cœlo testatur, his verbis: Ὁ δὲ πολλάκις εἴωθα, καὶ νῦν εἰπεῖν ἄριστον, ὅτι οὐ πραγματική τις διαφωνία τῶν φιλοσόφων ἐστιν, ἀλλὰ πρὸς τὸ φαινόμενον τοῦ λόγου τὸ δυνάμενον φαύλως νοεῖσθαι πολλάκις ἁπάντων ὁ Ἀριστοτέλης φειδόμενος τῶν ἐπιπολαίως νοούντων

νοῦντων τὸν Πλάτωνα, ἀντιλέγειν φαίνεται πρὸς αὐτὸν, *id est.* Quod autem crebris vsurpare sermonibus soleo, id nunc quoque dicere operæpretium est, inter Philosophos *(Platonem autem & Aristotelem dicit)* nullam quidem esse de rebus ipsis discrepantiam. sed Aristoteles sæpenumero dum occurrit ei sententiæ, quam quis ex malè accepta Platonis oratione elicere posset, eorum nominibus parcens, qui Platonis verba modò, non sententias intelligunt, ipsi Platoni aduersari ac contra eum dicere videtur. *Sic & in secundum Physic. ait, Aristotelem non disputare aduersus ideas, sed aduersus vulgares opiniones de ideis, πρὸς τὰς δημώδεις περὶ τῶν ἰδεῶν ἐννοίας. In eadem sententia & Ammonius fuit & Boëtius, qui etiam in librum περὶ ἑρμηνείας, se de Platonis & Aristotelis concordia scripturum esse profitetur. Et patrum nostrorum memoria duo admirabili eruditione præditi viri Bessario Cardinalis Nicenus & Ioannes Picus Mirandulanus, idipsum multis & exquisitis rationibus confirmare studuerunt.*

Ego tamen nullo modo adduci possum, vt credam Aristotelem, cùm Platonis sententias probaret, verba tantùm illius reprehendisse, moueor autem his argumentis. Primum, quoniam hoc ab Aristotelis grauitate maximè alienum foret. Quid enim est tam leue, tam nugatorium, tam Sophisticum, tam Philosopho indignum, quàm cùm de rebus grauibus disputes, cuius sententiam probes, eius verba captare ac cauillari? Sophistarum hoc

esse

Digitized by Google

esse ait Aristoteles ipse in Topicis, eius, qui cum disputant, verba non ita, vt ab eo sensum est, accipere, sed in aliam aliquam sententiam detorquere, in qua reprehendendà diserti ac copiosi esse possint. Præterea si Aristoteles non aduersus Platonem, sed aduersus eos, quos Platonis verba parum intellecta in errorem aut induxerant, aut inducere poterant, disputasset, videtur hoc, si non vbique, at certè alicubi, apertè ac disertis verbis expressurus fuisse: idq; duabus de causis. Primùm, vt effugeret illam inuidiam, in quam se incursurum apud multos Platonis amatores facilè prospicere poterat. Ita enim videtur gratus in magistrum fuisse, & persoluisse ei præclara διδαχῆρα, si dicta ipsius interpretando veram eius sententiam aperuisset. Nunc videtur multis, vt Herculem est in fabulis necẽ attulisse Lino, quo magistro in musicis vsus fuerat, sic Aristoteles à quo Philosophiam didicerat, hoc ei præmium reddidisse, vt omnes propè illius sententias iugulare ac confodere voluerit. Deinde quod ipsemet incideret in eandẽ illam culpam, quam in alio reprehenderet. Posset enim non immeritò aliquis dicere. Quid in Platone reprehendit Aristoteles? dicendi genus. Quid ita? quia tale est, vt multis obiicere errorem queat. At ipsemet eodem vitio implicatus tenetur: si cùm à Platone non dissentiat, ita tamen loquitur, vt vehementissimè ab eo dissentire videatur. Quis autem est, cui ista ad reprehendendum via non pateat? aut quis vnquam ita propriè atq; exquisitè locutus est, vt illius oratio nemini prorsus errorem afferre posset? Quàm multa sunt in ipsius Aristotelis scriptis, quæ, si

quis

Digitized by Google

quis nuda tantùm verba consideret, absurdissimas sententias contineant? vt cùm in secundo poster. analyt. in extremo ait, sensum esse τῦ καθόλου, aut cùm in sexto Ethicorum, sensum esse mentem, aut cùm, qui in categoriis species & genera substantias esse dixisset, idem sexto τῶν μετὰ τὰ φυσ. docet nihil commune posse esse substantiam, aut cùm in topicis Deum animal esse dicit, aut cùm in quinto de generatione animalium, animæ plena esse omnia. Quid plura persequar? quamlibet enim multa nullo negotio colligi possunt. Ergo si hoc tantùm in Platone reprehendit Aristoteles, quod ex verbis ipsius malè intellectis falsa quædam & absurda colligi possint, suo se ipsemet gladio iugulauerit. Eadem enim reprehensio in ipsum retorqueri potest. Illud quoq; non iniuria quæsierit aliquis, cur tanto studio Platonicorum princeps Plotinus, Proculus, Simplicius ipse Aristotelis argumentis respondere, & aduersus ea Platonis sententiam defendere soleant, si ea nihil ad Platonem pertineant. Nam si contra eos tantùm argumentatur Aristoteles, qui Platonem malè intelligunt, quid causæ est, cur tu, qui Platonicus es, argumenta illius dissoluas? Quasi imperitorum defensionem suscipias, & illorum causa labores. Postremò si Aristoteles ipse clamat, se Platonem ipsum petere, & ab eo dissentire, & interdum excusat se, vt hoc loco, interdum indicat causas, quæ Platonem in errorem impulerunt: quid est, quod quisquam velit ingeniosus esse in conciliandis iis, quorum vnus se ab altero dissentire profitetur?

Sed sunt quidam, quibus nefas videtur, duos, quorum

Digitized by Google

rum de doctrina magna sit opinio, dissentire inter se: itaque omnia conantur, vt eos etiam inuitos in concordiam redigant, qualem fuisse dicunt in medendi arte quendã, cui ex re conciliatori nomen inditum est, quod efficere voluit, vt inter Galenum & Auicennam perpetuò conueniret. Memini cùm puer in studia iuris ciuilis incumberem, idem fatitare solitos magistros meos, qui veteres iurisconsultos, etiam in iis, in quibus constabat alium aliter sensisse, aut constitutiones Imperatorum cum responsis prudentum, etiam eas, quibus ius antiquum correctum erat, quoquo modo tamen conciliare nitebantur. Quod idem puto euenisse iis, qui contenderunt Aristotelem de rebus ipsis idem sensisse, quod Platonem, cùm tamen, vt antè dixi, ex ipsius verbis luce meridiana clarius perspici possit, multis in rebus eum à Platonis iudicio discrepare. Nisi fortè cùm in politicis ita disputat aduersus vtramque Platonis remp. vt propè nihil probet eorum, quæ Plato dixerat, verba tantùm aucupari, ac non ipsas sententias conuellere & labefactare videatur. Quid in libris de anima, cùm de oculorum sensu disputat, & videre nos non emittendo, sed accipiendo docet, nunquid voculam aliquam Platonis cauillari, an sentẽtiam ipsam reprehendere videtur? Quid in libris de cœlo, cùm disputaturus, fuerítne mundus ex omni æternitate, an aliquando esse cœperit, ita se diligenter excusat, aitque in disputatione, qua veritas inquiritur, neque amori, neque odio locum esse debere, num quis est, qui putet illum tam accurata excusatione vsurum fuisse, si aduersus eos, qui malè Platonem

Digitized by Google

tonem ipsum intelligerent, ac non aduersus Platonem disserere voluisset? Nam in tertio quidem eorundem librorum apertè loquitur, & Platonem ait nimio quodam amore Geometriæ multa peccasse: neq; minus confidenter loquitur libro primo de sapientia, vbi ait, Platonem ipsum malè intellexisse ea, quæ dicebantur à Socrate, & putasse ab eo constitui ideas quasdam separatas à rebus singulis, ac per se cohærentes, cùm tamen ille nihil tale diceret. Nolo hoc loco iactare me, in iis omnibus, quæ se offerunt, persequendis. Satis est enim mihi, si doceam in ea re, quæ nunc agitur, hoc est, in ideis, ita dissensisse eum à magistro, vt non ignis magis aquæ contrarius sit, quàm Platonis sententiæ Aristotelis contraria sententia est. Non enim hîc tantùm aduersus eas disputat, sed multo vehementius in libris de sapientia, in Physicis, in libris de ortu & interitu, ac denique vbicunque datur occasio, etiamq; quodam loco ait omnia, quæ à Platonicis de ideis disputantur κενῶς καὶ λογικῶς λέγεσθαι, & alio loco esse κενολογίαν καὶ ποιητικὰς μεταφορὰς. & in secundo posteriorum Analyt. τὰ δὲ εἴδη, inquit, χαιρέτω. τερετίσματα γάρ εἰσιν. & in dialogis Σαφέστατα κέκραγεν, ait Proculus, μὴ δύνασθαι τῷ δόγματι τούτῳ συμπαθεῖν, κἄντις αὐτὸν οἴηται διὰ φιλονεικίαν ἀντιλέγειν. Itaque verè Cicero primo Acad. Aristoteles, *inquit*, primus species, quas paulò antè dixi, labefactauit: quas mirificè Plato erat amplexatus, vt in iis quiddam diuinũ esse diceret.

Satis probatum puto in disputatione de ideis, Aristotelem neque verba Platonis reprehendere, cùm senten-

Digitized by Google

tiam probet, neque aduersus eos, qui malè Platonem intelligerent, sed aduersus Platonem ipsum disputare, atq; ab eo quàm maximè dissentire. Neq; tamen hoc ita accipi velim, vt quisquam ex oratione mea suspicetur, nunquam Aristotelem aduersus Platonis verba disputare. facit enim hoc quoque nonnunquam, vt in libris de anima, cùm ostendit animam nõ posse esse circulum. Etenim quod senserat Plato, cùm animam circulum esse diceret, id Aristoteli quoque ipsi non improbatur. sed exagitat loquendi genus, quod non satis proprium, neque Philosophicæ disputationi conueniens videbatur. at hæc aliis relinquenda sunt. Nunc exponam quid Plato ideæ nomine intellexerit.

Duo sunt ex sententia Platonis in Timæo genera rerum: vnum earum, quæ sensu percipiuntur: alterum earum, quæ mente & intelligentia. Prius illud ait esse nunquam, semper fieri: *posterius* nunquam fieri, semper esse. *Etenim esse ea demùm, quæ semper sunt, quæ immutabilia sunt, quæ nunquam neq; oriuntur, neq; occidunt: fieri autẽ non esse ea, quæ aßiduè mutantur, quæ & orta sunt, & interitui obnoxia. Iam verò omnia, quæ sub sensum cadunt, & orta & interitura sunt: eademque perpetuo labuntur ac fluunt, neque diutius permanent vno & eodem statu. Itaque veteres Philosophi Protagoras, Heraclitus, Empedocles, cùm ad hæc tantùm respicerent, omnia fieri, nihil esse dicebant: vt est apud Platonem in Theæteto. & refertur in Cratylo dictum Heracliti,* ὅτι πάντα ῥεῖ καὶ οὐδὲν μένει. καὶ ὅτι δὶς εἰς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης. *At species & genera,*

nera, quibus singulæ res continentur, & vno verbo τὰ καθόλου, *& fuerunt ex omni æternitate, neque vnquam esse desinent, neq; vlli mutationi obnoxia sunt, sed semper eodem modo se habent. Non enim homo aut animal, aut nascitur, aut interit, sed hic homo, atque hoc animal: neque semper verum fuit eritúe. Socratem esse animal ratione præditum: at idem de homine ex omni æternitate verum, fuit semperq́; erit. Neque semper verum est Aristidis iustitiam esse virtutem: non enim semper est Aristides: at semper verum, iustitiam esse virtutem. Hoc intuens Plato statuit,* τὰ καθόλου *sola propriè esse, atque iccirco esse* πρώτας οὐσίας καὶ μάλιστα οὐσίας: *cetera autem esse tantùm* κατὰ μέθεξίν τινα τῶν καθόλου. *Hæc autem vniuersa vocabat* εἴδη *aut* ἰδέας, *id est, species aut formas rerum, &* αὐτοέκαστα, *vt* αὐτοάνθρωπον *idean hominis:* αὐτόιππον *idean equi. Stoici eadem postea vocarunt* ὄντινα, *vt* ὄντινα ἄνθρωπον, *non hunc aut illum hominem, sed hominem in genere. & ex eo vocarunt sophismatum genus quoddam,* ὄντινας, *quale hoc est.* εἴτίς ἐστιν ἐν ἀθήναις, οὐκ ἔστιν ἐν σπάρτῃ. ἄνθρωπος δέ ἐστιν ἐν ἀθήναις. οὐκ ἔστιν ἄρα ἄνθρωπος ἐν σπάρτῃ. *quorum vitium in eo positum esse dicebant, quod* ἐκ τοῦ τινὸς πρὸς τῶν ὄντινα *progrederetur argumentatio. Neque tantùm substantiarum ideas faciebat Plato, verumetiam, vt nunc loquimur, accidentium: vt* αὐτοδίκαιον, αὐτόκαλον, αὐθόμοιον, αὐτανόμοιον, *& talia, de quibus est in Parmenide. Neq; naturalium modò rerum, sed & earum, quæ artificio constant, vt* τραπεζότητα *&* κυαθότητα: *de quibus à Diogene aliquando irrisus, eum vicissim amarissimo*

rissimo dicto pupugit, vt narrat Laërtius. Addebat sine ideis neque scientiam, neque memoriam constare posse: nam earum vtramque esse rerum stabilium ac permanentium. Tale autem nihil esse præter ideas. Atque hic si substitisset Plato, ferri aliquo modo poterat, omniaq; illius dicta veram aliquam & commodam interpretationem recipere videbantur. Nam & verum est res singulas, quæ quidem sub orbem lunæ subiectæ sunt, infinitis mutationibus agitari, ideoq; per se sub scientiam non cadere: vniuersa autem & communia æterna esse, & semper eodem modo se habentia. Demõstratio enim & definitio sunt æternorum & immutabilium, vt docetur in posterioribus analyticis. Ferri etiam, dummodo rectè intelligeretur, poterat, species & genera substantias esse. Quicquid enim λέγεται ἐν τῷ τί ἐστι, substantiam quodammodo significare dicitur. Sed & verè dicitur, ex iis quæ sunt καθόλου, & memoriam effici & scientiam. abstrahit enim animus noster ab iis, quæ sub sensum cadant, communia quædam, eaq; recondit, atque iis vtitur. At quod plerunque vsuuenire hominibus solet, vt inuenta sua nimis ament, eaq; plus iusto exornare atque amplificare studeant, id Platoni quoque contigit: qui dum ideas quasi filiolas quasdam suas, & proprium ingenij sui fetum, quantum plurimum potest, omnibus commendare conatur, multa protulit, quæ Aristoteles, qui veritatis amantissimus, à figmentis autem & ab allegoriis in tractanda Philosophia alienissimus erat, ferre non potuit. Docuit enim eas substantias esse ab iis omnibus, quæ sub sensum caderent, non intelligentiæ

tan-

Digitized by Google

tantùm ſed reipſa ſeparatas, ad quas omnium generationum principia referenda eſſent, in quas tanquam in exemplaria intuens Deus, cetera omnia procuderet. Animos etiam noſtros antequam demitterentur in corpora, familiariter, vt ita dicam, verſatos eſſe cum ideis, & ex earum intuitu omnium rerum cognitione viguiſſe: poſt cùm in perturbatum corporis domicilium commigraſſent, oblitos eſſe eorum, quæ antea ſciuerant, reminiſci tamen eorum alios facilius, alios maiori negotio, prout cuique maior aut minor, cum corpore coniunctio eſſet. Neque diſcere hic quicquam nos, ſed reminiſci: & eos qui docere viderentur, tantùm reuocare ac redigere in memoriam ea, quæ nobis antequam naſceremur, cognitißima erant. Illas ſpecioſas & plauſibiles fabulas Ariſtoteles repudiandas putauit: in eiq; apertè profeſſus eſt ſibi cum Platone conuenire non poſſe. Denique cùm tribus modis dicatur τὸ καθόλου, τὸ περὶ πολλῶν, τὸ ἐν πολλοῖς, καὶ τὸ μὴ πολλά, *duos poſteriores modos admittit Ariſtoteles: primum fictum ac commentitium eſſe cenſet. At hæc fortaſſe nimium multa ſunt. Non enim hoc loco diſputationem inſtituit aduerſus omnes ideas, ſed tantùm aduerſus ideam boni, de qua nobis deinceps diſputandum erit, ſi modò hoc docendi munus mihi licebit perſequi: quod futurum nécne ſit, addubito. Quia enim Philoſophi ac præcipuè morales pecuniam contemnere dicuntur, audio clarißimos & præſtantißimos viros, quibus à principe mandatum eſt, vt præmia profeſſoribus pro ſua cuique dignitate conſtituant, velle periculum facere, ecquid ego Philoſophus*

Digitized by Google

pit opinionem, eamq; errore ductus amplexatur vt veram. Vt igitur morborum varietatem varia, & multuplex curandi ratio consecuta est, ita è duobus illis ignorantiæ generibus, totidem docendi genera exstiterunt. Nam cum iis de rebus disserere ingredimur, quæ ita ignotæ sunt, vt de iis nihil traditum sit, quod falsa veri specie imponere hominibus, & in eorum animis insidere potuerit, tum nihil impedit, quo minus ab ipsa statim veri explicatione ordiamur. at cùm ea tractanda sunt, de quibus falsas quasdam opiniones multi, aut tradiderunt, aut ab aliis traditas imbiberunt, imitari prudentes & industrios agricolas conuenit, qui terræ semina non prius mandant, quàm inutilibus, & frugum incrementa impedituris herbis eam diligenter purgauerint. Harum rationum modò hanc, modo illam, prout res proposita postulare videbatur, summo iudicio Aristoteles diuersis in libris tenuit. Quoties enim nihil erat, quod impediret, quasiq; morã obiiceret, vt in analyticis, vt in topicis, à rebus ipsis exorsus est. at vbi periculum erat, ne, vt, plena iam vasa, ita occupati aliis opinionibus animi, infusam sibi veritatem respuerent, cõfutandas sibi eas prius, quàm ad veritatem tradendam accederet, iudicauit. Id adeò cum ex aliis ipsius libris, tum ex iis, qui nunc nobis sunt in manibus, animaduerti facilè potest. Quod enim de summo hominis bono varias maximeq; inter se pugnantes proditas esse opiniones intelligeret, non prius, quid in hac re sibi verum videretur aperiendum ratus est, quam illas, non omnes quidem (fuisset id & infinitum, & minimè necessarium)

Digitized by Google

cessarium) sed eas saltē, quæ aut probabilitate aliqua, aut magni alicuius, & illustris viri auctoritate ac iudicio nitebantur, breuiter refutaret. Hactenus igitur id præstitit: deinceps suam ipse sententiam de summi boni natura explicabit.

Πάλιν δ' ἐπανέλθωμεν] *Breuiter quasi summam conficit eorum omnium, quæ hactenus disputata sunt, idq; tum ad reficiēdam lectoris memoriam, tum vt manifestò constet, omnia in hac disputatione alia ex aliis apta & connexa esse.*

Εἰ δὲ πάλιν, ταῦτα] *Hunc locum S. Thomas corrupto vsus exemplari pessimè accepit, & in alienissimam sententiam detorsit: qua in re tamen, ne quis sua laude fraudetur, superatus est à Perionio: neq; si contentio sit, quis ineptissimè possit hunc locum interpretari, existere posse quenquam puto, qui eam palmam Perionio præripiat.*

Επεὶ δὲ πάλιν] *Antequàm accedat ad inuestigandam felicitatis definitionem, ne cui dubium sit, eam esse summum hominis bonum, ostendit, duo quædam, quæ homines de summo bono sentire atq; vsurpare consueuerunt, in nullum aliud, quàm in felicitatem conuenire. Sunt autem ea* τὸ τελειότατον καὶ τὸ αὔταρκες. Quando autem, *inquit*, plures fines esse constat, nosque eorum quosdam aliorum causa expetimus: constat non omnes fines esse perfectos. *Sed hæc oratio neq; eandem suauitatem, neq; eandem vim habere in Latino sermone potest, quàm in Græco habet: propter similitudinē & affinitatem duarum*

Digitized by Google

rum vocum græcarum, τέλος & τέλειον, *quàm Latini non assequuntur. Cùm enim* τὸ τελείου ὄνομα *modicè inflexum sit* ἀπὸ τέλους: *constat* ἕκαστον πρᾶγμα ταύτῃ τέλειον λέγεσθαι, ᾗ τέλος λόγον ἔχει. *Iam ea, quæ ad aliud referuntur, quatenus talia sunt,* ὑδέχονται τὸν τέλους λόγον. *Sunt igitur, vt poëta dicunt, quosdam* ἀγάμους γάμους, *& quosdam* νύμφας ἀνύμφους, παρθένους τ' ἀπαρθένους, *ita* πνὰ ἀτελῆ τέλη: *quasi tu latinè dicas, fines qui fines non sint. cuiusmodi sunt diuitiæ, tibiæ, omninoq; instrumenta, ex eo genere esse summum bonum non potest.*

Οἷον πλοῦτον] *Non enim expetuntur diuitiæ, nisi propter vsum, vnde & dicta sunt* χρήματα: *rectéque Flaccus.*

Quo mihi fortunas, si non conceditur vti?

Αὐλοὺς] *Non temerè coniunxisse videtur hæc duo, diuitias & tibias. sed respexit, vt opinor, ad sermonem quendam Socratis, qui dicere solebat, vt tibias non esse* χρήματα, *nisi illis, qui eis vti scirent, ita ne opes quidem. is sermo perscriptus est à Xenophonte principio Oeconomici, & expressus ab Horatio Satyra 3. lib. 2.*

Τελειότερον δὲ λέγομεν] *Tria genera facit eorum, quæ expetuntur. Quædam enim expetimus tantùm propter aliud: vt medicamenta, vt labores. quædam & suaptè vi, & propter aliud: vt honorem, voluptatem, integritatem sensuum. quædam tantùm propter se, vt felicitatem. quæ ob id dicitur* ἁπλῶς τέλειον, *seu, quod idem est,* τελειότατον τέλος. *Videtur autem in hac bonorum contentione ac comparatione, non satis inter*

Plato-

Digitized by Google

Platonem & Aristotelem conuenire, vt pridem notaui cap. 18. lib. 4. variarum lectionum. Sed tamen re vera nihil inter eos, hac quidem in re dissensionis est: vt docui, cùm Platonis libros de rep. interpretarer.

Καὶ νῦν] *Hoc nomine prudentiam hic quidem intelligit.*

Φαίνεται δὲ καὶ ἐκ τῆς αὐταρκείας] *Idem etiam, inquit, videtur effici ac colligi, si pro argumento adhibeas, τὴν αὐτάρκειαν. ita enim concludetur argumentatio. Summum bonum cùm perfectum sit, tale esse debet, vt, qui adeptus sit, nihil amplius desideret. eiusmodi autem sola est felicitas. Est igitur felicitas summum bonum.*



Τὸ γὰρ τέλειον] *Quod bonum omni ex parte perfectum est, idem tale etiam videtur, vt ipsum per se satis sit, neq; quicquam præterea desideret. profectò enim si quid amplius requiritur, iam perfectum non erit. atque hoc confirmat ipse lib. 1. magnorum moralium: his verbis.* τέλειον δέ ἐστιν, ᾧ παραλυομένῳ, μηδενὸς ἔτι προσδεόμεθα. ἀτελὲς δὲ, ᾧ παραλυομένῳ προσδεόμεθά τινος. *id est.* Perfectum autem est, quod adepti, nullius præterea rei indigemus: imperfectum verò, quod adepti, aliquid præterea requirimus.

Τὸ δ' αὔταρκες λέγομεν] *Ponit duas explicationes τοῦ αὐτάρκους: vnam nominis, alteram rei. ac primùm ait,*

Digitized by Google

rectæ rationi consentanea esset, verè quidem hoc à se traditum professus est, sed nondum satis enucleatè: ἔστι δὲ, *inquit,* τὸ μὲν εἰπεῖν ὕτως, ἀληθὲς μὲν, οὐδὲν δὲ σαφὲς. *Itaq; toto eo libro rectæ illius rationis vim & naturam aperuit. Sic & hoc loco, cùm docuerit non diuitias, non voluptatem, non honorem, non virtutem, non ideam, sed felicitatem esse summum hominis bonum, verè quidem hoc à se dictum videri ait, sed tamen latiorem adhuc, & apertiorem ipsius felicitatis explicationem desiderari. Progreditur igitur ad inuestigandam illius finitionem: ac primum quidem genus inquirit: idq; hoc modo. Quorumcunq; proprium aliquod opus, aut propria aliqua actio est, eorum bonum, qua quidem ratione tales sunt, opere illo, aut actione illa continetur. Exempli gratia: bonum, quod sibi præcipuè proponit tibicen, est cantus: bonum, quod sibi præcipuè proponit statuarius, statua: idemq; in cæteris artificibus dici potest. Nempe igitur si quod opus reperiri possit, ita proprium hominis, qua homo est, vt tibicinis cantus, aut statuariÿ statua, in eo summum hominis bonum collocari, ac constitui oportebit.*

Πότερον δὲ τέκτονος] *Duæ hoc loco quæstiones tractandæ sunt, sit nécne sit, & quod tandem sit hominis, ea ratione, qua homo est, proprium opus ac munus. Esse igitur aliquod duobus argumentis probat. Primùm, quod absurdum, minimeq; probabile esset, cum hominis ea ratione, qua faber aut sutor est, constet esse munus aliquod propriũ, eiusdem nullum esse munus ea ratione, qua est homo. Deinde cum vnaquæque pars hominis condita*

Digitized by Google

condita sit à natura ad aliquem vsum, vt oculus ad videndum, manus ad contrectandum, pes ad sustinendũ corpus, & ad incedendum: non est verisimile, totum hominem ab eadem nullum ad munus, sed ad otium & ad torporem, & ad ignauiam conditum esse. Hoc autem, quod hîc perstringit Aristoteles, nullam esse partem corporis humani frustra à natura procreatam, sed esse omnium maximarum minimarum vsum aliquem copiosè, & eloquenter explicatur à Platone in Timæo, à Xenophonte lib. 1. ἀπομνημ. ab Aristotele ipso in libris de partibus animalium, à Galeno in libris de vsu partium, à Cicerone lib. 2. de natura Deorum, & à Lactantio in libello, quem inscripsit de opificio Dei.

Τί οὖν δὴ τοῦ τ' ἂν εἴη ποτέ] *Forma omnium actionum principium est. Quare cùm quæramus, quænam sit actio hominis propria, necessariò ad formam, id est, ad animum recurrendum est. Sunt autem animi humani tres præcipuæ siue partes, siue facultates. Nihil enim interest hoc quidem loco, vtro nomine vocentur. vna, qua viuimus, id est, alimur & crescimus: altera, qua sentimus: tertia, qua rationis participes sumus. Sed illa quidem, qua viuimus, omnino ab hac disputatione remouenda est. communis est enim homini cum stirpibus. at nos aliquid, quod hominis proprium sit, quærimus. Atq; hinc facilè intelligi potest, neq; in formæ pulchritudine, neq; in prospera valetudine, neque in robore ac viribus consistere hominis felicitatem. Hæc enim & eius generis omnia ex ea parte animi pendent, qua præditæ sunt arbores. Iam autem proximè sequitur ea,*

Digitized by Google

quafit, vt sentiamus. Sed ei quoque nihil in his rebus est loci. Nam & equo & boui, & omni deniq animantium generi à natura tributa est. Plato eam etiam arboribus, cæterisque, quæ oriuntur è terra, tributam existimabat. Alimenti enim attractionem esse non posse sine aliquo impetu, id est, ἄνω ὁρμῆς πνεῦς: neq porrò impetum sine sensu eius, quod vtile, quodq inutile esset. Itaq in Timao apertè numerat arbores inter animalia, ipsasq affirmat & sentire, & concupiscere, & gaudere appositis ad tuendam naturam suam rebus, dolere contrariis. Idem etiam sensit auctor eius dialogi, qui vulgò numeratur tertiusdecimus de legibus, alio autem nomine inscribitur ὀμνυμίς, siue is Plato est, siue Philosophus quidam Platonis auditor, cui, quod in cæteris instituti ac professionis nomen est, id ipsi proprium fuit: siue Philippus quidam genere Opuntius: vtrunque enim traditum est. Sed is, quicunque tandem fuit, cùm diuisionem quandam animalium instituisset, è terrenis animalibus quædam esse ait, quæ ambulent, quædam, quæ radicibus fixa, & comprehensa teneantur. Et sanè si Thales Milesius magnetem animal esse dicebat, quod in eo inesset vis ferri ad se attrahendi, multò iustius arbores, quæ succum ad se alendas aptum & accommodatum, radicibus tanquam ore è terra ducunt, eundemq quasi sanguinem in venas, ita in fibras quasdam per totum corpus suum pertinentes distribuunt, conuertuntq in naturam suam, animalia esse dicentur. Multò magis id dicet, si quis considerarit, earum alias naturali quodam amore copulatas esse, alias innato,

Digitized by Google

nato, & ingenito odio diſſidere. Sequuntur igitur eas, quas amant, & ad eas ſe applicant, ad easq; partes, in quibus illæ depactæ ſunt, radices agunt: auerſantur contra & refugiunt, quas oderunt, aut ſi quãdo id non poſſint, moriuntur & exareſcunt. Pleni exemplorum ſunt Theophraſtus, Dioſcorides, Plinius. Quæ ſi quis intuens ſic quoque tamen omni eas ſenſu carere contendat, ipſe potius ſenſu carere videatur. Ergo Galenus quoque maximus, & veritatis amantiſſimus Philoſophus in libello de ſubſtantia naturalium facultatum, Platonem conſequens, ſtirpes, cæteraq; quæ oriuntur è terra, tum animalia eſſe dicit, tum eis ſenſum aliquem tribuit. Aliter Ariſtoteli viſum eſt, qui quanquã interdum eas animalium nomine afficit, vt in libello de ſomno & vigilia, ſemper tamen percipiendi modo alimenti, & creſcendi poteſtatem relinquit, concupiſcendi ac ſentiendi detrahit. Vtrum verius ſit, illi viderint, qui ſibi ſtudio habuerunt, diligentius ac ſolicitius ea, quæ abdidit ac retruſit natura, rimari. nobis in talium virorum diſſenſione iudicium noſtrum interponere religio eſt: ſatiſque nos inſtituto, ac ſuſtepto muneri facere ducimus, ſi eorum ſententias percenſeamus. In quas quoniam ingreſſus ſum, veſtráque ipſa ſingularis attentio, & in me defixi omnium vultus fidem mihi faciunt, harum rerum commemorationem vobis non iniucundam eſſe, prouehar longius: admoneboq; cùm Plato & Galenus appetendi vim etiam in ſtirpibus eſſe ſtatuant, non defuiſſe, qui eam etiam in animalibus eſſe pernegarent. Siquidem

Digitized by Google

Chrysippus, & alij quidam Stoicæ disciplinæ homines, qui id sibi propositum videntur habuisse, vt tanquam merces peregrinas, ita admirabiles, & absurdas opiniones in philosophiam inferrent, affirmare ausi sunt, neq; concupiscere animantes rationis expertes, neq; irasci. quod stultißimũ dogma confutauit Galenus in libris de placitis Hippocratis & Platonis. Fuerunt etiam, qui siue ioco, siue serio, eas animantes, quæ ratione carere dicuntur, æquè illius participes esse, atq; hominem dicerent, legiturq; inter Plutarchi opuscula dialogus perelegans, περὶ τῶν ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι, *& eadem de re copiosißimè disputat Porphyrius,* ἐν τοῖς περὶ ἀποχῆς. *Sed verum est, quod ait Cicero: opinionum commenta delet dies: naturæ iudicia confirmat. Illæ sententiæ, de quibus modò dixi, vetustate ac longinquitate temporis obsoleuerunt, atq; euanuerunt. Aristotelicam prope omnes naturali quodam instinctu sequuntur: viuere stirpes, sed non sentire: viuere & sentire cætera præter hominem animalia, sed non ratiocinari: has tres facultates in solo homine coniunctas copulatasq; reperiri. Ex quibus cum sola ea, in qua ratio inest, homini propria sit, constat, proprium ac præcipuum hominis bonum in perfecta illius actione positum esse.*

Est autem duplex in hominis animo, τὸ λογικὸν, τὸ μὲν φύσει, τὸ δὲ μεθέξει. *non enim ea tantùm pars, quæ ipsa ratiocinatur, ratione vti dicitur, verùm etiam altera quædam, quæ talis est, vt rationis imperium accipere, eiq; parere possit. vt in corporibus lucida dicuntur non ea tantùm, quæ lucem ex se mittunt, vt sol, sed ea*

etiam

Digitized by Google

etiam, quæ accipiunt, vt vitrum. Atque ex hac animi facultatum diuisione duo virtutum, ac totidem felicitatis genera extiterunt. nam quæ virtutes propriæ sunt superioris illius ac diuinioris partis, eæ in cognitione ac contemplatione positæ sunt, felicesq; sunt, qui totam vitam in earum exercitatione consumunt. Sunt autem quædam aliæ virtutes, quæ ex eo enascuntur, cùm appetitio rationi obtemperat, eiusq; à præscripto nunquam discedit. eæ actione cernuntur: suntq; qui eas exercent, felices: sed alio quodam genere felicitatis.

Hæc quoniam à nobis copiosius alio loco tractabuntur, & hodierna iam disputatio satis excreuit, quæ sequuntur, in crastinum differemus.

Εἰ δ' ὅτιν ἔργον ἀνθρώπου] *Quid quæq; res sit, definitione & intelligitur, & explicatur. Definitio aut genere & differentiis, aut proprietatibus constat. Genus, sub quo includenda est felicitas, Aristotele duce peruestigauimus. Primum enim statuimus, quarumcunq; rerum proprium esset aliquod opus ac munus, eorum bonum eo ipso in munere situm esse. Ex quo intelleximus reperiendum esse proprium opus, ac munus hominis ei, qui præcipuum homini propositum bonum reperire meditaretur. Porrò autem, cùm ea forma, qua quicq; est id quod est, sit fons ac principium omnium actionum, quærenti propriam hominis actionem ad ipsam hominis formam, siue* ἐντελέχειαν, *id est, ad animum recurrendum fuit. Sed animi tripartita natura est. Animo viuimus, animo sentimus, animo rationis participes sumus. Cum stirpibus vita nobis com-*

Digitized by Google

esse ait Aristoteles ipse in Topicis, eius, qui cum disputant, verba non ita, vt ab eo sensum est, accipere, sed in aliam aliquam sententiam detorquere, in qua reprehendenda diserti ac copiosi esse possint. Præterea si Aristoteles non aduersus Platonem, sed aduersus eos, quos Platonis verba parum intellecta in errorem aut induxerant, aut inducere poterant, disputasset, videtur hoc, si non vbique, at certè alicubi, apertè ac disertis verbis expressurus fuisse: idq; duabus de causis. Primùm, vt effugeret illam inuidiam, in quam se incursurum apud multos Platonis amatores facilè prospicere poterat. Ita enim videtur gratus in magistrum fuisse, & persoluisse ei præclara διδαχὴ, si dicta ipsius interpretando veram eius sententiam aperuisset. Nunc videtur multis, vt Herculem est in fabulis necẽ attulisse Lino, quo magistro in musicis vsus fuerat, sic Aristoteles à quo Philosophiam didicerat, hoc ei præmium reddidisse, vt omnes propè illius sententias iugulare ac confodere voluerit. Deinde quod ipsemet incideret in eandẽ illam culpam, quam in alio reprehenderet. Posset enim non immeritò aliquis dicere. Quid in Platone reprehendit Aristoteles? dicendi genus. Quid ita? quia tale est, vt multis obiicere errorem queat. At ipsemet eodem vitio implicatus tenetur: si cùm à Platone non dissentiat, ita tamen loquitur, vt vehementissimè ab eo dissentire videatur. Quis autem est, cui ista ad reprehendendum via non pateat? aut quis vnquam ita propriè atq; exquisitè locutus est, vt illius oratio nemini prorsus errorem afferre posset? Quàm multa sunt in ipsius Aristotelis scriptis, quæ, si

quis

Digitized by Google

quis nuda tantùm verba consideret, absurdissimas sententias contineant? vt cùm in secundo poster. analyt. in extremo ait, sensum esse τῦ καθόλυ, aut cùm in sexto Ethicorum, sensum esse mentem, aut cùm, qui in categoriis species & genera substantias esse dixisset, idem sexto τῶν μὴ τὰ φυσ. docet nihil commune posse esse substantiam, aut cùm in topicis Deam animal esse dicit, aut cùm in quinto de generatione animalium, animæ plena esse omnia. Quid plura persequar? quamlibet enim multa nullo negotio colligi possunt. Ergo si hoc tantùm in Platone reprehendit Aristoteles, quòd ex verbis ipsius malè intellectis falsa quædam & absurda colligi possint, suo se ipsemet gladio iugulauerit. Eadem enim reprehensio in ipsum retorqueri potest. Illud quoq; non iniuria quæsierit aliquis, cur tanto studio Platonicorum princeps Plotinus, Proculus, Simplicius ipse Aristotelis argumentis respondere, & aduersus ea Platonis sententiam defendere soleant, si ea nihil ad Platonem pertineant. Nam si contra eos tantùm argumentatur Aristoteles, qui Platonem malè intelligunt, quid causæ est, cur tu, qui Platonicus es, argumenta illius dissoluas? Quasi imperitorum defensionem suscipias, & illorum causa labores. Postremò si Aristoteles ipse clamat, se Platonem ipsum petere, & ab eo dissentire, & interdum excusat se, vt hoc loco, interdum indicat causas, quæ Platonem in errorem impulerunt: quid est, quod quisquam velit ingeniosus esse in conciliandis iis, quorum vnus se ab altero dissentire profitetur?

Sed sunt quidam, quibus nefas videtur, duos, quo-

Digitized by Google

rum de doctrina magna sit opinio, dissentire inter se: itaque omnia conantur, vt eos etiam inuitos in concordiam redigant, qualem fuisse dicunt in medendi arte quendã, cui ex re conciliatori nomen inditum est, quod efficere voluit, vt inter Galenum & Auicennam perpetuò conueniret. Memini cùm puer in studia iuris ciuilis incumberem, idem facitare solitos magistros meos, qui veteres iurisconsultos, etiam in iis, in quibus constabat alium aliter sensisse, aut constitutiones Imperatorum cum responsis prudentum, etiam eas, quibus ius antiquum correctum erat, quoquo modo tamen conciliare nitebantur. Quod idem puto euenisse iis, qui contenderunt Aristotelem de rebus ipsis idem sensisse, quod Platonem, cùm tamen, vt antè dixi, ex ipsius verbis luce meridiana clarius perspici possit, multis in rebus eum à Platonis iudicio discrepare. Nisi fortè cùm in politicis ita disputat aduersus vtramque Platonis remp. vt propè nihil probet eorum, quæ Plato dixerat, verba tantùm aucupari, ac non ipsas sententias conuellere & labefactare videatur. Quid in libris de anima, cùm de oculorum sensu disputat, & videre nos non emittendo, sed accipiendo docet, nunquid voculam aliquam Platonis cauillari, an sentẽtiam ipsam reprehendere videtur? Quid in libris de cœlo, cùm disputaturus, fuerítne mundus ex omni æternitate, an aliquando esse cœperit, ita se diligenter excusat, aitque in disputatione, qua veritas inquiritur, neque amori, neque odio locum esse debere, num quis est, qui putet illum tam accurata excusatione vsurum fuisse, si aduersus eos, qui malè Platonem

Digitized by Google

tonem ipsum intelligerent, ac non aduersus Platonem disserere voluisset? Nam in tertio quidem eorundem librorum apertè loquitur, & Platonem ait nimio quodam amore Geometriæ multa peccasse: neq; minus confidenter loquitur libro primo de sapientia, vbi ait, Platonem ipsum malè intellexisse ea, quæ dicebantur à Socrate, & putasse ab eo constitui ideas quasdam separatas à rebus singulis, ac per se cohærentes, cùm tamen ille nihil tale diceret. Nolo hoc loco iactare me, in iis omnibus, quæ se offerunt, persequendis. Satis est enim mihi, si doceam in ea re, quæ nunc agitur, hoc est, in ideis, ita dissensisse eum à magistro, vt non ignis magis aquæ contrarius sit, quàm Platonis sententiæ Aristotelis contraria sententia est. Non enim hîc tantùm aduersus eas disputat, sed multo vehementius in libris de sapientia, in Physicis, in libris de ortu & interitu, ac denique vbicunque datur occasio, etiamq; quodam loco ait omnia, quæ à Platonicis de ideis disputantur κενῶς καὶ λογικῶς λέγεσθαι, *& alio loco esse* κενολογίαν καὶ ποιητικὰς μεταφορὰς. *& in secundo posteriorum Analyt.* τὰ δὲ εἴδη, *inquit,* χαιρέτω. τερετίσματα γάρ εἰσιν. *& in dialogis* Σαφέστατα κέκραγεν, *ait Proculus,* μὴ δύνασθαι τῷ δόγματι τούτῳ συμπαθεῖν, κἄντις αὐτὸν οἴηται διὰ φιλονεικίαν ἀντιλέγειν. *Itaque verè Cicero primo Acad.* Aristoteles, *inquit,* primus species, quas paulò antè dixi, labefactauit: quas mirificè Plato erat amplexatus, vt in iis quiddam diuinũ esse diceret.

Satis probatum puto in disputatione de ideis, Aristotelem neque verba Platonis reprehendere, cùm senten-

Digitized by Google

tiam probet, neque aduersus eos, qui malè Platonem intelligerent, sed aduersus Platonem ipsum disputare, atq; ab eo quàm maximè dissentire. Neq; tamen hoc ita accipi velim, vt quisquam ex oratione mea suspicetur, nunquam Aristotelem aduersus Platonis verba disputare. facit enim hoc quoque nonnunquam, vt in libris de anima, cùm ostendit animam nõ posse esse circulum. Etenim quod senserat Plato, cùm animam circulum esse diceret, id Aristoteli quoque ipsi non improbatur. sed exagitat loquendi genus, quod non satis proprium, neque Philosophicæ disputationi conueniens videbatur. at hæc aliis relinquenda sunt. Nunc exponam quid Plato ideæ nomine intellexerit.

Duo sunt ex sententia Platonis in Timæo genera rerum: vnum earum, quæ sensu percipiuntur: alterum earum, quæ mente & intelligentia. Prius illud ait esse nunquam, semper fieri: *posterius* nunquam fieri, semper esse. *Etenim esse ea demùm, quæ semper sunt, quæ immutabilia sunt, quæ nunquam neq; oriuntur, neq; occidunt: fieri autẽ non esse ea, quæ assiduè mutantur, quæ & orta sunt, & interitui obnoxia. Iam verò omnia, quæ sub sensum cadunt, & orta & interitura sunt: eademqúe perpetuo labuntur ac fluunt, neque diutius permanent vno & eodem statu. Itaque veteres Philosophi Protagoras, Heraclitus, Empedocles, cùm ad hæc tantùm respicerent, omnia fieri, nihil esse dicebant: vt est apud Platonem in Theæteto. & refertur in Cratylo dictum Heracliti, ὅτι πάντα ῥεῖ καὶ οὐδὲν μένει. καὶ ὅτι δὶς εἰς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης. At species & genera,*

Digitized by Google

nera, quibus singulæ res continentur, & vno verbo τὰ καθόλου, *& fuerunt ex omni æternitate, neque vnquam esse desinent, neq; vlli mutationi obnoxia sunt, sed semper eodem modo se habent. Non enim homo aut animal, aut nascitur, aut interit, sed hic homo, atque hoc animal: neque semper verum fuit eritúe. Socratem esse animal ratione præditum: at idem de homine ex omni æternitate verum, fuit semperq́; erit. Neque semper verum est Aristidis iustitiam esse virtutem: non enim semper est Aristides: at semper verum, iustitiam esse virtutem. Hoc intuens Plato statuit,* τὰ καθόλου *sola propriè esse, atque iccirco esse* πρώτας οὐσίας καὶ μάλιστα οὐσίας: *cetera autem esse tantùm* κατὰ μέθεξίν τινα τῶν καθόλου. *Hæc autem vniuersa vocabat* εἴδη *aut* ἰδέας, *id est, species aut formas rerum, &* αὐτοέκαστα, *vt* αὐτοάνθρωπον *idean hominis:* αὐτόιππον *idean equi. Stoici eadem postea vocarunt* οὔτινα, *vt* οὔτινα ἄνθρωπον, *non hunc aut illum hominem, sed hominem in genere. & ex eo vocarunt sophismatum genus quoddam,* οὔτινας, *quale hoc est.* εἴτίς ἐστιν ἐν ἀθήναις, οὐκ ἔστιν ἐν σπάρτῃ. ἄνθρωπος δέ ἐστιν ἐν ἀθήναις. οὐκ ἔστιν ἄρα ἄνθρωπος ἐν σπάρτῃ. *quorum vitium in eo positum esse dicebant, quod* ἐκ τοῦ τινὸς πρὸς τῶν οὔτινα *progrederetur argumentatio. Neque tantùm substantiarum ideas faciebat Plato, verumetiam, vt nunc loquimur, accidentium: vt* αὐτοδίκαιον, αὐτόκαλον, αὐθόμοιον, αὐτανόμοιον, *& talia, de quibus est in Parmenide. Neq; naturalium modò rerum, sed & earum, quæ artificio constant, vt* τραπεζότητα *&* κυαθότητα: *de quibus à Diogene aliquando irrisus, eum vicissim amarissimo*

rissimo dicto pupugit. vt narrat Laërtius. Addebat sine ideis neque scientiam, neque memoriam constare posse: nam earum vtramque esse rerum stabilium ac permanentium. Tale autem nihil esse præter ideas. Atque hic si substitisset Plato, ferri aliquo modo poterat, omniaq; illius dicta veram aliquam & commodam interpretationem recipere videbantur. Nam & verum est res singulas, quæ quidem sub orbem lunæ subiectæ sunt, infinitis mutationibus agitari, ideoq; per se sub scientiam non cadere: vniuersa autem & communia æterna esse, & semper eodem modo se habentia. Demõstratio enim & definitio sunt æternorum & immutabilium, vt docetur in posterioribus analyticis. Ferri etiam, dummodo rectè intelligeretur, poterat, species & genera substantias esse. Quicquid enim λέγεται ἐν τῷ τί ἐστι, substantiam quodammodo significare dicitur. Sed & verè dicitur, ex iis quæ sunt καθόλου, & memoriam effici & scientiam. abstrahit enim animus noster ab iis, quæ sub sensum cadunt, communia quædam, eaq; recondit, atque iis vtitur. At quod plerunque vsuuenire hominibus solet, vt inuenta sua nimis ament, eaq; plus iusto exornare atque amplificare studeant, id Platoni quoque contigit: qui dum ideas quasi filiolas quasdam suas, & proprium ingenij sui fetum, quantum plurimum potest, omnibus commendare conatur, multa protulit, quæ Aristoteles, qui veritatis amantissimus, à figmentis autem & ab allegoriis in tractanda Philosophia alienissimus erat, ferre non potuit. Docuit enim eas substantias esse ab iis omnibus, quæ sub sensum caderent, non intelligentia

tan-

Digitized by Google

tantùm sed reipsa separatas, ad quas omnium generationum principia referenda essent, in quas tanquam in exemplaria intuens Deus, cetera omnia procuderet. Animos etiam nostros antequam demitterentur in corpora, familiariter, vt ita dicam, versatos esse cum ideis, & ex earum intuitu omnium rerum cognitione viguisse: post cùm in perturbatum corporis domicilium commigrassent, oblitos esse eorum, quæ antea sciuerant, reminisci tamen eorum alios facilius, alios maiori negotio, prout cuique maior aut minor, cum corpore coniunctio esset. Neque discere hic quicquam nos, sed reminisci: & eos qui docere viderentur, tantùm reuocare ac redigere in memoriam ea, quæ nobis antequam nasceremur, cognitissima erant. Illas speciosas & plausibiles fabulas Aristoteles repudiandas putauit: in eisq; apertè professus est sibi cum Platone conuenire non posse. Denique cùm tribus modis dicatur τὸ καθόλου, τὸ πρὸς πολλῶν, τὸ ἐν πολλοῖς, καὶ τὸ μὴ πολλά, *duos posteriores modos admittit Aristoteles: primum fictum ac commentitium esse censet. At hæc fortasse nimium multa sunt. Non enim hoc loco disputationem instituit aduersus omnes ideas, sed tantùm aduersus idean boni, de qua nobis deinceps disputandum erit, si modò hoc docendi munus mihi licebit persequi: quod futurum nécne sit, addubito. Quia enim Philosophi ac præcipuè morales pecuniam contemnere dicuntur, audio clarissimos & præstantissimos viros, quibus à principe mandatum est, vt præmia professoribus pro sua cuique dignitate constituant, velle periculum facere, ecquid ego Philosophus*

Digitized by Google

sim, an esse me simulem. Itaque constituerunt mihi annuam laborum meorum mercedem perexiguam, vt si fortè ego id ægrè tulero, ex eo conuincant, me pecuniam non contemnere, ideóque Philosophum non esse. Ego autem quanquam non sum ex illis Philosophis, qui pecuniam valde contemnunt, decreui tamen hac in re philosophicè agere, & pecuniam contemnere. Contemnam ergo, nisi ipsi consilium mutauerint, & eam quæ denegatur, & eam, quæ offertur: ac, si alterutrum necesse sit, gratuitum otium gratuito labori anteponam.

Τὸ δὲ καθόλου] *Vniuersum autem bonum considerare, inquit, præstiterit, ac quomodo dicatur, dubitando inquirere.*

Πῶς λέγεται] *Non dicit, τίνα φύσιν ἔχει, aut τί ποτέ ὄτι, sed, πῶς λέγεται. sentit enim ideas dici tantùm, non esse.*

Καίπερ προσάντους] *Quanquam, inquit, nobis ardua hæc & molesta disputatio futura est.*

Διὰ τὸ φίλους ἄνδρας] *Propterea quod amici nobis sunt, qui ideas induxerunt. Significat autem Platonem & illos, qui ab eo erant. Vnde constare potest, hos libros non esse Nicomachi, qui natus est post mortuum Platonem. Peccant autem, qui hoc loco intelligunt Socratem & Platonem. Socrates enim non constituebat ideas separatas: sed malè Plato, quæ ab eo dicebãtur, intellexit, vt docetur primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά.*

Τὰ εἴδη] *Hinc constat εἴδη & ἰδέας idem esse, & sane apud Platonem non distinguuntur. apud alios tamen Platonicos εἶδος vocatur, quod in multis inest: ἰδέα verò æter-*

Digitized by Google

ro æternum illud exemplar. de quo discrimine multa leguntur apud Senecam.

Δόξειε δ' ἄν] *Sed fortaßè, inquit, satius esse, omnino q̃ oportere videatur, conseruandæ veritatis causa, etiam propria placita euertere: cùm præsertim philosophi simus. Est autem grauißima commendatio veritatis, de qua ita scribit Plato ipse quinto de legibus.* ἀλήθεια δὴ πάντων μὲν ἀγαθῶν θεοῖς ἡγεῖται, πάντων δὲ ἀνθρώποις. *& lib. 6 de Rep.* τὸν φιλόσοφον ἀληθείας ἐραστὴν εἶναί φησιν.

Αμφοῖν γὰρ] *Nam cùm amici vtrique sint, sanctum est pluris facere veritatem.* ὁ γὰρ φίλος τῆς ἀληθείας τιμητέος ἀνήρ, *ait Plato lib. 10. de rep.* Pythagoras, Persae, Atticus.

Οἱ δὲ κομίσαντες] *Argumentatur aduersus Platonim ex iis, quæ apud Platonicos pro confeßis & exploratis habebantur.*

CAPVT VII.

Πάλιν δ' ἐπανέλθωμεν] *Vt ad depellendas tenebras lumen, ita doctrina ad discutiẽdam & fugandam ex animis ignorantiæ caliginem adhibetur. Sed ignorantiæ duo genera sunt: simplex vnum, alterum compositum atq; coniunctum. Simplicem ignorantiam voco, quam sola scientiæ ac cognitionis priuatio constituit: compositam verò eam, qua qui laborat, non tantùm caret cognitione eius, quod verũ est, verùm etiam falsam quandam de ea re, quæ nescitur, animo conce-*

Digitized by Google

pit opinionem, eamq; errore ductus amplexatur vt veram. Vt igitur morborum varietatem varia, & multuplex curandi ratio consecuta est, ita è duobus illis ignorantiæ generibus, totidem docendi genera exstiterunt. Nam cum iis de rebus disserere ingredimur, quæ ita ignotæ sunt, vt de iis nihil traditum sit, quod falsa veri specie imponere hominibus, & in eorum animis insidere potuerit, tum nihil impedit, quo minus ab ipsa statim veri explicatione ordiamur. at cùm ea tractanda sunt, de quibus falsas quasdam opiniones multi, aut tradiderunt, aut ab aliis traditas imbiberunt, imitari prudentes & industrios agricolas conuenit, qui terræ semina non prius mandant, quàm inutilibus, & frugum incrementa impedituris herbis eam diligenter purgauerint. Harum rationum modò hanc, modo illam, prout res proposita postulare videbatur, summo iudicio Aristoteles diuersis in libris tenuit. Quoties enim nihil erat, quod impediret, quasiq; morã obiiceret, vt in analyticis, vt in topicis, à rebus ipsis exorsus est. at vbi periculum erat, ne, vt, plena iam vasa, ita occupati aliis opinionibus animi, infusam sibi veritatem respuerent, cõfutandas sibi eas prius, quàm ad veritatem tradendam accederet, iudicauit. Id adeò cum ex aliis ipsius libris, tum ex iis, qui nunc nobis sunt in manibus, animaduerti facilè potest. Quod enim de summo hominis bono varias maximeq; inter se pugnantes proditas esse opiniones intelligeret, non prius, quid in hac re sibi verum videretur aperiendum ratus est, quam illas, non omnes quidem (fuisset id & infinitum, & minimè necessarium)

Digitized by Google

cessarium) sed eas saltē, quæ aut probabilitate aliqua, aut magni alicuius, & illustris viri auctoritate ac iudicio nitebantur, breuiter refutaret. Hactenus igitur id præstitit: deinceps suam ipse sententiam de summi boni natura explicabit.

Πάλιν δ' ἐπανέλθωμεν] *Breuiter quasi summam conficit eorum omnium, quæ hactenus disputata sunt, idq; tum ad reficiēdam lectoris memoriam, tum vt manifestò constet, omnia in hac disputatione alia ex aliis apta & connexa esse.*

Εἰ δὲ πλείω, ταῦτα] *Hunc locum S. Thomas corrupto vsus exemplari pessimè accepit, & in alienissimam sententiam detorsit: qua in re tamen, ne quis sua laude fraudetur, superatus est à Perionio: neq; si contentio sit, quis ineptissimè possit hunc locum interpretari, existere posse quenquam puto, qui eam palmam Perionio præripiat.*

Επεὶ δὲ πλείω] *Antequàm accedat ad inuestigandam felicitatis definitionem, ne cui dubium sit, eam esse summum hominis bonum, ostendit, duo quædam, quæ homines de summo bono sentire atq; vsurpare consueuerunt, in nullum aliud, quàm in felicitatem conuenire. Sunt autem ea τὸ τελειότατον καὶ τὸ αὔταρκες.* Quando autem, *inquit*, plures fines esse constat, nosque eorum quosdam aliorum causa expetimus: constat non omnes fines esse perfectos. *Sed hæc oratio neq; eandem suauitatem, neq; eandem vim habere in Latino sermone potest, quàm in Græco habet: propter similitudinē & affinitatem duarum*

Digitized by Google

rum vocum græcarum, τέλος & τέλειον, *quàm Latini non assequuntur. Cùm enim* τὸ τελείου ὄνομα *modicè inflexum sit* ἀπὸ τέλους: *constat* ἕκαστον πρᾶγμα ταύτῃ τέλειον λέγεται, ᾗ τέλος λόγον ἔχει. *Iam ea, quæ ad aliud referuntur, quatenus talia sunt,* ὑ δέχονται τὸν τέλους λόγον. *Sunt igitur, vt poëta dicunt, quosdam* ἀγάμους γάμους, *& quosdam* νύμφας ἀνύμφους, παρθένους τ' ἀπαρθένους, *ita* πνὰ ἀτελῆ τέλη: *quasi tu latinè dicas, fines qui fines non sint. cuiusmodi sunt diuitiæ, tibiæ, omninoq; instrumenta, ex eo genere esse summum bonum non potest.*

Οἷον πλοῦτον] *Non enim expetuntur diuitiæ, nisi propter vsum, vnde & dicta sunt* χρήματα: *rectéque Flaccus.*

Quo mihi fortunas, si non conceditur vti?

Αὐλοὺς] *Non temerè coniunxisse videtur hæc duo, diuitias & tibias. sed respexit, vt opinor, ad sermonem quendam Socratis, qui dicere solebat, vt tibias non esse* χρήματα, *nisi illis, qui eis vti scirent, ita ne opes quidem. is sermo perscriptus est à Xenophonte principio Oeconomici, & expressus ab Horatio Satyra 3. lib. 2.*

Τελειότερον δὲ λέγομεν] *Tria genera facit eorum, quæ expetuntur. Quædam enim expetimus tantùm propter aliud: vt medicamenta, vt labores. quædam & suaptè vi, & propter aliud: vt honorem, voluptatem, integritatem sensuum. quædam tantùm propter se, vt felicitatem. quæ ob id dicitur* ἁπλῶς τέλειον, *seu, quod idem est,* τελειότατον τέλος. *Videtur autem in hac bonorum contentione ac comparatione, non satis inter*

Plato-

Digitized by Google

Platonem & Aristotelem conuenire, vt pridem notaui cap. 18. lib. 4. variarum lectionum. Sed tamen re vera nihil inter eos, hac quidem in re dissensionis est: vt docui, cùm Platonis libros de rep. interpretarer.

Καὶ νῦν] *Hoc nomine prudentiam hîc quidem intelligit.*

Φαίνεται δὲ καὶ ἐκ τῆς αὐταρκείας] *Idem etiam, inquit, videtur effici ac colligi, si pro argumento adhibeas, τὴν αὐτάρκειαν. ita enim concludetur argumentatio. Summum bonum cùm perfectum sit, tale esse debet, vt, qui adeptus sit, nihil amplius desideret. eiusmodi autem sola est felicitas. Est igitur felicitas summum bonum.*



Τὸ δὲ τέλειον] *Quod bonum omni ex parte perfectum est, idem tale etiam videtur, vt ipsum per se satis sit, neq; quicquam præterea desideret. profectò enim si quid amplius requiritur, iam perfectum non erit. atque hoc confirmat ipse lib. 1. magnorum moralium: his verbis.* τέλειον δέ ἐστιν, ᾧ παραλυομένῳ, μηδενὸς ἔτι προσδεόμεθα. ἀτελὲς δὲ, ᾧ παραλυομένῳ προσδεόμεθά τινος. *id est.* Perfectum autem est, quod adepti, nullius præterea rei indigemus: imperfectum verò, quod adepti, aliquid præterea requirimus.

Τὸ δ' αὐταρκες λέγομεν] *Ponit duas explicationes τῆς αὐτάρκους: vnam nominis, alteram rei. ac primùm*

ait,

Digitized by Google

ait, vocare se αὔταρκες id, quod satis sit homini, non agenti vitam in solitudine: neq; enim ea vita hominis naturæ consentanea est: sed quantum sufficiat, & ad sustentandos parentes, quorũ ipsi pars sumus, & liberos, qui sunt pars nostri, & vxorem, quæ ita coniuncta est cum viro, vt quodammodo idem sit, omninoq; amicos ciuesq; nostros: quandoquidem homo natura factus est ad ciuilem societatem.

Επειδὴ φύσει πολιτικὸν ἄνθρωπος] *Hac de re multa copiosè, & eruditè disputantur lib. 1. polit.*

Τούτων δὲ λήξις τις] *Horum autem finis aliquis statuendus est. Nam si quis hoc pertinere velit etiã ad auos, & nepotes, & amicorum amicos, nunquam modus vllus futurus est. tandemq; prolabetur in opinionem M. Crassi, qui negabat quenquam satis diuitem esse habendum, nisi qui de suo exercitum alere posset. At hac de re alio loco pluribus agendum erit, nempe in politicis.*

Τὸ δ' αὔταρκες πάθημεν] *Hæc est altera illa, quam dixi, explicatio τοῦ αὐτάρκους, quærem ipsam magis attingit. vt igitur αὔταρκες esse id bonum, quod etiam separatum à cæteris, vitam facit optabilem, nulliusq; rei indigentem. tale autem quiddam putamus esse felicitatem.*

Ἐπὶ δὲ πάντων] *Felicitas omnium bonorum maximè expetenda est, & cum quocunq; alio conferatur, aut etiam cum quibuscunque, & quamlibet multis aliis, semper optabilior erit eis omnibus. vt si firmissima valetudo, formæ dignitas, maximæ opes, summi honores,*

amico-

Digitized by Google

amicorum copia cum felicitate conferantur, facilè eis omnibus vna felicitas præponderabit. at si ipsamet numeretur in iis, cum quibus confertur, dubium non est, quin vel cum minimo bono coniuncta, optabilior sit, quàm sola exempli causa, si cui detur optio, malítne se & felicem esse, & formosissimum, an æquè felicem, sed non æquè formosum, nemo est, qui non vtrunq; quam alterum, malit. Neq; tamen ea res quicquam de perfectione felicitatis detrahit. Nam quæcunq; solida, & alicuius momenti bona sunt, iis quicunque felix est, instructus est: leuiora, & quibus carere sine vllo incommodo ac molestia potest, vt, si deferantur, accipiet, ita, si absint, non requiret.

Αλλ' ἴσως] *Quicunq; rei alicuius naturam sua disputatione patefaciendam illustrandamq; suscepit, primùm quidem summa ope niti debet, vt vera dicat, sed non ita etiam existimare, defunctum esse se, cùm id præstiterit, neq; quicquam à se præterea postulari. Non enim satis est verè dicere: planè etiam & dilucidè explicateq; dicendum est, omnesq; rei proposita partes ita euoluendæ atque enucleandæ, vt quoad eius fieri potest, nullus scrupulus, nulla dubitatio, nulla hæsitatio in auditoris animo relinquatur. Itaq; Plato in Timæo cùm de ortu rerum breuiter strictimq; disputasset, satis se fecisse suscepto muneri non putauit, nisi eadem de re copiosius statim, & enodatius dissereret.* εἴρηται μὲν ἔν, *inquit,* πάλαι δὲ. δεῖ δὲ ἐναργέστερον εἰπεῖν περὶ αὐτῶν. *Sic Aristoteles principio sexti horum librorum, cùm antea docuisset, eam mediocritatem amplectendam, quæ recta*

Digitized by Google

rectæ rationi consentanea esset, verè quidem hoc à se traditum professus est, sed nondum satis enucleatè: ἔστι δὲ, *inquit,* τὸ μὲν εἰπεῖν ὅτως, ἀληθὲς μὲν, οὐδὲν δὲ σαφές. *Itaq; toto eo libro rectæ illius rationis vim & naturam aperuit. Sic & hoc loco, cùm docuerit non diuitias, non voluptatem, non honorem, non virtutem, non ideam, sed felicitatem esse summum hominis bonum, verè quidem hoc à se dictum videri ait, sed tamen latiorem adhuc, & apertiorem ipsius felicitatis explicationem desiderari. Progreditur igitur ad inuestigandam illius finitionem: ac primum quidem genus inquirit: idq; hoc modo. Quorumcunq; proprium aliquod opus, aut propria aliqua actio est, eorum bonum, qua quidem ratione tales sunt, opere illo, aut actione illa continetur. Exempli gratia: bonum, quod sibi præcipuè proponit tibicen, est cantus: bonum, quod sibi præcipuè proponit statuarius, statua: idemq; in cæteris artificibus dici potest. Nempe igitur si quod opus reperiri poßit, ita proprium hominis, qua homo est, vt tibicinis cantus, aut statuarij statua, in eo summum hominis bonum collocari, ac constitui oportebit.*

Πότερον ἔν τέκτονος] *Duæ hoc loco quæstiones tractandæ sunt, sit nécne sit, & quod tandem sit hominis, ea ratione, qua homo est, proprium opus ac munus. Esse igitur aliquod duobus argumentis probat. Primùm, quod absurdum, minimeq; probabile esset, cum hominis ea ratione, qua faber aut sutor est, constet esse munus aliquod propriũ, eiusdem nullum esse munus ea ratione, qua est homo. Deinde cum vnaquæque pars hominis condita*

Digitized by Google

condita sit à natura ad aliquem vsum, vt oculus ad videndum, manus ad contrectandum, pes ad sustinendũ corpus, & ad incedendum: non est verisimile, totum hominem ab eadem nullum ad munus, sed ad otium & ad torporem, & ad ignauiam conditum esse. Hoc autem, quod hîc perstringit Aristoteles, nullam esse partem corporis humani frustra à natura procreatam, sed esse omnium maximarum minimarum vsum aliquem copiosè, & eloquenter explicatur à Platone in Timæo, à Xenophonte lib. 1. ἀπομνημ. ab Aristotele ipso in libris de partibus animalium, à Galeno in libris de vsu partium, à Cicerone lib. 2. de natura Deorum, & à Lactantio in libello, quem inscripsit de opificio Dei.

Τί οὖν δὴ τοῦ τ' ἂν εἴη ποτέ] *Forma omnium actionum principium est. Quare cùm quæramus, quænam sit actio hominis propria, necessariò ad formam, id est, ad animum recurrendum est. Sunt autem animi humani tres præcipuæ siue partes, siue facultates. Nihil enim interest hoc quidem loco, vtro nomine vocentur. vna, qua viuimus, id est, alimur & crescimus: altera, qua sentimus: tertia, qua rationis participes sumus. Sed illa quidem, qua viuimus, omnino ab hac disputatione remouenda est. communis est enim homini cum stirpibus. at nos aliquid, quod hominis proprium sit, quærimus. Atq; hinc facilè intelligi potest, neq; in formæ pulchritudine, neq; in prospera valetudine, neque in robore ac viribus consistere hominis felicitatem. Hæc enim & eius generis omnia ex ea parte animi pendent, qua præditæ sunt arbores. Iam autem proximè sequitur ea,*

Digitized by Google

quasit, vt sentiamus. Sed ei quoque nihil in his rebus est loci. Nam & equo & boui, & omni deniq; animantium generi à natura tributa est. Plato eam etiam arboribus, cæterisque, quæ oriuntur è terra, tributam existimabat. Alimenti enim attractionem esse non posse sine aliquo impetu, id est, ἄνευ ὁρμῆς πνεύς: neq; porrò impetum sine sensu eius, quod vtile, quodq; inutile esset. Itaq; in Timæo apertè numerat arbores inter animalia, ipsasq; affirmat & sentire, & concupiscere, & gaudere appositu ad tuendam naturam suam rebus, dolere contrariis. Idem etiam sensit auctor eius dialogi, qui vulgò numeratur tertiusdecimus de legibus, alio autem nomine inscribitur ἐπινομίς, siue is Plato est, siue Philosophus quidam Platonis auditor, cui, quod in cæteris instituti ac professionis nomen est, id ipsi proprium fuit: siue Philippus quidam genere Opuntius: vtrunque enim traditum est. Sed is, quicunque tandem fuit, cùm diuisionem quandam animalium instituisset, è terrenis animalibus quædam esse ait, quæ ambulent, quædam, quæ radicibus fixa, & comprehensa teneantur. Et sanè si Thales Milesius magnetem animal esse dicebat, quod in eo inesset vis ferri ad se attrahendi, multò iustius arbores, quæ succum ad se alendas aptum & accommodatum, radicibus tanquam ore è terra ducunt, eundemq; quasi sanguinem in venas, ita in fibras quasdam per totum corpus suum pertinentes distribuunt, conuertuntq; in naturam suam, animalia esse dicentur. Multò magis id dicet, si quis considerarit, earum alias naturali quodam amore copulatas esse, alias in-

nato,

nato, & ingenito odio diſſidere. Sequuntur igitur eas, quas amant, & ad eas ſe applicant, ad easq; partes, in quibus illæ depactæ ſunt, radices agunt: auerſantur contra & refugiunt, quas oderunt, aut ſi quãdo id non poßint, moriuntur & exarescunt. Pleni exemplorum ſunt Theophraſtus, Dioſcorides, Plinius. Quæ ſi quis intuens ſic quoque tamen omni eas ſenſu carere contendat, ipſe potius ſenſu carere videatur. Ergo Galenus quoque maximus, & veritatis amantißimus Philoſophus in libello de ſubſtantia naturalium facultatum, Platonem conſequens, ſtirpes, cæteraq; quæ oriuntur è terra, tum animalia eſſe dicit, tum eis ſenſum aliquem tribuit. Aliter Ariſtoteli viſum eſt, qui quanquã interdum eas animalium nomine afficit, vt in libello de ſomno & vigilia, ſemper tamen percipiendi modo alimenti, & creſcendi poteſtatem relinquit, concupiſcendi ac ſentiendi detrahit. Vtrum verius ſit, illi viderint, qui ſibi ſtudio habuerunt, diligentius ac ſolicitius ea, quæ abdidit ac retruſit natura, rimari. nobis in talium virorum diſſenſione iudicium noſtrum interponere religio eſt: ſatisqúe nos inſtituto, ac ſuſtepto muneri facere ducimus, ſi eorum ſententias percenſeamus. In quas quoniam ingreſſus ſum, veſtráque ipſa ſingularis attentio, & in me defixi omnium vultus fidem mihi faciunt, harum rerum commemorationem vobis non iniucundam eſſe, prouebar longius: admoneboq; cùm Plato & Galenus appetendi vim etiam in ſtirpibus eſſe ſtatuant, non deſuiſſe, qui eam etiam in animalibus eſſe pernegarent. Siquidem

Digitized by Google

Chrysippus, & alij quidam Stoicæ disciplinæ homines, qui id sibi propositum videntur habuisse, vt tanquam merces peregrinas, ita admirabiles, & absurdas opiniones in philosophiam inferrent, affirmare ausi sunt, neq; concupiscere animantes rationis expertes, neq; irasci. quod stultissimũ dogma confutauit Galenus in libris de placitis Hippocratis & Platonis. Fuerunt etiam, qui siue ioco, siue serio, eas animantes, quæ ratione carere dicuntur, æquè illius participes esse, atq; hominem dicerent, legiturq; inter Plutarchi opuscula dialogus perelegans, περὶ τῶν ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι, *& eadem de re copiosissimè disputat Porphyrius,* ἐν τοῖς περὶ ἀποχῆς. *Sed verum est, quod ait Cicero: opinionum commenta delet dies: naturæ iudicia confirmat. Illæ sententiæ, de quibus modò dixi, vetustate ac longinquitate temporis obsoleuerunt, atq; euanuerunt. Aristotelicam prope omnes naturali quodam instinctu sequuntur: viuere stirpes, sed non sentire: viuere & sentire cætera præter hominem animalia, sed non ratiocinari: has tres facultates in solo homine coniunctas copulatasq; reperiri. Ex quibus cum sola ea, in qua ratio inest, homini propria sit, constat, proprium ac præcipuum hominis bonum in perfecta illius actione positum esse.*

Est autem duplex in hominis animo, τὸ λογικὸν, τὸ μὲν φύσει, τὸ δὲ μεθέξει. *non enim ea tantùm pars, quæ ipsa ratiocinatur, ratione vti dicitur, verùm etiam altera quædam, quæ talis est, vt rationis imperium accipere, eiq; parere possit, vt in corporibus lucida dicuntur non ea tantùm, quæ lucem ex se mittunt, vt sol, sed ea*

etiam

Digitized by Google

etiam, quæ accipiunt, vt vitrum. Atque ex hac animi facultatum diuisione duo virtutum, ac totidem felicitatis genera extiterunt. nam quæ virtutes propriæ sunt superioris illius ac diuinioris partis, eæ in cognitione ac contemplatione positæ sunt, felicesq́ sunt, qui totam vitam in earum exercitatione consumunt. Sunt autem quædam aliæ virtutes, quæ ex eo enascuntur, cùm appetitio rationi obtemperat, eiusq́ à præscripto nunquam discedit. eæ actione cernuntur: suntq́ qui eas exercent, felices: sed alio quodam genere felicitatis.

Hæc quoniam à nobis copiosius alio loco tractabuntur, & hodierna iam disputatio satis excreuit, quæ sequuntur, in crastinum differemus.

Εἰ δ' ἔστιν ἔργον ἀνθρώπου] *Quid quæq́ res sit, definitione & intelligitur, & explicatur. Definitio aut genere & differentiis, aut proprietatibus constat. Genus, sub quo includenda est felicitas, Aristotele duce peruestigauimus. Primum enim statuimus, quarumcunq́ rerum proprium esset aliquod opus ac munus, eorum bonum eo ipso in munere situm esse. Ex quo intelleximus reperiendum esse proprium opus, ac munus hominis ei, qui præcipuum homini propositum bonum reperire meditaretur. Porrò autem, cùm ea forma, quæ quicq́ est id quod est, sit fons ac principium omnium actionum, quærenti propriam hominis actionem ad ipsam hominis formam, siue* ἐντελέχειαν, *id est, ad animum recurrendum fuit. Sed animi tripartita natura est. Animo viuimus, animo sentimus, animo rationis participes sumus. Cum stirpibus vita nobis com-*

Digitized by Google

munis est: cum beluis sensus: proprium bonum hominis ratio: ea cæteris animantibus præstamus, ea ad diuinam naturam proximè accedimus. Omnes igitur, qui se non ad stirpium, aut ad belluarum sortem ac conditionem abiicere, sed in cœlum, quantum in ipsis est, extollere cupiunt, abducere se quàm longissimè à ventris atq; abdominis voluptatibus, omninoq; ab iis omnibus, quæ homini cum pecudibus communia sunt, debent, & altiora ac sublimiora spectare, & qua parte Deum conditorem suum maximè referunt, in eius actione aliqua summum bonum sibi positum esse arbitrari. Genus igitur, sub quo continetur felicitas, est vsus quidam, & exercitatio eius partis animi, quæ ratione prædita est. Sed ratione tum bene tum malè vti possumus. Itaq; longa & copiosa disputatio est apud Ciceronem lib. 3. de natura deorum, rationem bono cõsilio à diis immortalibus humano generi datam, à plerisq; hominum in fraudẽ malitiamq; conuerti. nam & venefici & sicarij, & falsi testes, & testamentorum subiectores & adulteri, & impudici ad facinora, & ad flagitia sua rationis ministerio vtuntur: neq; sine rationis vsu tales vnquã esse potuissent. Quemadmodum igitur & bonis & malis citharœdis cõmune est canere: sed hoc interest, quòd boni bene canunt, mali malè: ita & bonis & improbis viris commune est ratione vti: sed illi ea bene vtuntur, hi malè. Nos autem bonum aliquem rationis vsum quærimus. Quibus autem rebus & bene & male vti licet, quid tandem est, quo fit, vt eis bene vtamur? nihil planè aliud, nisi propria vniuscuiusque virtus. Virtute

oculi

Digitized by Google

oculi fit, vt bene videamus: virtute auris, vt bene audiamus: virtus deniq; cuiusq; id, cuius virtus est, perficit, ipsusq; opus bonum reddit. Ea demum igitur animi exercitatio bona, & perfecta censenda est, quæ virtuti consentanea est: atq; is deniq; felix habendus, qui quantũ humana natura patitur, perpetuò in ea, quæ virtuti consentanea est, animi exercitatione versatur: cuius omnis cogitatio, omnis sermo, omnis actio in virtute cõsumitur: qui nihil imprudenter, nihil iniustè, nihil timidè, nihil sordidè, nihil intemperanter, nihil indecorè facit: sed & sibi & aliis bene consulit, & alieno abstinens, id cuiq;, quod par est, tribuit, & cum bonis suis omnia liberaliter communicat, neq; doloris, aut periculi metu ab honestate abduci, neq; voluptatis illecebris ad turpitudinem adduci potest.

Εἰ δ' ἔστιν ἔργον ἀνθρώπου] Summa huius argumentationis eo spectat, vt doceat felicitatem esse exercitationem animi cum virtute coniunctam. est autem longum hyperbaton, sed tamen sine vlla magna obscuritate.

Ψυχῆς ἐνέργειαν] Non puto hoc latinè vllo modo commodius verti posse, quam exercitationem animi. nõ enim semper exercitatio ἄσκησιν aut μελέτην significat, sed interdum etiam ἐνέργειαν. Cicero de Senectute. Senibus labores corporis sunt minuendi, exercitationes animi etiam augendæ videntur. idem. Aptissima sunt omnino arma senectutis, artes exercitationesque virtutum. Cicero de finibus hanc felicitatis definitionem Aristoteleam ita

Digitized by Google

expressit. Aristoteles, *inquit,* virtutis vsum cum perfectæ vitæ prosperitate coniunxit. *Præclarè omnino & appositè. Non enim dubium est, quin Aristoteles quod interdum dicit,* ἕξιν καὶ ἐνέργειαν, *idem aliis locis dicat,* κτῆσιν καὶ χρῆσιν. *Sed hoc loco non satis apertè, vt opinor, diceretur vsus animi ex virtute.*

Τὸ δ' αὐτό φαμεν] *Idem genere opus est artificis cuiuslibet, & præstantis ac præclari artificis. vt cuiuslibet citharœdi est canere: itemq; boni citharœdi opus est canere. Sed bonorum artificum opera hoc amplius habent, quod bona sunt. Eodem etiam modo idem opus est hominis cuiuslibet, & præstantis ac virtute præditi hominis. Vterq; enim ratione vtitur: sed viri boni bene ea vtuntur, id est, secundum virtutem. Virtus enim est quæ perficit, vt id, quod fit, bene etiam fiat.*

Ενέργειαν καὶ πράξεις] *Confirmatur hoc loco id quod aliâs dixi: felicitatem non esse vnam aliquam actionem, sed continuationem quandam actionum.*

Ἕκαστον δὲ οὗ κατὰ τὴν] *Idem dixerat ante Aristotelem, Hippodamus Thurius in libro* περὶ εὐδαιμονίας. *ex quo citantur hæc.* ἡ δὲ ἀρετὰ τῆς ἑκάστου φύσιος, καὶ ἀκρότας, καὶ τελειότας ἐν τι. ἡ μὲν τοῦ ὀφθαλμοῦ τῆς τοῦ ὀφθαλμοῦ φύσιος ἀκρότας, καὶ τελειότας, ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου, τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσιος, καὶ ἀκρότας, καὶ τελειότας. *Non tantùm autem hanc sententiam videtur ab eo sumpsisse Aristoteles: sed alias quoq;, vt quod felicitatem proprium opus hominis esse statuit. ita enim idē Hippodamus.* ἡ δὲ εὐδαιμονία, καὶ ἀρετὰ τοῦ λόγον ἔχοντος, τὸ μὲν ἐς ἔργον, τὸ δὲ ὡς τέχνα τίς ἐστι. *& non satis esse scire,*

quid

Digitized by Google

quid sit virtus, nisi etiam ex virtute viuamus. Διόπερ οὐ μόνον μαθεῖν δεῖ τὰν ἀρετὰν, ἀλλὰ καὶ κτήσασθαι καὶ χρήσασθαι αὐτᾶ. *& quod ait in politicis ciuitatem natura esse priorem singulis hominibus. totum enim prius natura esse quàm partem.* Διὰ τὸ τὰ φύσει πρῶτον εἶμεν τὸ ὅλον τῶ μέρεος, ἀλλ' οὐ τὸ μέρος τῶ ὅλω. *Et tamen hunc philosophum Aristoteles nusquam nominat, nisi vbi reprehendit.*

Εἰ δ' οὕτω] *Hæc verba repetit propter hyperbaton.*

Εἰ δὲ πλείους αἱ ἀρεταὶ] *Non deerant enim, qui è quibusdam sermonibus Socratis vnicam putarent esse virtutem. de his dicemus libro secundo. hoc autem loquendi genere vtitur, quia ex iis quæ disputata sunt, nondum constat plures esse virtutes.*

Κατὰ τὴν ἀρίστην καὶ τελειοτάτην] *Idem etiam iisdem propè verbis repetit libro decimo. Est autem virtutum earum quidem, quæ ad actionem referuntur, optima ac perfectissima prudentia: earum verò, quæ cognitione cernuntur, sapientia. Vnde duplex existit felicitas, vt suo loco dicemus.*

Ἐπὶ δὲ ἐν βίῳ τελείῳ] *Nemo felicem dixerit, qui diem modò vnum, aut alterum, aut mensem, aut annum ex virtute vixerit: deinde autem aut mutatus sit, aut inciderit in grauissimas calamitates, aut sit acerba morte præreptus. Tempore opus est ad felicitatem & parãdam & fruendam. Non enim est felicitas ex eo genere rerum, quæ simul totæ sunt: sed ex iis, quæ quadam successione partium constant, qualia sunt ludi, dies, annus. Hoc igitur significat Aristoteles, cùm ait ἐν βίῳ. Quod autem*

Digitized by Google

addit τελείῳ, videtur idem dicere, quod αὐτάρκει, vt significat vitam, quantum satis est, instructam bonis corporis & externis. Perfectum enim est, quod omnibus partibus suis constat. Illa autem bona, quæ dixi, dicebantur à veteribus Philosophis partes vitæ. Euryphamus Pythagoreus in libro περὶ βίου. βίω δὲ μέρεα τά τε σώματος ἀγαθὰ, καὶ τὰ τῶν χρημάτων, καὶ τὰ τᾶς δόξας, καὶ τὰ τῶν φίλων. Et tum ipse tum Hippodamus duo genera faciunt perfectorum hominum, vnum κατ᾽ ἀν φύσιν, alterum κατ᾽ ὀν βίον. Nam eos quidem, qui virtutem colunt, etiamsi externis bonis careant, natura perfectos esse dicunt. κατ᾽ ὀν βίον autem eos tantùm, qui & ex virtute viuant, & instructi sint illis, quæ modò enumeraui, bonis. atque hos demum felices esse statuunt. Potest etiam accipi per τέλειον βίον longitudo vitæ, & ita Aristoteles ipse videtur exponere in magnis ethicis. ita enim loquitur. ἐπεὶ οὖν ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία τέλειον ἀγαθὸν, καὶ τέλος, οὐδὲ τοῦτο δεῖ λανθάνειν, ὅτι καὶ ἐν τελείῳ ἔσται. οὐ γὰρ ἔσται ἐν παισὶν· οὐ γάρ ἐστι παῖς εὐδαίμων. ἀλλ᾽ ἐν ἀνδρὶ· οὗτος γὰρ τέλειος. οὐδ᾽ ἐν χρόνῳ γε ἀτελεῖ. ἀλλ᾽ ἐν τελείῳ. τέλειος δ᾽ ἂν εἴη χρόνος, ὃν ἄνδρωπος βιοῖ. καὶ γὰρ λέγεται ὀρθῶς παρὰ τοῖς πολλοῖς, ὅτι δεῖ τὸν εὐδαίμονα τῷ μεγίστῳ χρόνῳ τοῦ βίου κρίνειν. Aliter Stoici, quorum princeps Chrysippus dicebat, ὅτι παρὰ τὸν πλείονα χρόνον οὐδὲν μᾶλλον εὐδαιμονοῦσιν, ἀλλ᾽ ὁμοίως καὶ ἐπίσης τοῖς τὸν ἀμερῆ χρόνον εὐδαιμονίας μεταχοῦσιν. At in hoc ipse sibi pugnabat, vt ostendit Plutarchus στωϊκοῖς ἐναντιώμασι.

Περιγεγράφθω μὲν οὖν τὸ ἀγαθὸν ταύτῃ] *Pro eodem alibi dicit.* ὑπογεγράφθω.

Υποτω-

Ὑποτυπῶσαι] *adumbrare & informare.*

Ἀναχράφειν] *penicillum per easdem lineas denuò ducere, omniáque accuratius expolire.*

Δόξειε δ' ἄν] *Facile est, quæ bene descripta sunt, promouere & articulatius distinguere. neque quisquam est mediocri ingenio præditus, qui non hoc præstare posse videatur.*

Παντὰς] τὺ τυχόντος, *etsi aliter accepit S. Thomas.*

Καὶ ὁ χρόνος] ὁ γὰρ χρόνος διδάγμα ποικιλώτατον, *ait Euripides. Vnde Simonides interrogatus, quidnam sapientissimum esset, Tempus, respondit. tempore enim acquiritur hominibus sapientia. Paro autem Pythagoreus, qui tum aderat, imò ἀμαθέστατον inquit: tempore enim abeunt omnia in obliuionem. Narrat Simplicius in quartum Physicorum.*

Ὅθεν καὶ τῶν τεχῶν] *Nulla enim ars simul inuenta & absoluta est: sed omnes à tenuibus profectæ principiis, paulatim ad eam, in qua nunc sunt, amplitudinem peruenerunt. Exemplum in medicina, in pictura, in eloquentia poni potest.*

Μεμνῆσθαι δὲ] *In iis, quæ modò disputauimus, nonnulla in sunt, quæ fortasis aliquis sibi postularet certius explicari. vt quod diximus, ad felicitatem requiri eas opes, quæ satis essent ad nos, & ad parentes, & ad liberos, & ad vxorem sustentandam, & ad aliquid amicis ac ciuibus largiendum. sed tamen eius rei modum aliquem esse statuendum. quæri enim potest, qui tandem sit ille modus: & quantum opum requiratur, antequam quis felix haberi queat. Id autem certò definiri non potest.*

Digitized by Google

test. Non enim vt olim in hac vrbe quidam erat census equester, quidam senatorius, ita felicium certus quidam census est. Sed hæc pro cuiusq; conditione communi quodam sensu iudicari oportet. Idemq; dicendum de longitudine vitæ. non enim potest certò constitui aliquod tempus, quod viuere felicem oporteat. Quare reuocat in memoriam Aristoteles id quod iam aliquoties dixit, τὸ ἀκριβὲς in vnaquaq; re pro rei ipsius conditione & natura exigendum. Neque tantùm κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην, verumetiam ἐπιτοσοῦτον, ἐφ' ὅσον οἰκεῖον τῇ μεθόδῳ, id est, quãtum propositæ disputationi conuenit. Exempli causa. de animo, eiúsque aut partibus aut facultatibus, & dicta sunt à nobis nonnulla, & dicentur in sequentibus. ea quominus accuratissimè tractentur, ἡ ὑποκειμένη ὕλη impedimento non est. potest enim de animo accuratissimè disputari, vt in libris περὶ ψυχῆς. sed illa tam exquisita tractatio illius non conuenit ei, quæ hoc tempore à nobis instituta est, disputationi. agimus enim de moribus. at illa ad physicos pertinent. aliter igitur de animo disserit physicus, aliter politicus. ille quàm potest ἀκριβέστατα: hic ἐπιτοσοῦτον ἐφ' ὅσον οἰκεῖον τῇ μεθόδῳ. Ostendit autem & illustrat hoc Philosophus aptissima comparatione. Angulum rectum considerat geometres: considerat etiam faber. sed ille quàm potest accuratissimè: est enim contemplator veritatis: hic quatenus ad ædificandum vtilis est eius cognitio. itaque de eo aliter apud Euclidem, aliter apud Vitruuium disputatur. Hoc præceptum nisi in omni disputatione teneatur, πλείω γενήσεται τὰ πάρεργα τῶν ἔργων

Οὐκ

Digitized by Google

Οὐκ ἀπαιτητέον] *Addit aliud præceptum. non omnium, quæ traduntur, causam requiri oportere (quod etiam propè totidem verbis iurisconsulti dicunt) sed ponenda esse quædam tanquam certa per se: vt principia.*

Τὸ δὲ ὅτι] *id est, rem ita se habere, in hac facultate principium est. vt honestatem suaptè vi expetendam esse. mediocritatem in omnibus rebus retineri oportere. talia igitur ponenda sunt, neque cur ita sit, subtilius inquirendum est. Dicat aliquis. Quomodo igitur percipiuntur principia, si eorum causas inquirere non licet? respondet Aristoteles; eorum alia percipi inductione: vt in arithmeticis, omnem numerum esse dimidium eius, qui conflatur ex iis, inter quos ipse ordine naturali constitutus est: alia sensu, vt in physicis, motum esse: alia consuetudine quadam: vt in ethicis, cupiditates crescere. si obsequare, si aduerseris, minui: alia aliis modis: vt simplici mentis apprehensione intelligimus, de quolibet veram esse affirmationem aut negantiam, de nullo autem vtramq; simul. possunt etiam dialecticis syllogismis scientiarum principia probari: vt in mathematicis definitiones extremitatis, lineæ, puncti. Sequitur,*

Μετιέναι δὲ πειρατέον ἑκάστας ἢ πεφύκασι. *quod eo præcipuè dictum videtur, vt intelligant omnes, qui ad hanc disciplinam accedunt, sibi diligenter videndum esse, vt assuefiant ad amorem honestatis, & ad bene compositéque viuendum. Aliter enim nunquam satis illius principia percipere poterunt, quæ, vt dictum est,* ἐθισμῷ τινι ἐγγίνεσθαι πεφύκασι. *Possunt verba ediscere etiam intemperantes & effrenati, eáque ore proferre: in animo quidem*

Digitized by Google

quidem certè horum præceptorum vim nunquam perfectè sentient, nisi bene & honestè educati, atque assuefacti.

Καὶ πολυδαιδάλου, ὅπως ὀρθῶσι καλῶς, μεγάλω γὰρ ἔχουσι ῥοπὴν πρὸς τὰ ἑπόμενα] *Magnum, inquit, studium in eo ponendum est, vt bene statuantur principia. magnũ enim ad omnia sequentia momentum habent.*

Δοκεῖ ἓν πλεῖον ἢ τὸ ἥμισυ] *Vetus est prouerbium, Principium esse dimidium totius: quod ita expressit Horatius.*

Dimidium facti, qui cœpit, habet.

Plato autem & Aristoteles etiam plus quàm dimidium totius aiunt esse principium. Aristoteles quinto πολιτ. ἡ δὲ ἀρχὴ λέγεται ἥμισυ εἶναι παντός. Plato sexto de legibus: ἀρχὴ γὰρ λέγεται μὲν ἥμισυ παντὸς ἔργου ἐν ταῖς προθεσμίαις, καὶ τότε καλῶς ἄρξαιτο πάντες ἐγκωμιάζομεν ἑκάστοτε. τὸ δέ ἐστιν, ὡς ἔμοιγε φαίνεται, πλέον ἢ τὸ ἥμισυ. καὶ οὐδεὶς αὐτὸ καλῶς ᾠήθη ἐγκεκωμίακεν ἱκανῶς. *Sophocles.*

Ἔργου γὰρ παντὸς ἰδεῖν τις ἄρχεται καλῶς,
Καὶ τὰς τελευτὰς εἰκὸς ἐξ ἀρτίως ἔχειν.

Aristoteles περὶ ζώων γενέσεως *lib.5.* αἱ γὰρ ἀρχαὶ μεγέθει ὅσαι μικραὶ, τῇ δυνάμει μεγάλαι εἰσί. *idem primo de cœlo,* ἡ ἀρχὴ δυνάμει μείζων, ἢ μεγέθει. διόπερ τὸ ἐν ἀρχῇ μικρὸν, ἐν τῇ τελευτῇ γίνεται παμμέγεθες. *Plato secundo de repub.* οὐκοῦν οἶδα, ὅτι ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον. *idem in Cratylo.* Δεῖ δὴ περὶ τῆς ἀρχῆς παντὸς πράγματος παντὶ ἀνδρὶ τὸν πολὺν λόγον εἶναι καὶ πολλοῦ σκέψιν, εἴτε ὀρθῶς, εἴτε μὴ, ὑπόκειται.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VIII.

Σκεπτέον δὴ] *inuestiganda, inquit, est natura felicitatis, non ex conclusione modò, idest, ex ea definitione illius, quam modò attulimus, & ex principiis, ex quibus illa effecta est: verum etiam ex iis, quæ de ea dici solent ab aliis. Nam si reperiamus ea conuenire cum definitione à nobis tradita, magno id argumento erit, eam veram esse.*

Τῷ γὰρ ἀληθεῖ] *Verùm enim verò pugnare non potest.*

Συνᾴδει] *Verbum musicorum, vt &, quod statim sequitur,* διαφωνεῖ, *& quod paulò pòst,* Συνῳδός.

Νενεμημένων] *Primùm ostendit ea, quæ communiter ab omnibus intelligentibus dicuntur de felicitate, concinere cum ea definitione illius, quam ipse attulit. deinde etiam, quæ hi aut illi ad felicitatem requiri dicunt, in eadem contineri. Cùm igitur tria sint genera bonorum: duo eorum, quæ sunt in nobis, quorum alia in corporibus insunt, alia in animis, tertium eorum, quæ extra: omnium sententia constat, animi bona principem locum obtinere. Exercitationes autem & actiones animi ex illo genere sunt. Quare haud iniuria dictum est à nobis, in eis sitam esse felicitatem.*

Παλαιὰν οὖσαν] *quod magnum signum est veritatis. etenim vt vina leuia, ita falsæ opiniones vetustatem non ferunt. Quod autem addit* καὶ ὁμολογουμένην, *indicat eam non tantùm veram esse, sed etiam manifesto veram. Quicquid autem interpretes dicant, puto ex-*

punctis

Digitized by Google

punctis quatuor voculis locum hunc ita legendum. ὥστε καλῶς ἂν λέγοιτο κατάγε ταύτην τὴν δόξαν παλαιὰν οὖσαν καὶ ὁμολογουμένην ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων, ὅτι πράξεις τινὲς καὶ ἐνέργειαι τὸ τέλος. οὕτω γὰρ, *etc. Alioqui enim frustra bis idem dicere videbitur Aristoteles: etsi Eustratius, & alij omnia moliuntur, vt hanc rationem à superiori aliam esse doceant.*

Συνᾴδει δὲ τῷ λόγῳ] *Omnes in hoc conueniunt, vt dicant eum, qui felix est, bene viuere ac bene agere. at hoc quoque cum definitione à nobis tradita concinit. ea enim bonum quoddam viuendi genus, & perpetuitatem quandã honestarum actionum describere videtur.*

Φαίνεται δὲ] *Videntur etiam omnia, quæ ad felicitatem requiri dicuntur, in definitione à nobis proposita contineri. Quidam enim virtutem, quidam alij prudentiam, alij sapientiam putant esse felicitatem: quidam aut hæc omnia, aut eorum aliquod vel cum voluptate; vel certè non sine voluptate. sunt &, qui eodem includant iustam quandam & moderatam copiam bonorum externorum.*

Πολλοὶ καὶ παλαιοὶ] *Hesiodus.*

Φήμη δ' οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥντινα λαοὶ
Πολλοὶ φημίζουσι, θεὸς δέ τίς ἐστι καὶ αὕτη.

Τὰ δὲ ὀλίγοι καὶ ἔνδοξοι] *quod perinde est ac si multi dicerent. Vt enim exigua auri moles pluris est, quàm multum plumbum, ita paucorum sapientum opinio pluris est, quàm multorum vulgarium. Sed magna pars eorum, quæ hic disputantur, satis per se facilis est: vt vix mea opera opus esse videatur.*

Ὅσπερ

Digitized by Google

Ωσπερ ἡ ὀλυμπιάσιν] *Sic lib. secundo ad Eudemum.* στεφανοῦνται οἱ νικῶντες, ἀλλ' οὐχ οἱ δυνάμενοι νικᾶν, μὴ νικῶντες δὲ.

Εστι δὴ καὶ ὁ βίος αὐτῶν] *Ostendit nunc se non prorsus abesse ab iis, qui voluptatem in quadam felicitatis parte ponunt. Nihil enim iucundius est, aut voluptatis plenius, quàm honestæ actiones.*

Τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς] *Vix vlla sententia celebratior est, aut hominum sermonibus tritior, quàm non eadem omnibus placere. Virgilius.*

trahit sua quenque voluptas. *Horat.*

Denique non omnes eadem mirantur amantq́.

Euripides.

Αλλος γὰρ ἄλλοις καρδίλω ἰαίνεται.

Alius solitudine gaudet, alius frequentia, alius cœlibatu capitur, alius vxore carere non potest. hic otio ducitur, illum multorum negotiorum tractatio oblectat. Sunt quos iuuent magistratus & imperia: sunt quos priuata vita delectet. ille ex alea & fritillo, hic ex vino & comessationibus, alius ex equis & canibus maximam voluptatem capit. neq; tantùm alia aliis iucunda sunt, sed eadem aliis suauissima, aliis molestissima: & vni atque eidem modò suauia, modò molesta. Eius & varietatis ac discrepantiæ, & leuitatis atque inconstantiæ causam hoc loco Aristoteles reddit: aitq́ id ex eo contingere, quod vulgus ea pro iucundis habet, quæ natura iucunda non sunt, sed opinione tantùm. In iis autem quæ natura constant, & consensus omnium rectè iudicantium, & constantia reperitur: at opinio, varietatis est,

Digitized by Google

& inconstantiæ effectrix. Natura veritatis amica est: opinio mendacij plerunq; & erroris comes. Veritas autem & vna est & stabilis: error & multiplex & inconstans. Falsis & cum vero & inter se pugna est: at vera veris nunquam repugnant. Vt autem quæ hominibus bene valentibus quíque bene temperato sunt corpore, dulcia videntur, quæq; amara, eadem natura & reuera talia sunt: non quæ febricitantibus aut insanis: ita quæ bonis ac prudentibus iucunda molestáuæ sunt, cur talia sint, veram & naturalem causam habent, non ea quæ vulgaribus & virtutis ac prudentiæ expertibus. Itaque si talis quædam hominum distributio fieri posset, vt in vnum locum omnes vitiosi & improbi conuenirent, in alterum omnes boni atque honesti congregarentur, mirabilis ex illa parte discordia, ex hac mirabilis consensio cerneretur. Illic auari clamarent nihil esse dulcius, quàm opes maximas coaceruàre atq; extruere: prodigi nihil suauius, quàm easdem dilapidare ac profundere: subeunda esse nullo discrimine omnia pericula audaces, & temerarij dicerent, ignaui & meticulosi omnia fugienda: alius cæde & sanguine gauderet, alius vino & crapula: neque tantùm eadem non placerent omnibus, sed iisdem eadem modò placerent, modò displicerent. At in cœtu bonorum tantus concentus esset, tanta studiorum inter ipsos similitudo, vt nullius vnquam hominis magis vna voluntas fuerit, quàm eorum omnium esset. Non quod vnus eorum fecisset, improbarent alij: omnia omnium omnibus perpetuò, & constanter placerent. A bonis enim viris iucunda & molesta, non inani & vaga

opinio-

Digitized by Google

opinione, sed natura & veritate, quæ vna semper est, diiudicantur.

Οὐδὲν δὴ προσδεῖται] ἡδὺς γὰρ ὁ βίος ὧν οὐδὲν δεῖται ἐπεισάκτου ἡδονῆς, *ait ipse lib. 9.*

Περὶ τοῖς εἰρημένοις γὰρ] *Hoc argumentum copiosius tractabitur cap. 3. lib. 2.*

Ἀλλὰ μὴν καὶ ἀγαθαί γε καὶ καλαί] *Probat, honestas actiones non modò iucundissimas esse, sed & optimas & pulcherrimas. Etenim, vt dictum est, ὁ περὶ ἕκαστον σπουδαῖος καλῶς ἕκαστα κρίνει. ὁ δὲ σπουδαῖος, καὶ ἡδίστας, καὶ ἀείστας, καὶ καλλίστας κρίνει τὰς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείας. τοιαῦται δὴ εἰσίν.*

Τὸ δηλιακὸν ἐπίγραμμα] *Idem epigramma reprehendit principio τῶν εὐδημείων his verbis.* Ὁ μὲν ἐν δήλῳ παρὰ τῷ θεῷ πλὴν ἀπὸ γνάμιν ἀποφωνάμενος ἐγράψεν ἐπὶ τὸ περίπυλον ὅ Λητώς, δηλῶν ὐχ ὑπάρχοντα πάντα τῷ ἀνθρώπῳ, τό, τε ἀγαθὸν καὶ τὸ καλὸν, καὶ τὸ ἡδύ. ποιήσας.

Κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῶστον δ' ὑγιαίνειν
Πάντων δ' ἥδιστον, ὅπῃ ἐρᾷ, τὸ τυχεῖν.

ἡμεῖς δ' αὐτῷ μὴν συγχωρεῦμεν. ἡ γὰρ εὐδαιμονία κάλλιστον καὶ ἄριστον ἁπάντων ὅσα, ἥδιστόν ἐστι. *Theognidis autem sunt hi versus, quorum posterior hoc etiam modo legitur,*

Ἥδιστον δ' τυχεῖν, ὅπῃ ἕκαστος ἐρᾷ.

Atque hoc iambicis expressit Sophocles.

Κάλλιστόν ἐστι τ' οὐνδικον πεφυκέναι.
Λῶστον δ' ζῆν ἄνυσαν· ἥδιστον δ' ὅτῳ
Πάρεστι λῆψις, ὧν ἐρᾷ καθ' ἡμέραν.

Φαίνεται δ' ὅμως καὶ τῶν ἐκλὸς ἀγαθῶν] *Vt nobiles ma-*

Digitized by Google

tronæ sine aliquo comitatu prodire in publicum non solent, ita felicitati attribuit Aristoteles quasi ancillas ac pedisequas quasdam, diuitias, amicitias, auctoritatem in repub. nobilitatem, bonam prolem, formam, & talia, quæ felicitatis ipsius partim instrumenta sunt, partim ornamenta. Primum igitur, quod ad diuitias attinet, ait aut nullo modo aut certè nō facilè fieri posse, vt res magnas ac præclaras gerat is, qui à re familiari sit imparatus. nam neque animum ad præclaras artes libere applicare poterit, cùm ei quærendum sit, vnde viuat, & vnde familiam alat: & constat quasdam virtutes esse, quæ sine opibus exerceri non possunt. cuius generis est liberalitas & magnificentia. Itaque & multi nobiles scriptores affirmarunt, & res ipsa comprobat, moderatis diuitiis opus esse ad felicitatem. Iuuenalis.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi.

Callimachus.

Οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν
Οὔτ' ἀρετὴ ἀφένοιο.

Demosthenes in Philippicis. Δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων. *Neque tamen Cræsi aut Tantali, aut Midæ opes ad felicitatem necessarias esse dicimus. quinimo putamus opes immoderatas, non minus, quàm inopiam, ad felicitatem impedimento esse. vt enim magnam nauem, ita magnas diuitias difficile est regere. & scitum est illud Demosthenis.* αἱ μὲν ποδήρεις ἐσθῆτες τὰ σώματα, αἱ δ' ὑπέρμετροι περιουσίαι τὰς ψυχὰς ἐμποδίζουσι. *neque facilè est, vt idem*

&

Digitized by Google

& valde diues sit, & valde bonus, præclaréque Martialis

Ardua res hæc est, opibus non tradere mores,
Et cùm tot Croesos viceris, esse Numam.

Imò verò & paupertas multorum industriam acuit, & diuitiæ multos ad libidinem, & ad flagitia impellunt.

Ἀπενία διόφαντε μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει, *ait Theocritus. at contra.* ὑβριστικὸν ὁ πλοῦτος. *Et facetissimè apud eundem illum, quem modò nominaui, poëtam, cùm pastor quidam alterum interrogasset, nunquid ei amor somnum vnquam ademisset, eóque negante conquestus esset, se vndecimum iam diem amore vri: Nimirum, ait ille alter, diues es: at mihi vix est, vnde aceto, aut vappa sitim meam expleam. Versus hi sunt*

Οὐδαμάνυν συνέβατοι ἀγρυπνῆσαι δι' ἔρωτα;
M. Μηδὲ ξυμβαίη. χαλεπὸν χρείων κύνα γεῦσαι.
A. Αλλ' ἐγὼ ὦ Μίλων ἔραμαι. χεδὸν ἐνδεκαταῖος.
M. Εκ πίθω ἀντλᾶς δῆλον. ἐγὼ δ' ἔχω οὐδ' ἅλις ὄξους.

Dic nunquámne tibi somnos amor vllus ademit?
M. Ne di istuc sirint. nimij res plena pericli est.
A. At ꝓpè mi vndecima hæc lux est ex quovror amore.
M. Hauris nimirũ ex dolio: at mihi vix sat aceti est.

Significauit videlicet amorem & libidinem ex copia oriri, pauperibus & de lodice, vt ait Iuuenalis, paranda sollicitis tales ineptias in mentem non venire. Ergo ad quasdam virtutes videtur paupertas habere quiddam κινητικὸν, vt ad temperantiam, ad industriam, ad modestiam: cùm sæpe diuitiæ intemperantes, remissos &

Digitized by Google

immodestos efficiant. Etiam ad fortitudinem bellicam comparãdam accommodatior diuitiis videtur esse paupertas. Pauperes enim & omnia facilius ferunt, & minori negotio adducuntur ad subeunda pericula: vitam enim contemnunt. At diuites delitiis assueti, & ea quæ sæpe belli necessitas fert, tolerare vix possunt, & magis metuunt mortem.

Δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος, κ᾽ φυλόψυχον κακόν, ait Aristophanes, & Horatius monet eos, qui fortes futuri sunt, vt à teneris annis paupertatem pati assuescant.

Angustam amici pauperiem pati
Robustus acri militia puer
Perdiscat.

Et idem poëta alibi narrat militem quendam Luculli, qui se in paupertate fortiter gessisset, donatum ab imperatore multis muneribus ac diuitem factum, ignauum postea extitisse. Persæ omnesq; Asiatici cùm diuitiis abundarent, molles, imbelles & effœminati fuerũt: at Lacedæmones omnium Græcorum & pauperrimi & fortissimi. Lucanus fœcundam virorum paupertatem vocat. Et sanè constat veteres Romanos quamdiu paupertatem retinuerunt, viros fortes & strenuos fuisse, post vnà cum paupertate virtutem exuisse.

Hunc, ait Horatius de Fabritio loquens,

& incomptis Curium capillis
Vtilem bello tulit & Camillum
Sæua paupertas & auitus apto
Cum lare fundus.

Omnium Atheniensium Aristides iustissimus fuisse memo-

Digitized by Google

memoratur. at idem ita pauper fuit, vt ne tantum quidem reliquerit, vnde sibi sepulcrum extrui posset. Itaque populus Atheniensis etiam filias ipsius ex publico collocauit: & matri ac materteræ eius ternos obolos in singulos dies, vnde victitarent, decreuit. L. Æmilio Paulo vix repertum est, vnde vxori dos solueretur. Sunt ista, & eiusdem generis alia quamlibet multa colligi possunt: quæ tum demùm contra nos valerent, si diceremus eundem esse non posse pauperem, & virum bonum: quod neque dicimus, & si qui dicant, eorum sententiam, vt veritati ac Philosophiæ inimicam repudiamus: sed eos ipsos viros bonos, de quorum paupertate in historiis legitur, si modicas habuissent opes, pluribus benefacturos, atque eo ipso feliciores futuros fuisse arbitramur. Ceteroqui non negamus, summam virtutē, summamq; sapientiam etiam in summa paupertate, & in homine summè deformi & ignobili, & carente omnibus fortunæ commoditatibus esse posse. Æsopum illum fabulatorem è Phrygia, & seruum, & pauperem, & deformem fuisse accepimus. At in eodem admirabilis quædam virtus, & insignis quædam sapientia fuit. Socratem Philosophiæ parentem, quem tandem hominem fuisse traditum est? si nobilitatem quærimus, filium obstetricis: si opes, propè mendicum: si formam, Silenis similem: si fortunam, in carcere mortuum, cùm impietatis damnatus esset. Hunc tamen nefas fuerit, miserum aut infelicem dicere: quæ enim ad felicitatem plurimum momenti habent, ea habuit: caruit iis, quæ à nobis aut instrumenta, aut ornamenta felicitatis nominantur.

Digitized by Google

Epicteti distichon circumfertur, quo se & seruum, & corpore debilem, & pauperrimum fuisse testatur, & tamen diis immortalibus carum.

Δοῦλος Επίκτητος γενόμην καὶ σώματι πηρὸς
Καὶ πενίην ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Et tamen, si ei optio data esset, maluisset liber esse, quàm seruus, integro esse corpore, quàm debili, & modicis diuitiis instructus potius, quàm mendicus esse. Non tamen ij sumus, qui ad felicitatem magnas opes requiri dicamus. Magnæ enim opes nunquam ferè possunt, neque parari sine iniuria, neque exerceri sine luxu, neque haberi sine periculo, neque amitti sine dolore. Tantum sit, vt neque egeamus, & potius amorem ac caritatem ciuium nostrorum ex honesto ac liberali earum vsu, quàm ex magnitudine inuidiam colligamus. Nam & Aristoteles ipse in politicis eorum optimam ait esse sortem, qui medij sunt inter paupertatem & diuitias, commendatq́ illum versum Theognidis.

Πολλὰ μέ Σοισιν ἄριστα· μέσος θέλω ἐν πόλει εἶναι.

Et Horatius eum videtur beatum dicere, qui auream mediocritatem diligens,

——tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret inuidenda
Sobrius aula.

Quid igitur, dicet aliquis, nullúsne & pauper esse, & felix potest? Hic distinguendum puto. Nam si pauperem accipimus mendicum, & eum, cui desint ea, quæ sunt ad viuendum necessaria, virũ bonum esse posse etiam hunc non nego, felicem nego. Sed sunt quidam, quibus tantùm

Digitized by Google

tum opum est, vt neq; desit, neq; redundet. Hi comparati cum valdè diuitibus pauperes videntur, comparati cum valdè pauperibus, diuites. re vera autem pauperes non sunt.

Pauper enim non est, ait Horat. *cui rerũ suppetit vsus. ij autem, nihil prohibet, quin etiam regibus feliciores esse possint.*

—*licet,* ait idem poëta, *sub paupere tecto*
Reges & regum vita præcurrere amicos. & alibi.
—*bene est cui dederunt Dei*
Parca quod satis est manu. & alibi.
Viuitur paruo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum,
Nec leues somnos timor, aut cupido
Sordidus aufert.

Et poëtæ cùm paupertatem optant, talem optant, id est, moderatas opes. vt Tibullus & Theagnis, & Martialis. Stoici verbo negligebant opes: sed non constabant sibi; vt Cicero quarto de finibus; & Plutarchus ostendunt. & quidam eorum nimium magnum studium posuerũt in congerendis opibus. quo nomine à quibusdam notatus est etiam Seneca.

Ἀδύνατον γὰρ οὐ ῥᾴδιον] *Non omnino negat fieri posse, sed ait difficile esse.*

Τὰ καλὰ πράττειν] *Melius in quibusdam veteribus* τὸ καλὰ πράττειν.

Ἐνίων δὲ στερόμενοι] *Tria ponit, quorum absentia inquinari quodãmodo, & obsolescere felicitatis splendor videtur. Sunt autem hæc, nobilitas, felicitas in su-*

Digitized by Google

ſcipiendis liberis, & pulchritudo. Deinde eadem repetens, ordinem mutat, aitq; non valdè aptos ad felicitatem haberi eos, qui aut aſpectu planè deformes ſint, aut ignobiles, aut ſoli, & liberis carentes. Dicam igitur ego quoq; primùm de forma, tum de nobilitate, poſtremò de liberis: ſi prius illud admonuero hæc talia non eſſe, vt prorſus neceſſaria ſint ad felicitatem, ſed tamen magnum ei ornamentum addere. Nunc ſingula perſequar, ac primo loco dicam de pulchritudine: quam Plato in Cratylo duabus rebus conſtare dicit: μήκει, id eſt, proceritate, & ἁρμονίᾳ, id eſt, conuenientia partium. Igitur ad pulchritudinem primùm requiritur magnitudo & proceritas corporis, pulchritudo enim in paruo corpore eſſe non poteſt, vt Ariſtoteles ipſe dicturus eſt quarto horum librorum. deinde συμμετεία, id eſt, iuſta & decora partium inter ſe proportio. quæ ſi fuerit in corporibus paruis, efficiet ea non pulchra quidem, ſed lepida tamen & venuſta: iuxta Græcorum prouerbium, χάρις σμικροῖσιν ὀπηδεῖ. Iccirco autem ad felicitatem aliquid momenti habere dicitur pulchritudo, quia mirè efficax eſt ad conciliandum amorem: vnde Ariſtoteles dicebat eam efficaciorem eſſe quauis epiſtola commendatitia. & idem in politicis narrat, populos quoſdam Indorum ſolitos eſſe in mandandis imperiis formæ dignitatem ſequi. & alio loco ait, ſi qui ex hominibus reperirentur ea formæ pulchritudine, quæ in deorum ſimulacris cernitur, omnes alios ſponte eorum imperio parituros. Poſſem ex Platone, Xenophonte, aliis, multa huc pertinentia commemorare: ſed ad alia

potiora

Digitized by Google

potiora propero. Quanquam autem Aristoteles interrogatus, cur pulchri amarentur ab omnibus, respondit, eam interrogationem nõ nisi cæco alicui conuenire: dicam tamen quam esse eius rei causam putem. Puto igitur eo amari pulchros, quod homines ex vultu & habitu corporis de ingenio, ac moribus coniecturam faciunt. non iniuria. Formæ enim decorem naturalis quædam ingenij bonitas plerunq; comitatur, nisi corrumpatur, aut praua educatione, aut conuictu & consortio improborum. Itaq; apud Homerũ Achilles omnium Græcorum formosissimus est, idemq; optimus ac fortissimus: contraq; Thersites, vt omnium turpissimus, ita ignauissimus, & minimi pretij. Neq; tamen hoc perpetuum esse Alcibiades, & Socrates satis indicarunt. Sed abeamus ab hoc leui, & fluxo, & fragili, & prope dixerim, nugatorio bono, atq; ad alia transeamus.

Οἷον εὐγενείας] Εὐγένειαν *Aristoteles in Rhetoricis, definit* ἐπιμόνητα προγόνων. *tertio polit.* ἀρετὴ γένους. *explicatius autem lib. 4.* ἀρχαῖον πλοῦτον, καὶ ἀρετήν. *vt nobiles propriè sunt ij, quorum maiores longo ordine virtute præstantes, iidemq; potentes atq; honorati fuerint.* II. *Eam quidam censuerunt nullo propè loco ac numero habendam. Non enim quibus quisq; natus esset, sed qualis ipse esset, videndum. Itaq; Socrates in Theæteto ait, eos, qui gloriantur, quod septem fortassis auos suos diuites nominare possint, veris philosophis ridiculos esse, tanquam qui longè aspicere non possint, & in omnem antiquitatem intueri, ac ratiocinari, cùm vnusquisq; nostrum innumerabiles maiores habuerit,*

in

in cuiusq; hominis genere & reges, & mēdicos, & liberos, & seruos multos fuisse, τὰ δὲ δὴ γένη ὑμνούντων, ὡς γενναῖός τις ἑπτὰ πάππους πλουσίους ἔχων ἀποφῆναι, παντάπασιν ἀμβλὴν. καὶ ἐπὶ σμικρὸν ὁρώντων, ἡγεῖται τὸν ἔπαινον, ὑπὸ ἀπαιδευσίας οὐ δυναμένων εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ βλέπειν, οὐδὲ λογίζεσθαι, ὅτι πάππων, καὶ προγόνων μυριάδες ἑκάστῳ γεγόνασιν ἀναρίθμητοι, ἐν αἷς, καὶ πλούσιοι, καὶ πτωχοὶ, καὶ βασιλεῖς, καὶ δοῦλοι, καὶ βάρβαροί τε, καὶ ἕλληνες πολλάκις μύριοι γεγόνασιν ὁτῳοῦν. *Apud Ouidium Vlixes negat quenquam de genere gloriari oportere.*

Nam genus (inquit) *& proauos, & quæ non fecimus ipsi,*
Vix ea nostra voco.

Multa in eandem sententiam Iuuenal. Sat. 8.

Stemmata quid faciunt, &c. & paulò pòst.

Tota licet venias, exornent vndiq; ceræ
Atria, &c.

Deniq; nihil est facilius, quàm vel integrum diem consumere in percensendis iis, quæ ex vetustis scriptoribus tum Græcis, tum Latinis, ad abiiciendam nobilitatem colligi possunt. III. *Sed tamen fatendum est semper apud omnes populos nobilitatem in magno honore ac pretio fuisse: vt id propè natura comparatum esse videatur. Et hoc est, quod Cicero in oratione pro Sextio nobilitatem vocat blandam conciliatriculam sui. Ac sæpe populus Rom. multis per se ignotis, quia claris maioribus orti erant, magistratus & imperia mandabat, quod non obscurè significat idē Cicero principio orationis ad Quirites de lege agraria: & Pisonem*

eo

Digitized by Google

eo modo quæstorem, ædilem, prætorem dicit esse factum his verbis: Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginũ, quarum simile habes nihil præter colorem. *& paulò pòst*: Nam tum cùm quæstor es factus, etiam qui te nunquam viderant, tamen illum honorem nomini mandabant tuo. ædilis es factus. Piso est â Pop. Rom. factus, non iste Piso. prætura item maioribus delata est tuis. noti erant illi mortui, te viuum nondum nouerat quisquam. *IV. Causa autem, cur homines nobilitati faueant, est communis opinio, qua creditur, suorum ferè maiorum quenq; similem esse. Horatius.*

Fortes creantur fortibus, & bonis
Est in iuuencis, &c.

Cicero pro Rabirio Postumo. Est hoc generi hominum propè natura datum, vti qua in familia laus aliqua floruerit, hanc ferè qui sunt eius stirpis, cupidissimè persequantur. *idq; mox confirmat exemplis. Siquidem non modò in gloria rei militaris Paullum Scipio, aut Maximum filius, sed etiam in deuotione vitæ, & in ipso genere mortis imitatus est P. Decium filius. At contra nati ex flagitiosis, & infamibus plerunq; tum natura, tum voluntate parentum vitia persequi solent, & propè ita loqui, vt seruus ille apud Plautum in milite.*

Noli minitari, scio crucẽ futuram mihi sepulcrum.
Ibi mei maiores sunt siti, pater, auus, proauus, abauus.

Euripi-

Digitized by Google

Euripides.

Φεῦ, φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει.
Οὐκ ἂν γένοιτο καλὸς ἐκ κακοῦ πατρός.

Et narrant historici, nato Nerone, cùm amici, vt fit, gratulatum ad patrẽ ipsius venissent, dixisse eum, nullum esse gratulationi locum, nihil enim ex se & Agrippina, nisi pessimo publico, potuisse nasci: & eius prædictionem comprobauit euentus. V. Quæri autem solet, quæ causa efficiat illam vsitatam similitudinem morũ, & ingeniorum inter patres & liberos. Panætius putabat id ex eo euenire, quod non tantùm ex corporibus parentum gignerentur corpora filiorum, sed etiam ex animis animi. At hanc sententiam & philosophi confutarunt, vt Cicer. 1. Tuscul. & religionis nostræ proceres, vt impiam & hæreticam damnarunt. Quare nos quoq; eã reiiciamus. Duæ aliæ afferuntur, quas puto veras esse. Vna, quod cùm corporum temperatio eadem ferè in parentibus & liberis esse solèat, ex eo fit, vt ad easdem res natura proclines sint ac propensi. τὰ δὲ τῆς ψυχῆς ἤδη καὶ σώματος κράσεσιν ἕπεται, *vt integro libello docet Galenus. Altera causa est educatio, quam philosophi verè dicunt esse alteram naturam. Nam vt qui domi nihil vnquam, nisi laudabile viderunt, facilè virtutem atq; honestatem sequuntur, ita in paterna turpitudine ac vitiis educati, vix fieri potest, vt non eadem referant & imitentur. VI. Hoc tamen perpetuum non est. Verè enim Manilius quarto astronomicon.*

Degenerant nati patribus, vincuntq; parentes.

Itaq; quidã meliores sunt patribus, vt ille apud Homerum gloriatur. Ἡμεῖς

Digitized by Google

Ημεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείμονες εὐχόμεθ' εἶναι.

Et de Periphete legitur Iliad.15.

Τοῦ γένετ' ἐκ πατρὸς πολὺ χείρονος υἱὸς ἀμείνων.

Et de Pompeio traditum est, patrem ipsius Populo Ro. odiosissimum fuisse, cùm haud quisquam ipso fuerit carior & acceptior. Itaq; quodam Æschyli versu vtentes, vocabant eũ carissimam progeniem inuisissimi patris. Multi etiam obscuro & ignobili loco orti, & illustres euaserunt, vt Cato Censorius, M. Cicero. At multis partibus plures numerari possunt, qui degenerarunt à paterna virtute. secundum illud Homericum.

Παῦροι μὲν γὰρ παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,

Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀμείνους.

Itaq; etiam Græco prouerbio celebratum est, ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα, & citantur verba Demosthenis, quibus ait fato quodam contingere, vt nihili sint magnorum filij. Sed & Aristoteles in rhetoricis, & in polit. multa eodem pertinẽtia disserit, & exempla eius rei innumerabilia ex historiis peti possunt. Socratis filios stupidos fuisse traditum est. Ciceronis filium sola prope nobilitauit ebrietas. Germanicus Caligulam filium habuit: Commodum Marcus. Videndus est Valerius lib. 3. Cicer. 1. Tuscul. Ælius Spartianus in Seuero. Ac deniq; tenendum illud Euripidis.

Ἤδη γὰρ εἶδον τέκνα γενναίου πατρός

Τὸ μηδὲν ὄντα, χρηστὰ δ' ἐκ κακῶν τέκνα.

VII. Est autem intelligendum, ad felicitatem satis esse etiam de Aristotelis sententia, si quis infami, & pudendo genere editus non sit.

Περὶ

Digitized by Google

Περὶ εὐτεκνίας.

Εὐτεκνία vno vocabulo latino exprimi non potest. significat autem felicitatem in suscipiendis liberis. ad quam tria requiruntur. Primum est liberos habere. Sed præstat nullos habere, quàm malos. Secundo igitur loco requiritur, vt boni honestiq; sint. At quo meliores fuerint, eo, si moriantur, maiorem dolorem afferent patri. Quare illud tertium est, vt patri superstites sint. Primum igitur constat communem veterum sententiam fuisse eos, qui liberis carerent, magna parte felicitatis carere. idq; non iniuria. Etenim cum omnibus hominibus à natura indita sit quædam immortalitatis cupiditas, non exigua voluptas est habere, in quibus etiam post mortem victurus esse videaris. II. Deus ipse in veteri Testamento iis, qui mãdata sua coluerint, inter cætera præmia liberorum copiam, vt magnum quoddam & eximium bonum pollicetur. III. Ergo veteres illos heroas Abrahamum, & alios traditum est in magno mœrore vixisse, quamdiu caruerunt liberis, quos vbi consecuti sunt, gauisi sunt, vt ingenti aliquo ac præstanti bono. IV. Putabant etiam θεομισητοὺς esse, qui liberos procreare non possent. itaq; afficiebantur etiam quibusdam ignominiis. V. Apud Massilienses timuchi, id nomen erat summi magistratus, esse non poterant, qui liberis carerent. VI. Apud Lacedæmonios, cùm alioqui haberetur maximè honos senectuti, negligebantur tamen ij senes, qui liberos nõ procreassent, ac multæ etiam quædam erant legibus in eos constitutæ. VII. Apud Romanos quoq;, & τῇ πολυτεκνίᾳ

Digitized by Google

τεκνίᾳ sua præmia constabant, quod ex iure trium liberorum intelligitur, & lege Papia Poppæa, qui liberis carerent, puniebantur. Ex quibus omnibus intelligi puto; liberorum procreationem esse non contemnendam partem felicitatis, vereq́ Menander,

Ὀδυνηρόν ἐστιν εὐτυχοῦντα τῷ βίῳ
Ἔχειν ἔρημον διαδόχου τὴν οἰκίαν.

Sed id ita demùm verum est, si liberi bonis moribus præditi sint. I. Rectè enim idem Menander,

Οὐκ ἔστι μείζων ἡδονὴ ταύτης πατρί
Ἢ σωφρονοῦντα καὶ φρονοῦντ' ἰδεῖν τινά
Τῶν ἐξ ἑαυτοῦ.

II. Et sapientissimus ille rex Hebræorum ait, sapientem filium, patris gloriam esse. III. Lacedæmonia quædam mulier alteri mulieri Ionicæ aurum & gemmas suas, cæterumq́ mundum muliebrem ostentanti, filios ostendens, & corpore robustos ac præualidos, & iis moribus præditos, qui Spartam decerent: At hic, inquit, est meus ornatus. IV. Nos quoq́ omnes, quasi quodam naturæ instinctu cum adolescẽtes eximiè pulchros, aut eximia virtute præditos videmus, beatos esse eorum parentes prædicamus. cuius rei etiam in diuinis litteris exempla extant: & in profanis. Sic apud Homerum Vlixes Nausicaam videns exclamat.

Εἰ δέ τις ἐσσὶ βροτῶν, τοὶ ἐπὶ χθονὶ ναιετάουσι,
Τρισμάκαρες μὲν σοίγε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ.

Vnde illa à nostris expressa sunt.

Felices qui te talem genuere parentes. &,

——puer ô dignissime credi

Digitized by Google

Esse Deus, seu tu Deus es (potes esse Cupido)
Siue es mortalis, qui te genuére, beati.
Et mater felix, &c.

Et senex ille Terentianus, cùm ingenium ac mores filij sui commendasset, addit.

Cùm id mihi placebat, tum omnes vno ore omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio praeditum.

At contra nihil infelicius eo patre, qui liberos suos vitiosos & omnibus vitiis coopertos videt: etiamsi cæteris omnibus affluat. Neq; quicquam est, quod vitam magis insuauem acerbamq; reddat. Themistoclis matrem, cùm filius initio malè se gereret, & propter vitia à patre abdicatus esset, aiunt quidam laqueo sibi fauces elisisse. Falsum id quidem esse ait Plutarchus: sed tamen, si verum est, multum valet ad ostendendum, quãtum dolorem parẽtes ex improbis filiis capiant. L. Brutus is, qui expulsis Tarquiniis, hanc vrbem dominatu regio liberauit, felix videri poterat, si sui similes liberos sustulisset. At cùm, quam vrbem ipse liberauerat, de ea iterum in seruitutem redigenda filios suos consilia iniisse comperit, coactusq; est pater ignominiosæ filiorum morti non interesse modo, verumetiam praeesse, quo illum animo fuisse credimus? Laudatur quidem illius constantia, qui patriæ caritatem amori filiorum prætulerit, & flentibus cæteris, vnus ipse siccis oculis non spectauerit tantùm, sed etiam imperauerit, vt nudarentur filij, vt cæderentur virgis, postremò vt securi ferirentur. Sed tamen quin ea ex re incre-

incredibilem dolorem hauserit, nullo modo fieri potest. Itaq; verè & meritò sapientissimus poëtarum illum eo nomine infelicem vocat.

Consulis imperium hic primus, sæuaq; secures
Accipiet, natosq; pater noua bella mouentes
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit
Infelix. vtcunq; ferent ea fata minores:
Vincet amor patriæ, laudumq; immensa cupido.

Narrabo historiam minimè peruulgatam, minimeq; contritam, eandemq; nisi me fallit animus, valdè appositam ad id, quod nunc agitur, confirmandum.

Demonassa quondam apud Cyprios regnasse perhibetur. Ei mulieri cuncta erant, quæ putantur facere ad felicitatem. Genus nobilissimum, regnum opulentissimum, virtus & sapientia supra sexum. Sola proles ei, ne felix esset, obstitit, sola felicissimam futuram, miserrimam atque infelicissimam effecit. Tres hæc regina leges tulerat, totidemque liberos sustulerat, fœminam vnam, mares duos. Prima lex, vt qui bouem aratorem interfecisset, capite plecteretur: altera, vt qui ipse sibi manus attulisset, abiiceretur insepultus: tertia, vt quæ se mulier adulterio turpificasset, tōsa coma prostare ad omnium libidinem cogeretur. O fortuna: vt quædam interdum efficis eiusmodi, vt ea non fortuitò accidisse, sed consulto ac composito ita gesta esse videantur. Ternos huic mulieri liberos, tres ab ipsa latæ leges ademerunt. Filia adulterij conuicta, cogente lege, ex domo regia in lupanar abducta est. filiorum alter, interfecto per iuuenilem petulantiam boue, capite

Digitized by Google

pœnas luit: alter cùm mortem sibi præ dolore conscisuisset, insepultus abiectus est. Obduruit tamen misera mater ad tempus: neq; tanta calamitatum vis armatum sapientiæ præceptis animum statim expugnare potuit. Sed cùm aliquando bouem fœminam cæso iuuenco miserabiliter immugientem conspicata esset: vt aqua per aliquod tempus retenta, vehementius postea erumpit, ita cohibitus aliquamdiu, & compressus dolor maiore se impetu vniuersus effudit. Imperat mulier magnam æris vim dissolui ac liquefieri, atq; in eam se præcipitem dedit. Eius sepulcro columna imposita est cum versu græco, qui eam sapientem quidem fuisse, sed infelicem testaretur.

Vt ad Romana exempla, quibus vtor libentius, redeam, Octauiani Augusti singularem quandam felicitatem fuisse quis nescit? Nam neq; ipse eam dissimulauit, qui Lucio nepoti, cùm eum in Armeniam mitteret, precatus dicitur Scipionis fortitudinem, Pompeij charitatem, fortunam suam. & Populus Rom. multis annis post eandem suo testimonio comprobauit, nouis imperatoribus acclamare solitus, sis felicior Augusto, melior Traiano. Huic tamen filiæ, & neptis turpitudo quantum inflixit dolorem? quas omnibus probris contaminatas cum relegasset, diu præ pudore hominum congressu abstinuit: de filia etiam necanda deliberauit. atq; ad omnem earum mentionem ingemiscens exclamabat:

Αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τε μένειν, ἄγονός τ' ἀπολέσθαι.

neq; eas aliter vocare solitus erat, quam tres vomicas suas,

Digitized by Google

suas, aut sua tria carcinomata. Tantam filiorum improbitas patribus obiicit acerbitatem.

At ne illi quidem extra omnem fortunæ positos putare se debent, quibus boni & laudabiles filij diuino beneficio contigerunt. Quanto enim meliores carioresq; sunt, tanto maiorē inurunt dolorem, si immatura morte rapiantur. Neq; mihi quisquam hoc loco obiiciat exemplā eorum, qui magno & constanti animo filiorum mortem pertulerunt. Scio quid de Horatio Puluillo traditum sit, qui audita filij morte, ne postem quidem, quē tenebat, omisit. Memini, quid de Pericle narretur, qui amissis intra quatriduū duobus maximæ spei filiis, nihil ex solito more mutauit. Laudo Xenophontis animū, qui cùm solenne sacrificium perageret, audita morte Grylli, filij sui maioris natu, neq; omisit, quod cœperat, & se maiorem ex illius virtute lætitiam, quàm ex morte molestiam percipere professus est. Talium exemplorū copia nos quoq; abūdamus, magnosq; illos viros ac præclaros fuisse dicimus, felices negamus. Neq; mihi quisquam persuaserit, non multum detractum esse de felicitate L. Æmilij Paulli, quod è duobus filiis, quos ipse sibi reliquos fecerat, alter quatriduo ante patris triumphū, alter triduo post eundem triumphum expirauit. Vix quenquam puto esse, qui hos de Marcello Virgilij versus sine lacrymis legat.

Atq; hic Æneas, vna namq; ire videbat
Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis
Sed frons læta parum, & deiecto lumina vultu,
Quis, pater, ille, virum qui sic comitatur euntem?

Digitized by Google

Filius, anné aliquis magna de stirpe nepotum?
Tum pater Anchises lacrymis ingressus obortis.
O nate, ingentem luctum ne quære tuorum.
Ostendent terris hunc tantum fata, neq; vltra
Esse sinent. nimium vobis Romana propago
Visa potens superi, propria hæc si dona fuissent.
Quantos ille virûm magnam Mauortis ad vrbem
Campus aget gemitus, vel quæ Tiberine videbis
Funera, cum tumulum præter labere recentem.
Nec puer Iliaça quisquam de gente Latinos
In tantum spe tollet auos, nec Romula quondam
Vllo se tantum tellus iactabit alumno.
Heu pietas, heu prisca fides, inuictaq; bello
Dextera. non illi quisquam se impunè tulisset
Obuius armato, seu cùm pedes iret in hostem,
Seu spumantis apri foderet calcaribus armos.
Heu miserande puer, si qua fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris: manibus date lilia plenis:
Purpureos spargam flores animamq; nepotis
His saltem accumulem donis, & fugar inani
Munere.

Quantum ex re ipsa Augusto, & Octauia dolorem credimus, cùm hodie nobis lacrymas memoria excutiat? Iouem ipsum Homerus inducit ingemiscentem, quod mortem auertere à filio Sarpedone non posset.

Αἰ αὖ ἐγὼν, ὅτι μοι Σαρπηδόνα φίλτατον ἀνδρῶν
Μοῖρα ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμεῖται.

Felicior igitur Q. Metellus, qui cùm & genere, & opibus, & honoribus, & virtute, & rebus gestis clarissimus

Digitized by Google

mus esset, senex mortuus illatus est in rogum à quatuor filiis, vno prætorio, tribus consularibus, duobus triumphalibus, vno Censorio. Rara huius generis exempla sunt: sed & in humanis rebus nihil rarius felicitate.

CAPVT IX.

Ὅθεν καὶ ἀπορεῖται] *Quoniam multa eaq; non vnius generis bona ad felicitatem requiruntur, vt antea diximus, ne cõstitit quidem satis inter omnes, quænam causa efficiens felicitatis esset. Nam vt ad ipsum proximi capitis finem dictum est, quidam, qui intelligerent eam in exercenda virtute consistere, neque satis acutè virtutem à virtutis exercitatione distinguerent, idem omnino felicitatem, quod virtutem esse dixerunt. Rursum alij obtusiores etiam atq; hebetiores, cùm viderent hominem absolutè felicem esse non posse, qui non abundaret & iis bonis, quæ in corpore sunt, & iis, quæ extrinsecus, quæ videntur ex quadam fortunæ prosperitate pendere, idem esse felicitatem, & εὐτυχίαν iudicârunt. Inde necessariò extiterunt diuersæ opiniones de ea causa, quæ in se felicitatis efficientiam contineret. Aliam enim causam adferebant, quibus placebat virtutem & felicitatem idem esse, aliam, quibus felicitatem & εὐτυχίαν. Illi disciplinam aut consuetudinem, aut exercitationem, prout quisque virtutem aut μαθητὸν, aut ἐθιστὸν, aut ἀσκητὸν esse ducebat: hi aut in deorum beneuolentia, aut in fortuna posita esse omnia statuebant. Has igitur opiniones hoc loco expendit,*

Digitized by Google

& inter se contendit Aristoteles, quæritq; quomodo paretur homini felicitas, μαθήσει, ἐθισμῷ, ἢ ἀσκήσει τινὶ, an potius deorum munus sit, an fortunæ. Quædam enim sunt, quæ homines discendo comparant, vt scientiæ: quædam, quæ consuetudine adhibita, vt eæ virtutes, quæ actione cernuntur: quædam, quæ exercitatione, vt agilitas quædam corporis, aut robur, aut in animo memoriæ vis: quædam diis accepta ferunt, vt pulchritudinem, aut nobilitatem: quædam fortunæ, vt si quis agrum fodiens, thesaurum repperiat. Est autem diligenter hoc loco animaduertenda vis vocum: ne, vt quidam, errore ducti, idem esse consuetudinem & exercitationẽ putemus. Etenim in consuetudine sæpius idem fit: at in exercitatione, vsq; ad aliquem modum, paulatim assiduè aliquid additur. Itaq; consuetudine fit, vt semper idem facere velimus: exercitatione, vt quotidiè maius aliquid præstare possimus. Est qui diutissimè se ita assuefecerit, vt senas vncias cibi quotidiè caperet, neq; plus vnquam, neq; minus: sed sex vncias ipsas. Hic siue quid detraxeris, siue addideris, offendetur. Hæc consuetudinis vis est. At Milo Crotoniates cùm vitulum quotidiè gestaret humeris, etiam taurum effectum gestasse narratur. Exercitatio hæc fuit. Crescebat enim paulatim vitulus, & sic quotidiè accedebat aliquid ad pondus illius. Sic qui hodie viginti versus edidicerit, si cras imperet sibi, vt ediscat viginti quinq;, perendie, vt triginta, atque ita quotidiè addat aliquid, paulatim ad quingentos, aut eo amplius perueniet. Interest igitur inter consuetudinem & exercitationem. Consuetudine

fit,

Digitized by Google

fit, vt idem facilius & libentius fiat: exercitatione, vt assiduè plus aliquid æquè facile fiat. Consuetudo esse potest sine vllo conatu, vt consuetudo vescendi quotidie lautis cibis, aut à prandio dormiendi: at exercitationi semper conatus aliquis adiunctus est. Quanquam autem nondum peruenimus ad eum locum, vbi propriè disputandum est, quomodo paretur virtus, admonebo tamen ὡς ἐν παρόδῳ, hæc tria ad comparandas virtutes necessaria esse. Nam πρὸς τὰς διανοητικὰς necessaria est μάθησις: ad eas autem, quæ ἠθικὰ nominatur, primum quidem exercitatio, postea verò consuetudo. Quoniam enim natura subitas mutationes non patitur, iccirco qui vitio aliquo laborant, primum quidem exercendi sunt, vt paulatim abducantur ab eo, in quo peccant, & propius adducantur ad mediocritatem. Vbi autem eam attigerunt, consuefaciendi, vt in eo perseuerent. Est autem, ne quem hoc fortè perturbet, aliud exercitatio ad virtutem, aliud exercitatio virtutis. Illa præcedit habitum, & ad eum comparandum refertur: hæc sequitur habitum iam comparatum. Græci hæc vt re distincta sunt, ita nominibus etiam distinguunt, illam ἄσκησιν vocantes, hanc ἐνέργειαν. Latinis non eadem copia. Itaque necesse habui admonere. Nunc Aristotelem ipsum audiamus.

Ὅθεν καὶ ἀποροῦσι] *Quinque causas proponit, μάθησιν, ἐθισμὸν, ἄσκησιν, θείαν μοῖραν, καὶ τύχην, ex quibus fortunam quidem penitus reiicit, de ceteris autem ita disserit, vt non obscurè ostendat, cùm duo sint genera eorum, quæ diuinitus dantur: vnum eorum, ad quæ ni-*

Digitized by Google

hil confertur à nobis, vt forma, nobilitas, εὐφυΐα: alterum eorum, quorum nos quoque Συνεργοὶ & Συναίτιοι sumus, felicitatem esse ex hoc posteriori genere: nam & datur à Deo, & tamen non datur otiosis ac nihil agentibus, sed iis, qui disciplina, exercitatione, consuetudine se ipsos ad omnem virtutem atq; honestatem colendam compararunt.

Εἰ μὲν οὖν] *Si quid datur hominibus à Deo, felicitatem rationi, consentaneum est dari, cùm sit omnium bonorum præstantißimum. Nihil autem dari à Deo hominibus, non tantùm impium esset dicere, verumetiam absurdum & manifesto falsum. igitur etiam felicitas ab eo datur. Quod autem quidam hoc loco, quod ipsi fortasse sentiebant, id Aristotelem sentire voluerunt, Deum videlicet non curare humana, neque quicquam tribuere hominibus, id quam falsum sit, ita cernet, quasi ea quæ cernuntur oculis, si quis attente legerit caput octauum, & caput nonum decimi horum librorum.*

Αλλὰ τοῦτο μὲν] *Felicitas duobus modis considerari potest: vno modo, vt est donum Dei, & tunc illius consideratio pertinet ad eas disputationes, quæ instituuntur de natura deorum, & περὶ προνοίας. altero, vt nos quoq; studio nostro aliquid conferimus ad eam comparãdam, & ita hîc à nobis consideranda est, vbi de formandis hominum moribus disputamus.*

Κἂν εἰ μὴ θεόπεμπτος] *non est ita θεόπεμπτος, vt sunt ea, ad quæ nihil planè confertur à nobis.*

Εἰ δ' ἂν καὶ πολύκοινον] *quod non esset, si posita esset in fortuna.*

Μὴ

Digitized by Google

Μὴ πεπηρωμένοις] *vt qui non sunt mente capti, aut cæci, aut surdi, aut aliquo eius generis vitio affecti.*

Εἴπερ τὰ κατὰ φύσιν] *Præstantißima quæque efficiuntur à præstantißimis causis, cuiusmodi sunt natura, & ars, & similes. At fortunæ, quæ omnium causarum abiectißima est, & tantùm causa κατὰ συμβεβηκὸς, tribuere præstantißimum effectum, nimis absurdum & alienum esset.*

Συμφανὲς δ' ἔστι] *Etiam ex ipsa definitione felicitatis, quæ à nobis tradita est, constat eam non pendere ex fortuna. nam diximus eam esse certam quandam exercitationem virtutis. ei autem nihil cum fortuna commune est.*

Τῶν δὲ λοιπῶν] *Ceterorum bonorum quædam inesse à natura necesse est: alioqui enim nunquam comparabuntur: vt κάλλος καὶ εὐγενείαν: alia vtilia sunt ὀργανικῶς, vt opes & amici.*

Ὁμολογούμενα] *Magnum argumentum veritatis est consensus & constantia. Ostendit igitur se sibi constare, & quæ nunc dicit, concinere cum iis, quæ initio dixerat. Tunc enim tradiderat finem politices esse summum hominis bonum. at politice nihil sibi aliud proponit, quàm vt ciues in satis magna necessariarum rerum copia, virtutem exerceant.*

Εἰκότως οὖν] *Præter hominem nullum animal felix esse potest. Solus enim homo ad virtutem exercendam natura aptus est.*

Διὰ ταύτην δὲ] *Bestiæ nunquam sunt felicitatis capaces: pueri nondum.*

Οὐδὲ

Digitized by Google

Οὐδὲ παῖς] *pueros cum belluis sæpe coniungit, ut in rhetoricis.* ὧν τις πολὺ καταφρονεῖ, ὥσπερ παιδίων ἢ θηρίων. *& ibidem lib.2.* οὐδεὶς γὰρ παιδία καὶ θηρία αἰρεῖται. *& septimo horum librorum.* τὰ παιδία καὶ τὰ θηρία διώκει τὰς ἡδονάς, *& septimo ad Eudemum.* οὐκ ἀ τοῖς παιδίοις καὶ τοῖς θηρίοις, ἀλλὰ τοῖς καθεστῶσιν.

Διὰ τὴν ἐλπίδα] *Cicero de repub.* O Fanni, difficilis causa laudare puerum. non enim res laudanda, sed spes est. *Citat Seruius in sextum Æneidos.*

Πολλαὶ γὰρ] *Vetus interpres.* πολλαὶ δὲ. *Videtur autem causam reddere, cur in definienda felicitate addiderit illud* ἐν βίῳ τελείῳ, *nimirum, quod in vita hominum nihil stabile sit.* ἢ ἀνθρωπείν εὐδαιμονίν οὐδαμᾶ ἐν τ' αὐτῷ μένει. *Herod. sed infinitis mutationibus obnoxia & exposita omnia. quod quidem ita verum est, vt Theophrastus pronunciauerit.* Vitam fortuna regi non sapientia. *ita enim Cicero expreßit eum Euripidis versum*

Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία.

Nam & è summis sordibus multi euehuntur ad summas opes, & è summis opibus multi rediguntur ad mendicitatem. Neque aut rara, aut obscura talium mutationum exempla sunt, Agathocles è figulina ad Siciliæ regnum euectus est, in quem est Ausonij epigramma.

Fama est fictilibus, &c.

At Dionysius iunior cùm in eadem Sicilia regnasset, senex Corinthi ludum literarium exercuit. de quo narrat Plutarchus, id ipsi à patre quodammodo prædictum

esse.

Digitized by Google

esse. Nam cùm filium adolescentem in alienas vxores contumeliosum esse comperisset, vocatum ad se obiurgauit, quæsiuitq; ex eo, num quid se tale adolescentem fecisse audiisset. Tum filius: Tu enim, *inquit,* pater, patrem regem non habebas. *At pater:* Ne tu quidem, *inquit,* fili filios habebis reges, si istos mores colere perrexeris. *E serua natus Seruius Tullius in hac vrbe regnauit; quique liber natus non erat, imperaturo terris omnibus populo imperauit. At Persei Macedonum regis filius, vt esset, vnde viueret, fabris operas suas locabat, de quo ita nos olim in quadam epistola scripsimus.*

Cui non Sicaniæ notus dominator opimæ,
Qui de figlina est ad regni euectus habenas?
At contra Persei, qui claram rexerat olim
Pallenen, natus, fortunæ ludibrium, amplos
Inflabat folles, & regis filius, vnco
Impositam incudi versabat forcipe massam.

Vnius annuli beneficio Gyges è pastore rex factus est. Plato 2. de repub. Cic. 3. de off. aliter Herodotus lib. 1. At Polycrates è regno in crucem adactus, cuius vel vnius exemplo intelligi potest, quod ait Aristoteles, fieri posse, vt qui per totam reliquam vitam prosperrima fortuna vsus sit, senex in maximas incidat calamitates. Rex hic Samiorum fuit: ita in omnibus rebus fortunatus, vt ne minimam quidem vnquam vlla ex re sensisse molestiam diceretur. Herodotus lib. 3. Vide & Plinium cap. 1. lib. 37.

Digitized by Google

Περὶ Πειάμου] *Qui cùm Asiæ Rex esset, & quinquaginta liberorum pater, & regno & filiis superstes, hostibus ludibrio fuit. Res notior, quàm vt pluribus explicari debeat.*

CAPVT X.

Πότερον ἂν] *Adductus iis, quæ ad finem superioris capitis dicta sunt, quærit de dicto quodam Solonis, neminem videlicet ante obitum felicem nominandum. quod Aristoteles, vt mihi quidem videtur, non tam reprehendit, quam interpretatur. vt id Solon Croeso dixerit, quidq́ postea consecutum sit, vt id Croesus verum esse cognosceret, copiosè narrat Herodotus lib. 1. & Plutarchus in Solone. & satis nota historia est. Videntur autem optimi quíque & sapientissimi scriptores Solonis sententiam comprobasse. Sophocles in Oedipode tyranno in extrema fabula.*

Ὥςτε θνητὸν ὄντ' ἐκείνῳ τῷ τελευταίαν ἰδεῖν
Ἡμέραν ὀπισοπῆντα, μηδὲν ὀλβίζειν, πρὶν ἂν
Τέρμα βίου περάσῃ, μηδὲν ἀλγεινὸν παθὼν.

Et principio Trachiniarum.

Λόγος μὲν ἐς ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανεὶς
Ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοι βροτῶν, πρὶν ἂν
Θάνῃ τις, οὔτ' εἰ χρηστὸς, οὔτ' εἴτῳ κακός.

Euripides in Troadibus.

——τῶν δ' εὐδαιμόνων
Μηδένα νομίζετ' εὐτυχεῖν, πρὶν ἂν θάνοι.

Et

Et in Andromacha.

Χρή δ' οὔποτ' εἰπεῖν οὐδὲν ὄλβιον βροτῶν,
Πρὶν ἂν θανόντος τὴν τελευταῖαν ἴδης,
Ὅπως περάσας ἡμέραν ἥξει κάτω.

Citatur & ex Sophocle.

Μήπω μεῖ' εἴπῃς, πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς.

Et hi versus Dionysij tyranni esse dicuntur.

Θνητῶν δὲ μηδεὶς μηδέν' ὄλβιόν ποτε
Κρίνῃ, πρὶν αὐτὸν εὖ τελευτήσαντ' ἴδῃ.
Εν ἀσφαλεῖ γὰρ τὸν θανόντ' ἐπαινέσαι.

Et apud nos Ouidius.

——sed scilicet vltima semper
Expectanda dies homini est, diciq́ beatus
Ante obitum nemo supremaq́ funera debet.

Euripides Heraclidis.

Τὸν εὐτυχεῖν δοκοῦντα μὴ ζηλοῦν, πρὶν ἂν
Θανόντ' ἴδῃ τις. ὡς ἐφήμερον τύχαι.

Sed & sacri scriptores idem confirmant. Basilius in 1. Psalm. Ὁ μὲν γὰρ ἐν τῷ βίῳ τυγχάνων, οὔπω μακάριος διὰ τὸ ἄδηλον τῆς ἐκβάσεως. ὁ δὲ συμπληρώσας τὰ ἐπιβάλλοντα, καὶ ἀναντιῤῥήτῳ τέλει τὴν ζωὴν κατακλείσας, οὗτος ἤδη ἀσφαλῶς μακαρίζεται. *Sed nihil videtur necesse plura colligere. Duas igitur hoc loco quæstiones proponit Aristoteles: vnam, verúmne sit hoc dictum Solonis: alteram, quomodo intelligi debeat. Posteriorem priore loco tractat, quoniam veritas, nisi intellecto eo, quod dicitur, diiudicari non potest.*

Εἰ δὲ δὴ καὶ θετέον οὕτως] *Quærit sitné ita accipiendum id, quod aiebat Solon, vt tum denique, cùm mortuus*

Digitized by Google

tuus homo est, eum felicem esse dicamus. Deinde ostendit, neque videri Solonem ita intellexisse, neque hoc vllo modo dici posse, præsertim à nobis, qui felicitatem esse dicimus, ἐνέργειαν. mortui enim οὐκ ἔτι ἐνεργοῦσιν.

Εἰ ὃ μὴ λέγομεν] *Ostendit, quomodo accipiendum sit dictum Solonis: ita videlicet, vt intelligamus tunc demum verè dici posse felicem aliquem fuisse, cùm excessit è vita. tum enim est extra aleam fortunæ. at quamdiu viuit, ex optimo statu in calamitosissimum delabi potest. Deinde docet, ne sic quidem tolli omnem dubitationem. Nam vt viuo, neque tamen sentienti, potest accidere aliquid mali, ita videtur posse & mortuo. Verba autem Aristotelis & exempla, quibus vtitur, satis per se perspicua sunt.*

Ἀπορίαν δὲ] *Vtrinque absurditas. Siue enim dicamus fortunas posterorum ad mortuorum felicitatem, aut infelicitatem pertinere, consequetur, eos modò felices esse, modò infelices: quod absurdissimum est: siue non pertinere, id quoque alienum ab ea, quæ vulgo recepta est, opinione videbitur.*

Ἀλλ' ἐπανιτέον] *Redeundum esse ait ad eam, quæ initio proposita est, quæstionem. ita enim hanc quoque commodè explicatum iri: cùm ex illa pendeat.*

Εἰ δὴ τέλεος] *Si mortus rectè felix dici potest, non quòd tum sit felix, sed quia fuerit, qui fit, vt, cùm felix est, felix dici non possit? Et enim quicquid verè dicitur fuisse, necesse est idem aliquando verè dici potuerit esse.*

Διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι] *Dicat aliquis, iccirco viuentes minus rectè vocari felices, quia fortuna mutabilis est.*

&

& inconstans: felicitatem autem firmum quiddam & stabile volumus. Cùm igitur crebræ sint fortunæ conuersiones, idemq; nunc amicam, nunc aduersam experiatur, eáque quasi in orbem agantur, si fortunam sequamur, felicem chamæleonti similem esse dicemus, & fragili admodum fundamento subnixum.

Χαμαιλέοντα] *Hunc aiunt in metu colorem mutare: vnde Tertullianus libro de pallio ait, eum de corio suo ludere. imitatur autem omnes colores præter album, vt ait Plutarchus in libello* πῶς ἂν τις διακρίνειε τὴν κόλακα τοῦ φίλου. *aut, vt ait Plinius, præter rubrum & candidum. Qui plura cupit, legat Aristotelem lib. 2. de natura animalium, & Plinium lib. 8. cap. 33. & Theophrastum in libro* περὶ τῶν τὰς χροιὰς μεταβαλλόντων. *Simile quiddam de polypode pisce narratur.*

Ἡ τὸ μὲν τοῖς τύχαις] *Hic demum incipit explicare sententiam suam, negatq; rectum esse fortunã sequi, atque ex ea modò felicem aliquem, modò infelicem iudicare. Quanquam enim iis quoque bonis indiget vita humana, quæ dicuntur à fortuna tribui, non tamen in eis, sed in laudabilibus actionibus, aut turpibus posita est præcipua pars felicitatis aut infelicitatis.*

Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ] *Ea dubitatio, quæ modò allata est, confirmat traditam superius felicitatis definitionem. Eam enim, vt opinor, etsi alij aliter sentiunt, vocat* τὸν λόγον. *Nam ex iis, quæ paulò antè in dubitationem adducta sunt, intellectum est, felicitatem stabilissimum ac firmissimum quiddam esse.*

Digitized by Google

Οὐδὲν γὰρ] *Nam cum scientia videatur esse quiddam admodum stabile, ac firmum, facilius tamen delebitur obliuione scientia, quàm vt vir verè bonus repudiatis honestis actionibus animum ad turpes, & inhonestas adiiciat.*

Ὑπάρξει] *Videtur significare eum, qui verè est vir bonus, nullo modo abduci posse à virtutis studio: neque vnquam fore, vt aut intumescat rebus secundis, aut deiiciatur aduersis: sed in vtraque fortuna moderatum fore. Alibi tamen sentit, vt ex malis bonos, ita ex bonis malos posse fieri. vt in categoriis, cùm ait.* καὶ ἐκ σπουδαίου φαῦλον, καὶ ἐκ φαύλου σπουδαῖον δυνατὸν γενέσθαι. *& notus est versiculus Hesiodi.*

Αὐτὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς τότε μὲν κακὸς, ἄλλοτε δ' ἐσθλὸς *& Theognidis.*

Εσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ διδάξεαι, ἢν δὲ κακοῖσι
Συμμιγῆς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἔοντα νόον.

Et extat longa disputatio Socratis in eandem sententiam lib. 1. ἀπομνημ. *Xenophontis. Sed nimirum hic sermo est de perfectiori quadam virtute, quaeq; bene penitus in animo insederit, ac radices egerit. eam negat vlla fortunae vi labefactari posse. Atque hoc ipsum dicit Horatius.*

Iustum & tenacem propositi virum
Non ciuium ardor praua iubentium
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida, neque auster.
Dux inquieti turbidus Adriae
Nec fulminantis magna Iouis manus

Si

Si fractus illabatur orbis
Impauidum ferient ruinæ.

Ὅ γ' ὥς ἀληθῶς ἀγαθὸς] *Verba sunt ex asmate quodam Simonidis.* ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν ἀλαθέως γενέσθαι, χαλεπὸν, χρόσι τε καὶ ποσὶ νόῳ τετράγωνον ἄνευ ψόγου τετυγμένον. *Videtur autem bonum & fortem virum vocasse quadratum, quia stat semper, neque vllo fortunæ impetu deiici potest. sic enim & quadratum corpus, id est, cubus, quomodocunque iaciatur, ita cadit, vt rectum permaneat. Ex illo Simonidis asmate cum hæc, tum alia multa citantur apud Platonem in Protagora, déque iis variè disputatur. Meminit & huius metaphoræ Aristoteles 3. Rhet. Fortassis etiam eo virum bonũ quadratum vocauit, quod vndique æqualis sit & sui similis. Nam cũ duæ omnino figuræ sint, omni ex parte æquales quadratum & rotundum, vt Simonides vocauit virum bonum quadratum, ita Horatius eundem teretem & rotundum nominauit.*

Quisnam igitur liber? sapiens, sibi qui imperiosus
Quẽ neq; pauperies, neq; mors, neq; vincula terrent,
Responsare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, & in seipso totus teres atque rotundus
Externi ne quid valeat per leue morari
In quem manca ruit semper fortuna.

quem imitatus est Ausonius in eo carmine, quod vulgo tribuitur Virgilio.

—mundi instar habens, teres atq; rotundus,
Externæ ne quid labis per leuia sidat.

Medici quoque quadrata vocant corpora, firma &

bene compacta, quæque non facile offenduntur à rebus externis.

Πολλῶν δ' ἡδομένων] *Quædam eorum, quæ immittuntur à fortuna, tum læta, tum tristia, ita exigua sunt, vt nihil momenti habeant, neque ad felicitatem, neque ad infelicitatem. Quædam habent quidem momenti aliquid, sed tamen nulla est tanta calamitas, quæ virum bonum infelicem possit efficere.*

CAPVT IX.

Τὰς δ' τῶν ἀπογόνων τύχας] *Hoc capite explicat eam quæstionem, quam paulo supra proposuerat: ecquid posterorum fortunæ ad mortuos pertineant, eosq; afficiant, an minus. In qua pertractanda primum ponatur à nobis, animos hominum esse immortales. Nam frustra hæc omnia quærerentur, si animi cum corporibus interirent. Secundo, plures esse & distinctas hominum mentes: non, vt quidam volunt, vnam omnium. Nam sic quoq; posita immortalitate, vt eam Auerroës, & quidam alij ponunt, id est, ita vt post mortem nihil superfit Platonis aut Socratis proprium, inanis omnino hæc & superuacanea quæstio esset. Neque laborandum est, etiamsi hæc naturalibus argumentis probare nequeamus, neq; fortasis dissoluere rationes quasdam, quas afferunt ij, qui contrarias opiniones tuentur. Naturalis enim omnium gentium consensus multo plus ponderis apud nos, quam omnia istorum argumenta, habere debet.*

Φήμη

Φήμη δ' ἔστι πάμπαν, &c.

Neque quicquam est aliud gigantum more bellare cum dis, quam repugnare naturæ, & insitas ab ea in omnium animis opiniones acutis & captiosis ac fallacibus conclusunculis velle subuertere. Itaque vt senes illi Troiani apud Homerum dicebant, pulcram quidem & elegantem esse Helenam, sed tamen ablegandam & remittendam ad suos, ne exitio esset ciuitati: ita nos, si quando offeretur nobis ab istis acutum aliquod argumentum, quo colligatur, aut Deum non cognoscere res singulas, aut non curare humana, aut animos interire vna cum corporib°, aut si quid superfit, commune quiddam esse, & vt vnum solem, ita vnam esse omnium mentem, aut alia aliqua venenata pestifera opinio, quasi melle ita specie quadam doctrinæ & eruditionis illita, respondeamus: Ingeniosus quidem es, ô bone, & eruditus, & in disputando potens: sed habe tibi istas præclaras rationes tuas: ego eas, ne mihi exitiosæ sint, admittere in animum meum nolo. Accipite enim optimi & grauissimi viri, qui non discendi aliquid ex me, qui vobis doctrina inferior sum, sed, vt ego quidem interpretor, honoris mei & vestræ cuiusdam erga me beneuolentiæ causa, auditorium hoc quotidiana vestra præsentia cohonestare dignamini, vosq; studiosissimi adolescentes, quos ea, quæ hic ex me audistis, vitæ & moribus expressuros esse confido. Accipite præclarum & immortali memoria dignam summi Philosophi Aristotelis sententiam, quem in omnibus huius generis disputationibus tenetis, quem sequamini, ad quam sensum cogita-

gitationesq; vestras perpetuo dirigatis. Ex illius enim diuini hominis pectore, tanquam ex augustissimo quodam sapientiæ sacrario atq; adyto hæc prodierunt, quæ primo Ethicorum ad Eudemum leguntur. Περσέχειν δ' δεῖ πάντα τοῖς διὰ τῶν λόγων, ἀλλὰ πολλάκις μᾶλλον τοῖς φαινομένοις. *Conuertam hæc in latinum sermonem: vtinamqúe possem in omnes omnium populorum linguas conuertere, atque in omnium hominum animis, ita vt nunquam delerentur insculpere.* Non semper neque omnibus in rebus assentiendum est iis, quæ rationibus & argumētis probantur; imo potius ea plerunque tenenda, quæ communi hominum sententia comprobantur. *Quid enim est tam falsum tamq; abhorrens à vero, vt non ad id probandum ab ingeniosis, & exercitatis hominibus argumēta excogitari queant? Nihil est tam molle, tam tenerum, tam flexibile, tam cereum, quàm oratio, neque quicquam est tam absurdum, quin dicendo probabile fieri, neque tam verum & exploratum, quin dicendo in dubium vocari, aut etiam coargui queat. Quam multa collegisse olim Meto Atheniensis dicitur, quibus ostenderet, cœlum stare, terram autem perpetuo moueri? Quàm certo crediderunt veteres Solem à Luna proximum esse? Quàm firme sibi persuaserant, è quinque terræ partibus duas extremas ob frigus, mediam ob calorem immoderatum esse inhabitabilem? Quæ tamen falsa esse postea constitit. At rationes, quibus ea efficiebant, necessariæ illis temporibus videbantur. Vidistísne vnquam in densa & tenebrosa nocte accensam aliquam*

facem

Digitized by Google

facem è longinquo loco micantem? Illam igitur, quamuis dissitam, videbatis: neque tamen quicquam in illo longo interiecto inter oculum vestrum & facem, densis obsito tenebris spacio, videre poteratis. Idem putato animis accidere. Sæpe animus noster veritatem alicuius enunciationis, tanquam eminus fulgentem ac collucentem videt: etiamsi propter illam, qua circumfusus est caliginem, videre ea, quæ intermedia sunt, & per quæ ad eam peruenitur, non potest. Vt igitur si quis tibi sophista probare vellet te hominem non esse, aut canem, qui esset pater, idemq; esset tuus, iccirco esse patrem tuum, etiamsi fallacibus illis syllogismis propter dialectices imperitiam respondere non posses, non tamen demouereris à cognita veritate, neque haberes fidem iis, quæ ab eo concluderentur: ita si quis aliquam tibi impiam sententiam confirmare argumentis velit: etiamsi non possis, quæ ab eo proponuntur, dissoluere, permanere tamen, ac perstare debes in eo, quod verum esse tot iam sæculis perpetua omnium gentium consensio comprobauit. Si iter aliquod ingressurus, duas videres vias, quæ eodem ferrent, verum vnam expeditam, planam, tutam, & eò quo constituisses, sine vlla erratione ducentem: alteram tortuosam, asperã, periculosam, & quam qui sequerentur, propter varios & multiplices anfractus sæpe aberrarent, dubitares, vtram potius eligeres? Duæ sunt viæ, quibus homines ad aliquam cognitionem Dei & animi sui peruenire posse se putant: aut enim eo contendunt disputando, & cur quicquã ita sit, subtiliter inquirendo: aut sine vlla dubitatione creden-

Digitized by Google

do & assentiendo iis, quæ maiores summo consensu, partim naturali lumine cognita partim diuinitus inspirata tradiderunt. Illam qui secuti sunt, omnibus sæculis in varios ac multiplices errores inciderunt. At hæc illorum signata est & impressa vestigiis, quos in cœlum sublatos veneramur & colimus. Illam igitur relinquamus, hanc sequamur: maneatq; ac fixum sit hoc, quicquid contradicatur, neque mori animos, & suam cuiusq; esse, etiam post funus, propriam mentem à ceteris separatam atque distinctam. Quibus positis id quod ab Aristotele proponitur, consideremus.

Quid vere de hac quæstione dici queat. Pertinéntne ad quemque ea quæ, ipso mortuo, liberis, propinquis, amicis eueniunt? Et, éstne in mortuis eorum sensus aliquis?

Omnes dubitationes aut experientia aut ratione explicantur. Hic experientiæ locus non est. Rationibus igitur agendum est.

Rationes autem propè esse tantum probabiles possunt. Probabilia autem sunt, ait Arist. 1. top. &c.

Omnes homines videtur quodam modo putare, ea quæ post se futura sunt, ad se pertinere. Alioqui enim negligerent famam, de qua optimus quisque maximè laborat. Dictum Antigonæ apud Sophoclem. Et Cicero ad Atticum.

Et declarant testamenta, fideicommissa, substitutiones, tutorũ dationes, eam esse hominum opinionem.

Immo vero odiosissimæ sunt, & nefariæ habentur voces quædam eorum, qui significabant, se quid post mortem suam euenturum esset, non laborare. qualis est illa, Ἐμοὶ θανόντι γαῖα, &c.

Ex

Digitized by Google

Ex sapientibus antiquissimum habitum est genus poëtarum. Itaque despicienda non sunt, quæ ab eis dicuntur.

Apud Virgilium Dido veretur manes mariti, ideoque dubitat Aeneæ nubere. Itaque Annæ necesse fuit aduersus illam opinionem disputare. *Id cinerem, &c.*

Anchises mortuus admonet Aeneam, &c.

Me pater Anchises, quoties humantibus vmbræ,
Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt,
Admonet in somnis, & turbida terret imago.

Eodem pertinet exemplum Prouerbiorum filai.

Quanquam autem hæc figmenta sunt, sunt tamen figmenta sapientissimorum hominum, non vana & inania: sed vtilia ad instituendam vitam.

Quod si poëtica parum habent auctoritatis, valeant tamen aliquid verba Cyri morientis apud Xenophontem, & similia.

Iustinianus ait eam mulierem, quæ susceptis ex priore matrimonio liberis, &c.

Ergo iudicat sensū eius rei ad maritū peruenire.

At Aristoteles 3. περὶ ψυχῆς, memoriam, amorē, odium, & similia adimit animis à corpore separatis. Sed ibi loquitur φυσικῶς. in his autem libris sequitur id quod ab omnibus creditur: quodque etiamsi, cur ita sit, ostendi non queat, mordicus tamen tenedum est.

Sed iis omissis, quæramus, quid Christianis tenendum sit.

Et de beatis quidem, existimo eos videre ea quæ à nobis fiunt: & gaudere cùm quid à nobis bene fit.

Digitized by Google

Nam cùm videant videntem omnia, in eo vident omnia.

Gaudent autem, bene agentibus nobis: quia caritas in eis nunquam extinguitur. Et cùm assiduè preces pro nobis fundant, ignorare nõ possunt, quomodo nobiscum agatur.

Et quanquam ad ipsorum felicitatẽ, quæ omni ex parte cumulata est, nihil adiici potest, additur tamen aliquid ad gloriam, cùm à nobis honos illis exhibetur: cumq; nos, illorum exemplo incitati, per ipsorum vestigia gradimur.

Nam & Angeli gaudent, cùm quis à turpitudine vitiorum ad meliorem vitæ viam redit.

Neque tamen quicquam detrahitur, de illorũ beatitudine, si secus eueniat. Si quis enim ipsorũ videret omnẽ stirpem suam iusto Dei iudicio ad inferos detrudi, ne tãtulum quidem ob eam rem angeretur. Sunt enim effecti vnum cum Deo. ita vt voluntas ipsorum à Dei voluntate nullo modo discrepare possit.

Qui adhuc expiantur, ea quæ scire ipsorum interest, Deo reuelante, cognoscunt.

Qui æternis suppliciis addicti sunt, caritate omni carent. Itaq; bona aliena nihil de ipsorum infelicitate detrahunt. Si quis tamen ipsorum exemplo adductus, aut eorum culpa corruptus, in idem exitum pertrahatur: crescit eorum infelicitas: & hoc est quod diues ille in Euangelio, &c.

Beatis aliquid accedere potest ad gloriam. De beatitudine ipsorum nihil detrahi potest. Damnatis nihil decedere potest de miseria. Ad pœnam accessio aliqua fieri potest.

Omnia subiecta sint iudicio Ecclesiæ.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XII.

Διωρισμένων δὲ τούτων] Etsi quæstio, quæ hîc tractatur, non est magni momenti (de vocabulis enim potius, quàm de rebus, instituta est) non caret tamen aliqua obscuritate: opusq; est perspicaci, & acuto ingenio ad propriam vim harum vocum penitus peruidendam. Ad summam autem, queritur, sitné felicitas quiddã laudabile, an honore potius, & cultu ac veneratione dignum. Et concluditur eam esse superiorem, ac diuiniorem eo toto genere bonorum, cui laus tribuitur: itaq; suspiciendam potius & colendam, quam laudandam videri. Hæc autem vt planius & apertius intelligantur, sciendum est esse quosdam quasi gradus in rebus bonis, per quos ad summum, id est, ad felicitatem peruenitur. Primum enim requiritur δύναμις, id est, potestas. Nam quæ non possunt ea exercere, in quibus consistit felicitas, vt bestiæ, aut nondum possunt, vt pueri, eis felicitatem non tribuimus. Verùm αἱ δυνάμεις, quæ quidem propriè eo nomine vocantur, neq; laudantur, neq; vituperantur. Insunt enim à natura: & nihili sunt nisi perducantur ad habitum. Neq; laudatur quisquam, quod iustus, aut temperans, aut fortis esse possit, sed quod sit. Secundum igitur locum obtinent ἕξεις, id est, habitus, vt virtutes: eæq; iam laudabiles sunt. Itaq; & virtutem ipsam, & virtute præditos homines laude, ac commendatione dignos putamus: Hæc Aristoteles hoc loco non tam accuratè distinguit. Sed virtutes quoq; ipsas numerat inter δυνάμεις, quatenus cum actionibus conferuntur. E virtutibus prodeunt ἔρ-

γα, id

Digitized by Google

γα, id est, opera, siue actiones, quas, vbi egregiæ ac singulares extiterunt, non tantùm, ἐπαινοῦμεν, id est, laudamus, verumetiam ἐγκωμιάζομεν, id est, publica quadam & solenni laudatione celebramus. Interest enim hoc ἔπαινος & ἐγκώμιον: quod ille ἐπ' αἶνον, id est, in nudo, & simplici sermone positus est: vnde & nomen ductum videtur. αἶνος enim quamuis vsitatè significat fabulam, tamen apud veteres accipiebatur simpliciter pro quocunque sermone, vt & μῦθος: eodem videlicet modo, quo apud Latinos fabulari est loqui, & confabulari, colloqui. Homerus.

Ὣς γέρον, αἶνος μέν τοι ἀμύμων, ὃν κατέλεξας.

At ἐγκώμιον ἀπὸ τῆς κώμης, id est, à pago, seu vico dictum est, quod vicatim egregia facinora cani ac celebrari solerent. Quod si quis toto vitæ tempore in perpetua virtutis exercitatione, sine vllo impedimẽto versetur, idemq; & opes habeat, quæ, vt verè ac sapienter ait Vlixes Homericus αἰδοῖος, id est, venerabiles homines efficiunt, & liberos, & amicos se dignos, & carus sit ciuibus suis, & sit eximia quadam dignitate formæ, & optima valetudine, ac sensibus integris, & in suis ac suorum rebus aut nunquam, aut nõ sæpe, neq; in rebus magni momenti fortunam experiatur aduersam: hunc nos non, vt hominem, laudabimus ac celebrabimus, sed vt Deum quendam, aut certè vt hominem Deo simillimũ, colemus, suspiciemus, admirabimur. Atq; hoc est, quod Aristoteles felicitatem ὑ τῶν ἐπαινετῶν, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν τιμίων esse dicit. Quare teneamus hoc: bonorum quædam esse inferiora laude, vt δωρεαί: quædam digna laude, vt virtutes & præclaras actiones: siquidem &

Digitized by Google

& ἐγκώμιον laus quædam est, sed publica: quædam superiora omni laude, & admiranda potius ac colenda, quàm laudanda, vt felicitatem. Nunc Aristotelem audiamus.

Δῆλον γὰρ ὅτι τῶν γε δυνάμεων] *Non esse τῶν δυνάμεων, vel ex eo intelligi potest, quod est ἐνέργεια. nulla autem δύναμις est ἐνέργεια. Videtur autem Aristoteles hoc loco nomen τῶν δυνάμεων porrigere καὶ πρὸς τὰς ἕξεις. quatenus αἱ ἕξεις cum ipsis operibus conferuntur.*

Ἐκ τῶν περὶ τοὺς θεοὺς ἐπαίνων] *Laudes quæ vulgo diis tribui solent, ridiculæ sunt, & multò infra ipsorum maiestatem, cum referantur ad beneficia, quæ ipsi in homines contulerunt. Vt cùm Iouem vocant κτήσιον, ἐπικάρπιον, χαριδότην. Plutarchus στωικοῖς ἐναντιώμασι. Dionysius ἐν τῷ περὶ τῶν πανηγυρικῶν de deorum laudationibus loquens, Ὁ δὲ τόπος, inquit, σχεδὸν συμπληρωθήσεται ἐξ ὧν ἕκαστος ἢ εὗρεν ἢ παρέσχε τοῖς ἀνθρώποις.*

Μακαρίζομεν καὶ εὐδαιμονίζομεν] *Μακαρισμὸν καὶ εὐδαιμονισμὸν, nomine tantũ differre, re autem ipsa idem esse, docet ipsemet primo rhetoricorum. qui locus videndus est. Continet enim paulò pleniorem harum rerum explicationem. Sunt & quædam huc pertinentia apud Alexandrum in libro περὶ εἱμαρμένης.*

CAPVT XIII.

Ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις] *Vetus opinio est, à multis clarisq; cõfirmata scriptoribus, Aristotelis librorum duo genera fuisse: vnum ἀκροαματικὸν, alterum ἐξωτερικόν. Atq; ἀκροαματικοὺς quidem libros limatius, & accuratius scriptos fuisse aiunt: ἐξωτερικοὺς autem crassius*

Digitized by Google

& accommodatius ad populi captum. Ad hanc diuisionē respiciēs Lucianus in dialogo, qui inscribitur βίων πρᾶσις, ita inducit colloquentes Mercurium, & eum qui Aristotelis vitam licitabatur. Αγο. ποῖος δή τις ὄν; Ερ. μέτειος, ὄπειχνὺς. ἁρμόδιος τῷ βίῳ. τὸ δὲ μέγιστον, διπλοῦς. Αγο. πῶς λέγεις; Ερ. ἄλλος μὲν ὁ ἔκτοθεν φαινόμενος, ἄλλος δὲ ὁ ἔντοθεν εἶναι δοκεῖ, ὥστε οὐ πείσεις αὐτὸν, μέμνησο τὸν μὲν ἐσωτερικὸν, τὸν δὲ ἐξωτερικὸν κωλεῖν. *Eandem diuisionem confirmare videtur epistola Alexādri ad Aristotelem, in qua quæritur diuulgatos esse ab eo acroamaticos libros. videtur enim exotericos tantum diuulgari solitos. acroamaticos autem tantummodò cum secretioribus, & interioribus discipulis communicari. Sed & Plutarchus eandem diuisionē agnoscit. Cicero quoq; lib.5. de finibus.* De summo autē bono, quia duo genera librorum sunt: vnum populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant: alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt non semper idem dicere videntur. *Et eodem pertinere videtur diuisio illa, quæ à Simplicio in categorias ex Alexandri Aphrodisiensis sententia traditur, εἰς ὑπομνηματικὰ, καὶ συνταγματικὰ, in quo tamen à Cicerone discrepant. Gellius etiam multa de eo disserit lib. 20. cap. 4. At Ioannes sepuluenda in tertiū politicorum eam omnino damnat & reiicit, fretus duobus argumentis, quod Laërtius eius nullam mentionē faciat, & quod Aristoteles quosdam libros accuratissimè scriptos videtur interdum vocare ἐξωτερικοὺς, vt τοὺς τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ τοὺς περὶ ψυχῆς, & hos Ethicorum ad Nicomachū. Itaque affirmat omnes libros ab Aristotele ἐξωτερικοὺς*

vocari

Digitized by Google

vocari, qui sunt extra scriptionem ab eo tunc institutam. Ego Sepulueda facilè responderi posse puto, & veterum sententiam sequor.

Δοκεῖ γὰρ ἐν τοῖς ὕπνοις] *Sic in libro de somno & vigilia.* τὸ δὲ ἕτερον τὸ ἀυτῷ ποιεῖ, τὸ θρεπτικὸν μόριον, ἐν τῷ καθεύδειν μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ ἐγρηγορέναι. τερέφεται γὰρ καὶ ἀυξάνεται τότε μᾶλλον.

Καὶ τούτῳ βελτίω] *Plato lib. 9. de repub. Cicero lib. 1. de diuinatione.* Vide quid Socrates in Platonis politia loquatur. dicit enim. Cum dormientibus ea pars animi, quæ mentis & rationis est particeps, sopita langueat, illa autem, in qua feritas quædam sit, atque agrestis immanitas, cùm sit immoderato obstupefacta potu, atq; pastu, exultare eam in somno, immoderateq; iactari. Itaque huic omnia visa obiiciuntur à mēte ac ratione vacua, vt aut cū matre corpus miscere videamur, aut cū quouis alio vel homine, vel deo, sæpe bellua, atq; etiā trucidare aliquē, & impiè cruētari, multaq; facere impurè, atq; tetrè cū temeritate, atq; impudentia. at qui salubri & moderato cultu, atque victu quieti se tradiderit, ea parte animi, quæ mētis & cōsilij est, agitata & erecta, saturataq; bonarū cogitationū epulis, eaque parte animi, quę voluptate alitur, nec inopia enecta, nec satietate affluenti, quorum vtrumque præstringere aciem mentis solet, siue deest naturæ quippiam, siue abundat atq; effluit, illa etiam tertia parte animi, in qua irarum existit ardor,

sedata

Digitized by Google

ſedata atque reſtincta, tum eueniet, duabus animi temerariis partibus compreſsis, vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat, & ſe vegetam ad ſomniandum acremque præbeat. Tum ei viſa quietis occurrent tranquilla atq; veracia. *Zeno quantum intereſſe iudicaret inter ſomnia flagitioſorum, & τῶν προκοπτόντων ἐπ' ἀρετῇ, diſce ex Plutarcho, ἐν τῷ πῶς ἄντις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ. Cicero de ſomnio Scipionis.* Fit enim ſæpe ferè, vt cogitationes ſermoneſque noſtri pariant aliquid in ſomno tale, quale de Homero ſcribit Ennius, de quo videlicet ſæpiſsimè vigilans ſolebat cogitare & loqui. *Claudianus.*

Omnia quæ ſenſu voluuntur vota diurno,
Pectore ſopito reddit amica quies.
Venator defeſſa toro cùm membra reponit,
Mens tamen ad ſyluas, & ſua luſtra redit.
Iudicibus lites, aurigæ ſomnia currus
Vanaq; nocturnis meta cauetur equis.
Furto gaudet amans, permutat nauita merces,
Et vigil elapſas quærit auarus opes.
Blandaq; largitur fruſtra ſitientibus ægris
Irriguus gelido pocula fonte ſopor.
Me quoq; Muſarum ſtudium ſub nocte ſilenti
Artibus aſſuetis ſollicitare ſolet.

Finis Commentariorum in lib. I.
Ethicorum Ariſtotelis.

M. ANT.

Digitized by Google

M. ANT. MVRETI IN LIBRVM SECVNDVM ETHICORVM ARISTOTELIS COMMENTARIVS.

VT superiore libro nulla alia de re, quam de felicitate dictum est; ita hic nihil aliud quam virtutis explicationem continebit. Cum enim docuerimus ad felicitatem in virtute plurimum esse momenti, quicunq; iter ad felicitatem commonstrare vult, ei necessariò virtutis peruidenda, & pertractanda natura est. Igitur communem virtutis definitionem è fine ipso superioris libri didicimus, vbi dicebat Aristoteles ἕξεων τὰς ἐπαινετὰς ἀρετὰς λέγεσθαι. Reciprocantur enim hæc inter se, vt & omnis virtus sit habitus laudabilis, & omnis habitus laudabilis, virtus. Sed virtutum aliæ cognitione, aliæ actione cernuntur. Cum autem in omni disputatione, quæ ratione, & via instituitur, à facilioribus ordiri debeamus, & facilior sit virtutum moralium tractatio, quam earum, quæ sitæ sunt in superiore animi parte, de moralibus prius differendum videtur. Quare Aristoteles ab hoc libro vsque ad sextum de virtutibus moralibus disseret, libro sexto τὰς διανοητικὰς explicabit.

Digitized by Google

Didicistis autem è Logicis, & è primo Physicorum, Genus esse prius specie, & nisi cognito genere speciem cognosci non posse: quapropter in docendo semper à communioribus, ad minus communia progredi oportere. Et notum, Aristotelem, cum in Analyticis de Demonstratione disputare instituisset, antequam ad eam accederet, syllogismi naturam in genere totis duobus libris sibi enucleandam putasse. Ita igitur hîc quoq; prius, quã ad singulas virtutes morales perueniat, quasi fundamentum quoddam totius huiusce disputationis communem virtutis naturalis definitionem reperiendam sibi, & reliquis partibus, vt ita dixerim, substernendam esse duxit.

Hunc autem librum, vt omnia facilius intelligantur, veterem morem secuti tres in partes diuidemus. Quarum in prima traditur, quæ sit origo moralis virtutis, & quomodo ea gignatur in nobis. In secunda eiusdem virtutis definitio. In tertia distributio eiusdem in species; & tum vniuscuiusq; speciei, tum vitiorum, quæ ei aduersantur, breuis quædam, & τυπώδης explicatio. Quod autem nonnulli de virtute ipsa in genere disputari in hoc libro aiunt, aut id, quod verum est, non satis acute vident, aut id, quod intelligunt, non satis distinctè eloquuntur. Non enim de virtute ἁπλῶς, sed de virtute morali sermo hic institutus est. & definitio virtutis, quæ hîc tradetur, non est communis, καὶ τῆς διανοητικῆς, καὶ τῆς ἠθικῆς: sed τῆς ἠθικῆς propria, vt luce meridiana clarius suo loco videbitur. Ait Aristoteles.

IN

Digitized by Google

IN CAPVT PRIMVM.

Διὶ τῆς γὰρ ἀρετῆς οὔσης τῆς μὲν διανοητικῆς, τῆς δὲ ἠθικῆς, καὶ μὲν διανοητικὴ τὸ πλεῖστον, &c.] *Cur ait τὸ πλεῖστον? quia quidam ingenij acumine præstantes sine ope magistri, labore, & industria sua rerum cognitionem consequuntur, vt de se ait Phemius apud Homerum.*

Αὐτοδίδακτος δ' εἰμὶ, θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας
Παντοίας ἐνέφυσι.

Verum id, vt alterius Homeri verbis vtar,

—pauci, quos æquus amauit
Iupiter, aut ardens euexit ad æthera virtus
Dis geniti potuére.

maior pars hominum doctoris opera indiget. Sed siue quis magistri ductu, siue naturali bonitate ingenij ad sapientiam peruenturus est, ἐμπειρίας δεῖται καὶ χρόνου. Ac de experientia quidem recitabo verba Aristotelis ex primo de sapientia. Γίγνεται δὲ ἐκ τῆς μνήμης ἡ ἐμπειρία τοῖς ἀνθρώποις. αἱ γὰρ πολλαὶ μνῆμαι τοῦ αὐτοῦ πράγματος μιᾶς ἐμπειρίας δύναμιν ἀποτελοῦσι. καὶ δοκεῖ σχεδὸν ἐπιστήμη καὶ τέχνη ὅμοιον εἶναι ἡ ἐμπειρία. ἀποβαίνει δὲ ἐπιστήμη, καὶ τέχνη διὰ τῆς ἐμπειρίας τοῖς ἀνθρώποις. ἡ μὲν γὰρ ἐμπειρία τέχνην ἐποίησεν, ὡς φησιπῶλος ὀρθῶς λέγων, ἡ δὲ ἐμπειρία τύχην. *Ipsa autem experientia indiget tempore. Vnde & senes propter ætatem & longum rerum vsum prudentiores putantur, & apud Lacedæmonios ij, qui amplissimum magistratum gerebãt,*

Digitized by Google

& erant, & appellabatur ſenes: *& apud Athenienſes primi rogabantur ſententiam, non qui genere, aut opibus præſtarent, ſed qui annum quinquageſimum exceßiſſent. Nota enim eſt illa, & celebrata vox.* τὸς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων. *Et ſummum Rommæ conſilium vocabant ſenatum, quòd in id adlegerentur ſenes. Et iureconſulti teſtantur, ſemper in eadem Ciuitate ſenectutem venerabilem fuiſſe, l. ſemper in ciuit. D. de iure imper. In omni deniq; repub. bene inſtituta ſenum conſilio maxima quæque adminiſtrantur.* Temeritas enim, *vt ait Cicero,* eſt florentis ætatis, prudentia ſenectutis. *Plura dicentur lib. 6. Præclareq; Iocaſta apud Euripidem.*

Ὦ τέκνον, οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακά·
Ἐτεόκλεες πρόσεστιν ἀλλ' ἡ μπειρία.

Ἔχει πλέξαι τῶν νέων συμφώτερον. *Sed & virtutes morales indigent tempore: longa enim conſuetudine opus eſt ad eas comparandas, vt oſtendit Ariſtoteles, cum ait,* ἡ δὲ ἠθικὴ ἐξ ἔθους πρειγίνεται. ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔσχηκε μικρὸν παρεγκλίνον ἀπὸ τοῦ ἔθους. *quod ipſum confirmat etiam lib. 1. mag. mor. his verbis.* ἡδ' ἠθικὴ ἀρετὴ ἐντοῦθεν τὴν ἐπωνυμίαν ἔχει. εἰ δεῖ παράχαμμα λέγοντα τὴν ἀλήθειαν ὡς ἔχει σκοπεῖν. δεῖ δὲ, &c. *Sunt enim eadem prope quæ hîc.* ἔθος, *Latini conſuetudinem vocant,* ἦθος *mores.*

Ait Ariſtoteles, ἐξ οὗ δῆλον, ὅτι οὐδὲ μία τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν φύσει ἡμῖν ἐγγίνεται. *Sæpe à veteribus quæſitum eſt, quomodo pararetur virtus, natura, án doctrina, an conſuetudine. quod M. Tullius ita expreßit in Partitionibus*

Digitized by Google

tionibus oratoriis. Quonam pacto virtus pariatur, naturáne an ratione, an vsu. *Horatius bimẽbrem tantum hanc quæstionem fecit in epistola ad Lollium, hoc versu,*

Virtutem natura paret, doctrináue donet.

Plato in Menone ita eandẽ quæstionẽ proponit. ἀλλ' ἔγωγε ἐκεῖνο ἀλλ' ἤδεα ὅπερ ἠρόμην τὸ πρῶτον, καὶ σκεψαίμην, καὶ ἀκούσαιμι, πότερον ὡς διδακτῶν ὄντι αὐτῷ δεῖ ἐπιχειρεῖν, ἢ ὡς φύσει, ἢ ὡς τινὶ ποτὲ τρόπῳ παραγιγνομένης τοῖς ἀνθρώποις τῆς ἀρετῆς. *Disputatur & eadem de re in Protagora, & inter τὺς* Πλάτωνος νοθευομένους, *vnus est eodem argumento scriptus. Tractabo igitur hanc quæstionem vt potero, & quia me in ea tractanda quædam non indigna vestris auribus dicturum me esse confido; peto à vobis, vt me attente audiatis. Sed in hac tota disputatione primũ admoneo me* virtutis *nomine virtutem moralem intelligere, & de ea tantum loqui.*

Qui igitur virtutem à natura esse volunt, his fere argumentis mouentur. I. Aristoteles sexto Ethic. videtur dicere mores inesse à natura; ita enim scribit, πᾶσι γὰρ δοκεῖ ἕκαστα τῶν ἠθῶν ὑπάρχειν φύσει πως, καὶ γὰρ δίκαιοι, καὶ σωφρονικοὶ, καὶ ἀνδρεῖοι, καὶ τ' ἄλλα ἕξομεν εὐθὺς ἐκ γενετῆς. *II. Multi sapientissimi homines dixerunt, virtutem nihil esse aliud, quam naturam, vt Cicero cum alibi, tum apertissimè primo de legibus, his verbis.* Est autem virtus nihil aliud, quam in se perfecta, & ad summum perducta natura. *III. Omnium Philosophorum sententia summum bo-*

Digitized by Google

num est ex natura viuere, quod ita expressit Cicero in eo, quem modo dixi libro. Et certe ita se res habet, vt ex natura viuere, eximium bonum sit. Itaque naturam vocant optimam ducem, & optimam magistram viuendi, & eam qui sequuntur, nunquam aberrare. *Atq; id etiam oraculo comprobatum dicitur. Et sæpe ait Cicero, nisi prauis opinionibus à rectitudine abduceremur, fore, vt ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. IV. Et refertur Musonij dictum.* ἄγει γὰρ ἡ ἑκάστου φύσις ἕκαστον, πρὸς τοῦ ἀρετοῦ τοῦ ὀικείου.

Aristoteles tamen hoc loco apertè negat eas inesse à natura, idq; multis argumentis docet. Neq; desunt argumenta, quibus probabiliter ostendatur eam doctrinæ comparari. Primum, quod optimi Poëtæ ita sæpe de ea loquuntur, vt de re, quæ doceri, disciq; possit. Vt Theognis, cum ait, ἐσθλὼν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ διδάξεαι. *Et Virgilius.*

Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos;
idemq; alio loco:

Disce puer virtutem ex me, verumq; laborem.

Et idem significasse videtur Horatius his versibus.

Feruet auaritia, miseraq; cupidine pectus,
Sunt verba, & voces quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? sunt certa piacula, quæ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator,

Nemo

Digitized by Google

Nemo adeo ferus est, vt non mitescere possit
Si modo culturæ patientem commodet aurem.

Cicero quoque lib. 10. epistolarum, ad Atticum ait, sibi persuaderi non posse, quin virtus sit διδακτόν. *Et inter opuscula Plutarchi, libellus quidam est hoc argumento,* ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετὴ. *Adde Laërtij locum in Zenone,* Δικακτήν τε εἶναι αὐτὴν, λέγω δὲ τὴν ἀρετήν. Καὶ χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τέλους φησὶ, καὶ κλεάνθης καὶ ποσειδώνιος ἐν τοῖς προτρεπτικοῖς, καὶ ἑκάτων. ὅτι δὲ διδακτήσειν δῆλον ἐκ τοῦ γίνεσθαι ἀγαθοὺς ἐκ φαύλων. *Adde quod aut huius ipsius disciplinæ aliquis vsus est, aut nullus: si nullus, quid in ea tempus frustra cõterimus? si aliquis, quis tandem, nisi vt bonos efficiat? Atq; hoc è secundo cap. huius libri colligi potest.*

Sed tamen, & multa dicuntur apud Platonem, tum in Protagora, tum in Menone, cur virtus διδακτὸν *non sit, & ex eo apertè intelligitur, quod longe aliud est de virtute disputare, aliud virtutem exercere, & quod olim de Atheniensibus dictum est, eos* scire quidem, quæ facienda essent, sed facere nolle. *Idem de magna parte hominum dici potest. Et cap. 4. huius libri quiddam Aristoteles dicturus est, quod ad hanc rem valde pertinet.*

Nunc, vt, quid hac tota de re vere dici possit, breuiter tradamus, tenenda est hæc sententia. Ad virtutem nos natura gignit, doctrina excitat, cõsuetudo perducit. *Non est enim dubium, quin semina, & igniculi quidam virtutum insint nobis à natura, vsque eo, vt naturali quadam inclinatione aliũ ad alias vir-*

Digitized by Google

tutes propensiorem esse videamus. Atq; hac de re loquitur Aristoteles lib.6.& illa principia virtutes naturales, aut virtutes inchoatas vocat. Sed semina illa facile eliduntur nisi excolantur; igniculi illi facile extinguũtur, nisi foueantur. Ad naturam igitur doctrina accedat necesse est, vt à teneris, quemadmodum Græci dicunt, vnguiculis, doceatur puer, quæ honesta sint, quæq; turpia; quæ amare, ac persequi, quæ odisse, atq; auersari debeat, vt assiduè aures illius honestatis, & officij præceptis circumsonent, vt eos libros diligenter euoluat, quibus bene viuendi ratio traditur, vt eas historias perlustret, quibus res à magnis, & præclaris viris gestæ continentur, vt tenerum pectus, paulatim magis, ac magis ardore quodam imitandi ea, quæ celebrari videt, incalescat. Colloquatur etiam iisdem de rebus cum æqualibus suis, & multo etiam magis, multoq; sæpius cũ grauibus, ac bene moratis senibus, quorũ voces, & consilia nõ auribus tantũ, verumetiam animo cõbibat, ad quorum se præcepta cõponat, quorũ reuereatur auctoritatẽ. Basilius, ἡ γὰρ πρὸς τοὺς φαύλους τῶν λόγων συνήθεια ὁδός τίς ἐστιν ἐπὶ τὰ πράγματα. Vt enim verè dictũ est à Menandro, prauis sermonibus bonos mores corrumpi, *quẽ versum S. Paulus epistolæ cuidam suæ intexere dignatus est; ita non est dubium, quin graues, & honesti sermones multũ valeant ad animos, ad virtutẽ excitandos. Iubeatur etiam puer ille, quem ad virtutem formamus, atq; instituimus, inspicere in hominũ vitã, & aut à patre, aut à magistro, aut à bono, & prudenti amico admoneatur, quæ exempla fugere, quæ se-*

qui

Digitized by Google

qui debeat. Antigenidem olim musicum celebrem aiunt perducere solitum discipulos suos, & ad audiendos eos, qui bene canerent, & ad eos, qui male, eisq; dicere, Ita canere oportet. *Et Seuerus ille senex ex Adelphis eandem à se rationem in filio instituendo teneri ait.*

Nihil prætermitto, inquit, *consuefacio, denique*
Inspuere tanquam in speculum in vitas omnium
Iubeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi.
Hoc facito, hoc fugito, hoc laudi est, hoc vitio datur.

Et Horatius eodem se modo à patre institutum ait, cuius versus, quoniam sunt pulcherrimi, & optimè ostendunt, quomodo doceatur virtus, recitare non grauabor

Insueuit pater optimus hoc me
Vt fugerem, exemplis vitiorum quæq; notando.
Cum me hortaretur parce, frugaliter, atque
Viuerem vti contentus eo quod mi ipse parasset.
Nonne vides Albi, vt male viuat filius? vsque
Barrus inops, magnum documentũ, ne patriam rem
Perdere quis velit, à turpi meretricis amore,
Cum deterreret, Sectani dissimilis sis,
Ne sequerer mœchas concessa cum Venere vti
Possem: deprensi non bella est fama Treboni
Aiebat sapiens: visato, quidq; petitum
Sit melius, causas reddet tibi, mî satis est, si
Traditum ab antiquis morem seruare, tuamq;
Dum custodis eges, vitam, famamq; tueri
Incolumem possim, simul ac durauerit ætas,
Membra animumq; tuum nabis sine cortice, sicme

Digitized by Google

Formabat puerum dictis, & siue iubebat
Vt facerem quid: habes auctorem, quo facias hoc.
Vnum ex iudicibus selectis obiiciebat:
Siue vetabat, an hoc inhonestum, & inutile factum
Nec ne sit addubites, flagret rumore mali cum
Hic, aut ille? auidus, vicinum funus vt ægros
Exanimat, mortisq́; metu sibi parcere cogit.
Sic teneros animos aliena opprobria sæpe
Absterrent vitiis.

Ac ne poëtas modo id dicere putetis, indicabo ex quo fonte tum Terentius, tum Horatius illam docendæ virtutis rationem hausisse videantur. Plato igitur in Protagora eam & tradit, & commendat his verbis: Επειδὰν θάττον συνίητϊς τὰ λεγόμενα, καὶ τρόφος, καὶ μήτηρ, καὶ παιδαγωγὸς, καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ περὶ τούτου διαμάχονται ὅπως ὡς βέβλιστος ἔσται ὁ παῖς παρ' ἕκαστον, καὶ λέγον, καὶ ἔργον, διδάσκοντες, καὶ ἐνδεικνύμενοι, ὅτι τὸ μὲν δίκαιον, τὸ δ' ἄδικον, καὶ τόδε μὲν καλὸν, τόδε δὲ αἰσχρὸν, καὶ τόδε μὲν ὅσιον, τόδε δὲ ἀνόσιον, καὶ τάδε μὲν ποίει, τάδε δὲ μὴ ποίει. *Sic Lacedæmonij solebãt Helotas, quibus pro mancipiis vtebantur, ebrios in conuiuiis liberis suis proponere, vt alieno exemplo pueri auerterentur ab ebrietate, cum viderent quanta in ea inesset turpitudo. Sic Socrates suadebat adolescentibus, vt cum ira excanduissent inspicerent se in speculo, vt cum viderent quantam oris distortionem, ac deprauationem efficeret ira, ex eo intelligerent, maiorem etiam in animo fieri. Sic Zeno sæpe ducebat discipulos suos ad audiendos musicos, & iubebat eos cogitare, cum tam pulchra existeret harmonia ex vocum, fidiumq́;*

Digitized by Google

diumq; concentu, quanto pulcrior esset illa, quam efficerent partes animi rationi obedientes, & inter se concinentes, ac consentientes. Ita igitur docetur virtus tradendis praeceptis & exemplis proponendis, estque virtus quodammodo διδακτὸν, rectéque Persae ei ex liberis regiis, qui maximus esset natu, & mortuo patre regnaturus, adhuc puero virtutis magistros dabant. Ita enim tradit Plato in Alcibiade primo quatuor ei magistros ex omni Persarum gente delectos solitos dari, vnum, qui sapientissimus, alterũ, qui iustissimus, tertium, qui temperantissimus, quartum, qui fortissimus videretur. Primus docebat eum, quomodo Deus colendus esset, & quod esset regis officium. Secundus, vt vera semper diceret, neque vlla re ad mentiendum adduceretur. Tertius frenandas esse cupiditates, seruos enim esse omnes, qui sequerẽtur voluptatem. Quartus fortiter subeunda esse pericula, & honestam mortem turpi vitae anteponendam. Ergo & inchoatur à natura virtus, & doctrina promouetur. sed haec duo nihil efficiunt, nisi accesserit consuetudo. Quare vt summatim totam hanc disputationem comprehendamus, virtutis principia naturae debentur, doctrinae progressus, cõsuetudini perfectio. Nunc Aristotelem audiamus.

IN CAPVT II.

Ἐπεὶ δὲ] *Huius capitis summa est; cuiusmodi esse debeant actiones, quae gignendae virtuti efficienter antecedunt. Initio autem ait necessario hic disputandum*

esse

Digitized by Google

esse de actionibus, quod hæc Philosophiæ pars, non vt cæteræ, ad cognitionem referatur, sed ad actionem. Ait ὃ διωείας ἕνεκα. quædam discimus tantum vt sciamus, non etiam vt agamus, qualia sunt illa, quæ canit Iopas apud Virgilium,

Vnde hominum genus, & pecudes, vnde imber, & ignes,
Quid tandem oceano properent se tingere soles
Hiberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.

Et quæ Horatius complectitur his versibus:

Quæ mare compescāt causæ, quid temperet annum,
Stellæ sponte sua, iussæúe vagentur, & errent.
Quid premat obscurum lunæ, quid proferat orbem,
Quid velit, &, possit rerum concordia discors.

Atque eiusmodi omnia damnabat Socrates, eosque, qui in eis multam operam ponerent, insanire dicebat, tribus argumentis quæ leguntur apud Xenophontem 1. ἀπομνημονευμάτων. Quædam alia discimus, non tantum, vt intelligamus, sed multo etiam magis, vt exerceamus, cuiusmodi sunt, quæ in morali, & politica philosophia traduntur. ὃ γὰρ ἴν' εἰδῶμεν. Nihili enim est virtutis cognitio, nisi eam eiusdem exercitatio consequatur, vt multis locis tradit Aristoteles, quorum aliquot & citantur, & tractantur pulcherrime à Themistio in oratione, qua gratias agit Imperatori, à quo in senatu laudatus fuerat, ipsumque Imperatorem vere Philosophum esse ostendit. Imo vero turpior etiam, & maiori reprehensione dignus videtur is, qui virtutem nouerit, deque ea splendide, ac magnifice disserat, nihilominus

tamen

Digitized by Google

tamen in cœno vitiorum volutatur: vt græci dicunt, ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκε βυβρύων.

Πῶς πρακτέων αὐτὰς] *Græci, ac præcipue Attici talibus eiusdem vocis repetitionibus gaudent.* πράττειν πράξεις, *vt hic, & statim* λόγος λέγεσθαι μέμφεσθαι μέμψιν. *Aristoph.* μέμψιν δικαίαν μέμφομαι ταύτην. ὀνειδίζων ὄνειδος. *Eurip.* καὶ γέ μοι τ' ὄνειδος ἐξωνείδισας. *Sic* κινᾷν νίκην, βιοῦν βίον, *& similia. Latini eos in quibusdam imitantur, vt cum dicunt, ludum lude. Terentius:*

Quia consimilem iam olim luserat ille ludum.

Horatius:

Fortuna sæuo læta negotio &
Ludum insolentem ludere pertinax.

Sic viuere vitam. Terentius:

Nam ego vitam duram, quam vixi adhuc
Prope iam excurso spacio mitto.

Gaudere gaudium. Idem:

Nam hunc scio mea solide solũ gauisurũ esse gaudia.

Dolere dolore. Virgilius:

Et nostro doluisti sæpe dolore.

Quanquam hoc quidem paulo aliud est. sed hoc loco dicere non possumus, quomodo agẽdæ sint actiones, *potius* quomodo suscipiendæ, *aut* quomodo obeundæ. *Lambinus exercendas dixit, quod loquendi genus & barbarum esse, & ineptum puto.*

Τὸ μὲν οὖν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον] *Commune hoc inquit est omnibus actionibus, quæ ad virtutem gignendam quasiq́ procreandã valẽt, quod eas rectæ rationi consentaneas, ac conuenientes esse oportet, nam si aliæ forent,*

vitium,

Digitized by Google

vitium, non virtutem gignerent. sed quomodo poterit rectæ rationi conuenienter agere is, qui nondum rectæ rationis vsum consecutus est, vt puer: aut is, in quo præter naturam ratio ancillatur, & seruit cupiditati, vt vitiosus? Respondendum est idcirco pueris magistros, & monitores dari, vt qui suo consilio nondum valent, alienum sequantur, donec in ipsis procedente ætate, & vsu rerum recta illa ratio adolescat. Vitiosi quoque possunt recte monentibus parêre, donec paulatim excutiant iugum cupiditatis. Et præterea vix vnquam ita oppressa est in homine ratio, vt non aliquo modo videat, quid rectum sit; cum autem libera sit in eo voluntas, paulatim potest abducere se à vitio, & ad honestas actiones animum applicare. Cum autem duo sint, quæ impediant homines à virtute, difficultas quædam, & molestia, quæ videtur inesse in honestis actionibus, & voluptatis titillatio, quæ turpes actiones plerumque comitatur, assuefaciendo se ad honeste agendum, vtrique incommodo subuenitur; nam & quæ initio dura, & difficilia videntur, molliora in dies, & faciliora fiunt, & viri facti spernimus eos cibos, quibus pueruli capiebamur; ita virtute confirmatus, & corroboratus animus omnes turpium voluptatum illecebras facile respuit: magna est enim vis consuetudinis, rectéq; dicebat Euenus, vt est in septimo horum librorum eam τελευτῶσαν φύσιν εἶναι. *Itaque Socrates admonebat adolescentes, vt sibi proponerent eam vitam, non quæ suauissima videretur, sed quæ honestissima esset, eandem enim adhibita consuetudine suauissimam fore. Consue-*

tudo

Digitized by Google

tudo enim, vt ait Lucretius, concinnat amorem. *Et constat illius incredibilem quandam esse vim in omnibus animi partibus. In ea, qua alimur, vt constat ex iis, qui longo vsu assecuti sunt, vt venenis non modo non læderentur, sed etiam alerentur quod de Mithridate legitur, in quem Martialis.*

Effecit poto Mithridates sæpe veneno, &c.

In sensibus enim, vt pictores, & musici ostendunt, quorum illi primo aspectu multa vident, quæ omnes alios fallunt, hi sentiunt etiam minima vocum discrimina, quæ percipere nullus, nisi qui habet aures exercitatas, potest. In mente denique ipsa. Vnde qui mendaciis assueti sunt, facile eis tanquam veris assentiuntur, vt est in primo minore τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ.

Ὑποκείσθω] *si hoc rectum est, significat*, differatur in alium locum. *sed & scholiastes græcus, & omnes Latini legunt.* ὑποκείσθω, *idq; melius videtur.*

Ὕστερον] *nimirum lib. 6.*

Πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετὰς] *multi libri veteres*, πρὸς τὰς ἀρετὰς, *quod probo, nomine enim*, τῶν ἀρετῶν, *hîc* αἱ ἀνθικαὶ *tantum intelliguntur.*

Ἐκεῖνο δὲ] *Repetit id, quod sæpe iam dixit, subtilitatem in his rebus exigendam non esse.*

Ὑπὸ παραγγελίαν] *præceptum, rara vox, & cuius non multa exempla reperias.*

Πίπτει] *in aliis libris* ὑποπίπτει, *idq; aliquanto venustius videtur.*

Τὰ πρὸς τὸν καιρὸν] *videre quid tempus postulet.* οὐ γὰρ μόνον λέγειν χρὴ τὰ καίρια. ὡς ὁ αἰσχυλός φησιν, ἀλλὰ καὶ πράτ-

Digitized by Google

πράττειν. *Et præclare Sophocles in Electra.* Καιρὸς ἀνδράσι Μέγιστος ἔργου παντός ἐστ' ἐπιστάτης. *Et Anaxarchus.* Χρὴ δὲ καιροῦ μέτρα εἰδέναι. Σοφίης γὰρ αὐτὸς ὅρος.

Ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς ἔχει, καὶ τῆς κυβερνητικῆς] *Artium quædam constant præceptis necessariis, & immutabilibus, vt grammatica, & geometria: quædam iis, quæ pro temporum ratione mutantur, vt ars imperatoria, ars dicendi, ars medendi, ars gubernandarum nauium. Nam & Imperator modo explicat copias, modo contrahit, modo aperto marte, modo ex insidiis rem gerit, modo simulat metum, modo dissimulat, modo planitiem, & aperta loca, modo saltus, & angustias, & aspera montium petit, prout tempus postulare arbitratur. Et orator pro locorum, temporum, auditorum varietate artificium suum mutat; & medicus in curando, sexus, ætatis, virium, consuetudinis, temperaturæ, regionis, tempestatis, anni maximam rationem habeat necesse est; & gubernator non semper eum cursum, quem cœpit, tenet, sed interdum remigat, interdum vela facit, sæpe etiam mutata velificatione eum, quo intendit, portum consequitur. Atq; hoc est, quod ait Plato lib. 6.* Πολιτείων, ὅτι ἀνάγκη αὐτῷ τὴν ὑπεμέλειαν ποιεῖσθαι ἐνιαυτοῦ, καὶ ὡρῶν, καὶ οὐρανοῦ, καὶ ἄστρων, καὶ πνευμάτων, καὶ πάντων τῶν τῇ τύχῃ προσηκόντων, εἰ μέλλει τῷ ὄντι νεὼς ἀρχικὸς ἔσεσθαι. *Et Cicero in epistola ad Lent.* In nauigando tempestati obsequi artis est. *Talia igitur huius quoque disciplinæ præcepta esse ait. Obseruaui autē sæpe à magnis scriptoribus coniungi has duas artes in comparationibus, artem medendi, & artem regenda-*

Digitized by Google

gendarum nauium, vt hic ab Aristotele, & Cicerone 3. de finibus. Nec enim gubernationi, aut medicinæ similē sapientiam esse arbitramur. *Et paulo post:* Inscite autem medicinæ, & gubernationis vltimum cum vltimo sapientiæ comparatur. *Et apud Horatium:*

Nauem agere ignarus nauis timet, abrotonum ægro
Non audet, nisi qui didicit, dare.

Et apud Quinctilianum lib. 2. Nam & gubernator vult salua naue in portum peruenire, si tamen tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dicitq; notum illud, dum clauum rectum teneam. Et medicus sanitatem ægri petit, si tamen aut valetudinis vi, aut intemperantia ægri, alióue quo casu summa nō contingit, dum ipse omnia secundum rationem fecerit, medicinæ fine non excidit. *Et Cyrus quidam rhetor in libello* περὶ διαφορᾶς στάσεως. ἐξηπάτησα μὲν ἀλλ' ἐπὶ συμφέροντι. ὡς οἱ ἰατροὶ, καὶ οἱ κυβερνῆται εὐθυμίας ἕνεκα τῶν ὑπὸ τεταγμένων. *Et Maximus Tyrius.* ἐν τῷ εἰ μαντικῆς ὄσης ἔστι ἐφ' ἡμῖν. οὕτω καὶ ἰατρὸς νοσοῦντα ἐξαπατὰ, καὶ στρατηγὸς στρατόπεδον, καὶ κυβερνήτης ναύτας.

Πρῶτον οὖν] *Explicat apertius, quod supra dixerat, actiones rationi cōsentaneas esse debere: docet enim eas tales esse, quæ moderatæ sint.* ὁ γὰρ ὀρθὸς λόγος τοῦ μέσου, ἤτοι τοῦ μετρίου στοχαστικός ἐστιν. *Vt alio loco dicetur, ostendit autem exemplis ductis à robore, & à bona valetudine, immoderationem ad omnia corrumpenda, mode-*

Digitized by Google

rationem ad omnia conseruanda aptissimam esse, μετρὸν δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον, ait Hesiodus.

Φθείρεσθαι δεῖ γὰρ] *meliori ordine leguntur hæc in quibusdam antiquis codicibus, & constat Argyropylum ita legisse,* φθείρεσθαι ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἰσχύος, καὶ τῆς ὑγιείας ὁρῶμεν. δεῖ γὰρ, &c.

Οὐ γὰρ] *idem & iisdem verbis lib. 1. magnorum moralium, vbi etiam hunc locum fusius explicat, & ornatius tractat. Multa etiam in eandem sententiam disputat Socrates apud Platonem in dialogo, qui vulgo inscribitur* ἐρασταὶ, *cùm inscribi debeat* ἀντερασταὶ.

IN CAPVT III.

Σημεῖον δὲ] *Cum superiori capite docuisset habitum frequentātis eiusdem generis actionibus comparari, proximum videri poterat, vt doceret: quàm multæ actiones, aut quam longum tempus requireretur ad habitum comparandum, sed cum id certo definiri non queat, docet quo signo, atque indicio intelligere possimus, hunc aut illum habitum perfectum iam in animo, & absolutum esse. Id autem est, ea voluptas, isq́ dolor, qui ex actionibus ipsis oritur, easq́ comitatur. Nam qui à corporeis voluptatibus abstinet, eoq́ ipso gaudet, temperans est; at qui, cum eis caret, angitur animo, easq́ absentes cogitat, atque desiderat, illum vere ac meritò dixeris intemperantem. Eadem cognoscendæ, atque explorandæ fortitudinis ratio. Nam qui subit, cum occasio fert, ea, quæ cæteros terrent, idq́ cum quadam ala-*

critate

Digitized by Google

critate animi, aut certè sine molestia facit, scias eum fortem, & magno animo præditum esse: at cui, cum periculum aliquod adeundum est, Refugit, *vt ait poëta,* timido sanguen, atque exalbescit metu, *hunc nos ex albo virorum fortium expunctum, inter ignauos decuriandum esse censemus.*

Ἡ μὴ λυπούμενός γε] *Cum multa in Aristotele laudanda sunt, tum illud vel maxime, quod rationem philosophandi suam ad veritatem, & ad naturam quam maxime accommodauit; cæteri magna ex parte admirationem sui in vulgus excitare voluerunt, & dum noua, inaudita, admirabilia afferrent, quam vera dicerent, interdum non magnopere laborarunt. Huic nostro nihil veritate prius, nihil potius, nihil antiquius fuit: Cæteri sæpe pro veris speciosa consectati sunt, hic quæ vera essent, semper eo ipso satis speciosa esse iudicauit. Id adeo vel hoc ipso ex loco intelligi poterit, si, quod hic dicitur, cum iis, quæ ab aliis philosophis eadem de re dicta sunt, conferatur. Alij tantam vim virtutis esse voluerunt, vt in quo ea esset, eum in rota, in equuleo, in maximis denique, & exquisitissimis tormentis ac cruciatibus non modo non doliturum, sed gauisurum etiam, & tanquam in rosa, aut viola mollissime substrata accubaret, magnam quandam ex eo voluptatem sensurum prædicarent. At quis homo huius tam duræ, tam seueræ, tam rigidæ sententiæ auctor fuit? Expectatis, vt Epictetum vobis aliquem, aut Anaxarchum, aut Antisthenem proferam? Epicurus ipse voluptariorum pater, voluptatis assertor, eneruator Philosophiæ, cuius*

Digitized by Google

pleraeque disputationes in ganea, aut in popina natae videntur, non in schola, cuius is sermo est, vt in visceribus, ac medullis summum bonum condidisse videatur, ipse inquam Epicurus, *cui dolor vltimum malorum omnium est, sapientem, si in* Phalaridis *tauro subiectis ignibus torreatur, dicturum ait,* quam hoc suaue est? quam hoc non curo? *Quod quidem ita mihi absurdum, atque alienum videtur, vt non semel dubitauerim, iocóne an serio illa scripsisset* Epicurus. *Melius & verius Aristoteles, qui cum hanc quasi notam tradidisset nobis, qua virtute praeditos ab iis, qui ea carerent, dignosceremus, quod in quibus virtus est, ij alacriter, atque hilare munia virtutis obeant; intelligeretq; nonnullas eiusmodi esse fortium virorum actiones, quibus voluptas, ipsa repugnante natura comitari non potest, moderationem quandam adhibuit, satis esse dicens, in eiusmodi actionibus ad fortitudinis laudem, si sine tristitia, & contractione animi obeantur.* Non enim gaudebat Anaxarchus, *cum in mortarium iussu* Nicocreontis Regis *coniectus pistillis ferreis tunderetur, neq; cum illam ederet nobilissimam vocem,* tundite, tundite Anaxarchi saccum, Anaxarchum ipsum tundere non potestis, *significabat gratos sibi, & suaues esse illos ictus, sed nullam esse tantam vim doloris, quae deiicere se à gradu fortitudinis, &* Constantiae *posset:* Non gaudebat Mucius, *cum spectante, & obstupescente* Porsenna *dextram manum suam lento igne immotus combureret, sed vt hosti potentissimo metum incuteret, patriamque graui obsidione liberaret, doloris acerbitatem*

Digitized by Google

tem ratione, ac virtute superabat. Non gaudebant Decij, cum se in armatos hostium globos certi mortis immitterent, non Regulus, cum à Carthaginensibus exquisitissimo supplicij genere necaretur; sed quod etiam fortissimis viris satis est, & mortem & cruciatum omnem, præ virtute, atque honestate contemnendum esse ducebant. Hoc igitur est, cur Aristoteles, cum dixisset fortem esse eum, qui gaudens exciperet, ac perferret ea, quæ suapte natura terribilia essent. Additur,

Ἃ μὴ λυπούμενός γε] *qua de re lib. 3. copiosius disputaturi sumus. Sequitur,*

Περὶ ἡδονὰς γὰρ καὶ λύπας] *&c. Omnis enim inquit vis virtutis in voluptatibus, atque in molestiis cernitur, neq; vlla re magis interest bonus vir ab improbo, quam quod ille honestis gaudet, hic turpibus, illum turpia offendunt, hunc voluptate perfundunt. Hoc autem τῷ ἀρετῷ ἕπεται περὶ ἡδονὰς, καὶ λύπας, probat 7. argumentis, quæ ordine explicabimus.*

Διὰ μὲν γὰρ τὸ ἡδονῷ] *Omnes homines natura ad honestatem feruntur, turpitudinem auersantur & refugiunt: sed in honestis actionibus admista plerumque quædam voluptatis illecebra nos in fraudem inducit: quædam contra molestia, & difficultas honestis actionibus addita nos ab eis deterret, & abducit. Atque hoc est, quod Plato voluptatem vocat δέλεαρ κακῶν, quodq; Archytas Tarentinus dicere solebat,* nullam capitaliorem pestem, quam corporis voluptatem hominibus à natura datam, cuius voluptatis auidæ libidines temere, & effrenate ad po-

Digitized by Google

tiundum incitatetur. Hinc patriæ proditiones hinc rerumpub. euersiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci: nullum denique scelus, nullum magnum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret. Stupra vero & adulteria, & omne tale flagitium nullis aliis illecebris excitari nisi voluptate; cumque homini siue natura, siue quis Deus nihil mente præstabilius dedisset, huic diuino muneri, ac dono nihil tam esse inimicum, quam voluptatem; nec enim libidine dominante temperantiæ locum esse, nec omnino in voluptatis regno virtutem posse consistere. *Hæc Ciceronis è libro de senectute verba recitare visum est, quod mirifice meo quidem iudicio illustrant id, quod hic ab Aristotele dicitur, voluptatem peccandi illecebram esse. Ac plena est exemplorum tum historia, tum communis vita, ex quibus luce clarius perspici potest, homines ad flagitia voluptate incitari, ab honestis actionibus difficultate, & molestia auocari. Est autem hoc primum eorum, quæ dixi, argumentum totum. Virtus in iis rebus moderandis, ac dirigendis versatur, quæ homines aut ad flagitia impellunt, aut à rectè faciendo absterrent: talia autem sunt voluptas, & molestia: igitur περὶ τούτων ἡ ἀρετή.*

Διὸ δεῖ ἠχθαί πως] *Quocirca inquit cum tantam vim habeant voluptas, & molestia, ita statim à puero institui, atque assuefieri oportet eos, qui virtute excel-*

Digitized by Google

lere meditantur, vt gaudeant, vtque offendantur iis rebus, quibus oportet. Nam ea demum, vt ait Plato, recta institutio est. Hoc autem totidem verbis apud Platonem non memini me legere, sed primo νόμων, quo in libro περὶ τῆς ὀρθῆς παιδίας disputat, quiddam dicit ab hoc loco non alienum. Duos enim fontes ait esse à natura ipsa apertos, voluptatem, & dolorem, ex quibus qui hauriunt, qua parte oportet, & quomodo, & quantum oportet, & publice, & priuatim, beatos esse, qui inscienter, & non habita ratione temporis, miseros. Sed propius accedit ad id, quod hoc loco ab Aristotele dicitur, dictum cuiusdam Laconis, quod legitur apud Plutarchum in commentario, quo contendit, virtutem doceri posse. Is enim Laco interrogatus, quid conferret iis pueris, qui sibi in disciplinam traderentur: efficio, *inquit,* vt quæ honesta sunt, eadem ipsis iucunda sint.

Ἔτι δὲ] *Secundum argumentum. Si virtus in actionibus, & in animi motibus occupata est, sequitur vt & iis versetur in rebus, quæ omnem actionem, omnemq́ animi motum consequuntur. Nulla autem est actio, nullus animi motus, quem non aut voluptas, aut molestia consequatur. Quare cum in illis versetur virtus, in his quoque eam versari cerníque dicendum est. Omnes autem actiones aut voluptati esse, aut molestiæ satis per se notum videtur. Illud de permotionibus animi, quod non ita perspicuum est, perpurgabitur, accurateq́ tractabitur à nobis explicatione cap. 5.*

Digitized by Google

Μιμήσεσι δὲ καὶ κολάσεις] *Quod est morbus in corpore, id est vitium in animo: & quemadmodum medicamenta sanãdis corporibus reperta sunt, ita ad sanandos animos pœnæ legibus in eos, qui vitiose quippiã fecerint, constitutæ. Cũ igitur contraria contrariis curentur, & ad sanãdos animos adhibeatur aut aliquid, quod dolorem inurat, vt cum pueri verberantur à magistro: aut voluptatis alicuius detractio, vt cum iisdem interdicitur lusu, aut, cum, qui se inebriarunt, iubentur dies aliquot à vino abstinere, probabiliter ex eo colligi potest, eos, qui peccant, eo ad peccandum adduci, quod aut molestiam aliquam fugiant, aut voluptatem aliquam persequantur. Ex quo consequitur id, quod probare volumus, virtutem quoque in voluptatibus, molestiisq; versari. Atque hoc tertium est eorum, quæ dixi, argumentorum. In quo sunt quædam præterea, quæ notanda videantur. Primum illud, pœnas, & animaduersiones cum medicamentis comparari, & eos, qui pro peccatis pœnas exigunt, videri medicinam facere eis, quos puniunt, qua de re eloquenter, & copiose disputat Socrates apud Platonem in Gorgia, eaq; in disputatione vsque eo progreditur, vt quod admirabile multis, & inauditum videri potest, affirmet, ostendatq;, vt ei, qui morbo aliquo laborat, melius, optabiliusq; est, curari, quam non curari; ita ei, qui peccatum aliquod in se admisit, magis optandum esse, vt pœnas luat, quam vt impune abeat. Et vt ij, quibus aliqua pars corporis vitiata, ac corrupta est, aut sua sponte vrendos se, ac secandos medicis præbent, quamuis id non sine magno eorum cruciatu, ac*

dolore

Digitized by Google

dolore fiat, aut si id ipsi facere nolint, malintq; morbum alere, ab amicis etiam inuiti traduntur medicis: ita qui peccarunt, si bene sibi consultum velint, debere suapte sponte, detegere peccatum suum, & indicare se iudicibus, & ad pœnam offerre, quod si id facere nolint, boni, ac viri amici officium esse, accusare amicum, eumq; tanquam in medicinam, ita ad iudicum subsellia etiam inuitum pertrahere, omniaq; conari, non vt elabatur ille, sed vt pœnas luat, quod tamen adhibita aliqua moderatione intelligendum puto.

Deinde illud quoque admonendi estis non quamlibet animaduersionem, ac pœnam medicinæ similem esse, sed eam tantum, quæ proprie à Græcis κόλασις, id est, castigatio, *dicitur, qua voce Aristotelem hîc vsum videtis, puniendis enim peccatis tres esse debere causas existimatum est. Vna est, quæ νουθεσία, vel κόλασις, vel παραίνεσις dicitur, cum pœna adhibetur castigandi, atque emendandi gratia, vt is, qui deliquit, attentior fiat, correctiorq;. Altera est, quam ij, qui vocabula ista curiosius diuiserunt, τιμωρίαν appellant. Ea causa animaduertendi est, cum dignitas, auctoritasq; eius, in quē est peccatum, tuenda est; ne prætermissa animaduersio contemptum eius pariat, & honorem eleuet, Iccircoque ei vocabulum à conseruatione honoris factum esse putant. Tertia ratio vindictæ est, quæ παράδειγμα à Græcis nominatur, cum punitio vropter exemplum est necessaria, vt cæteri à similibus peccatis quæ prohiberi publicitus interest, metu cognitæ pœnæ deterreantur. Iccirco veteres quoq; nostri* exempla *pro maximis,*

Digitized by Google

grauissimiq; pœnis dicebant. Hæc è primo lib. commentariorum Tauri Philosophi in Gorgiam Platonis commemorat A. Gellius c. 14. lib. 6.

Postremo, ne illud quidem prætermittam, quod hic ab Aristotele dicitur, contraria contrariis curari, *in medicorum scholis tritum, ac celebratum esse, & tradi ab Hippocrate, tum aliis in locis, tum aphorismo 22. sect. 2.*

Ἔπ ὡς καὶ τέταρτον] Quartum hoc argumentũ est. Docuimus, inquit, primo cap. huius lib. omnẽ habitum animi, quibus ex rebus efficitur, siue melior, siue deterior, iisdẽ in rebus versari, posteaquã effectus est, exempli gratia, tractandis pecuniis aut liberales, aut auari, aut prodigi euadimus, ipsa quoque liberalitas, itidemq; auaritia, & profusio non alia in re, quã in pecuniarum tractatione versatur, & prout quisque assuefacit se ad subeunda, detrectandáue pericula, ita fortis aut ignauus euadit: ipsa quoque siue fortitudo, siue ignauia in periculis aut excipiendis, aut refugiendis cernitur. Cum igitur voluptatibus ac molestiis, hoc aut illo modo persequendis, fugiendiq;, aut comparetur virtus, aut vitiũ contrahatur, necesse est, vt vitium, ita virtutem in voluptatibus, molestiisq; versari. Assumptionem huius syllogismi satis duxit in vltimo ostendere. Satis enim è superioribus constat, quibus ex rebus efficitur vitium, ex iisdem, sed alio modo institutis, gigni virtutem. ἡ γὰρ αὐτὴ δύναμις τῶν ἐναντίων, ἡ ἐναντία, vt ait ipse lib. 2. de arte dicendi.

Ἡ αἱ μὴ δεῖ] Hæc vtraq; referenda sunt & ad voluptates,

Digitized by Google

ptates, & ad molestias. Consectantur enim quidam eas voluptates, quas non oportet, & eam, quæ ex commistione corporis cum aliena vxore percipitur, & fugiunt eam molestiam, quam non oportet, vt cum ardere se amore dicant, & impares esse ferendo dolori, quem capiunt, nisi fruantur eo, quod concupiscunt.

Η ὅτε ὑ δεῖ] *Vt si quis, cum de repub. deliberandum est, oblectare se, aut cythara velit: aut obsessa patria nolit pernoctandi sub dio, & excubias agendi molestiam ferre.*

Η ὡς ὑ δεῖ] *Vt si quis vxore legitima se oblectet secus, quam fas est, quod de Pisistrato scribit Herodotus lib. 1. aut à prædonibus captus, vitam suam aliqua turpitudine redimat.*

Η ὁσαχῶς ἄλλως] *Sunt enim aliæ quoq; πειςάσεις, quas recta ratio in omni actione obseruandas esse præscribit, de quibus suo loco agetur.*

Διὸ καὶ ὁείζονται] *Puto hoc quintum esse argumentum, quamuis aliis non ita videtur. Argumentari autem Aristotelem arbitror ab auctoritate eorum, qui dicebant, virtutes esse quasdam affectionum vacuitates. Nam illi quoq; ostendebant eas in compescenda, regendaq; voluptate, & molestia versari, cum omnem animi affectionem alterutrum ex his duobus consequatur. Hactenus igitur rectè sentiebant; sed in hoc minus recte, quod voluptatem, molestiam, cæterosque animi motus extingui prorsus, eradicariq; à virtute dicebant, neque vllam rem viro bono aut voluptati, aut molestiæ esse,*

cum

Digitized by Google

cum hæc non tollenda prorsus, sed ex rectæ rationis præscripto coërcenda, dirigenda, moderanda sint.

Διὸ καὶ ὁρίζονται] *Quos tandem hos fuisse dicemus? Num Stoicos? non desunt quidem, qui ita accipiant: sed eos historiæ imperitos esse constat. Stoici enim viuo Aristotele nulli fuerunt. Sed vt Epicurus è Democriti, & Eudoxi sententiis disciplinam suam concinnauit, ita non est dubium, fuisse aliquos è veteribus, qui sparserint semina earum opinionum, quas postea amplexati sunt Stoici. recteq; scholiastes Græcus,* ἰστέον δὲ, *inquit,* ὅτι καὶ πρὸ τῶν στωικῶν ἦν ἡ δόξα αὐτὴ, ἡ τὰς ἀρετὰς ἐν ἀπαθείᾳ τίθεισα. *Illos igitur significat. Vt autem alia pleraq;, ita hoc quoq; Stoicorum placitum absurdissimum est, & pugnat cum ipsa natura, quæ numquam illos animorum motus hominum generi inseuisset, si illi eradicandi, & euellendi, tanquam prorsus inutiles essent. Ac si hoc maximè fieri posset, tamen eum hominem, qui nulla re doleret, nulla lætaretur, neque irasceretur improbis, neq; vllius misericordia caperetur, nihil vmquam cuperet, nihil speraret, nihil metueret, truncum potius aliquem, ac stipitem, quã hominem putaremus. Talem prope traditum est fuisse Claudium Imperatorem pecudis, quam hominis similiorem. Neque tamen vllo modo fieri potest, vt affectiones ex homine radicitus euellantur. Lycurgum Thraciæ Regem accepimus, ne quis ex suis inebriaretur, vites omnes, quæ in Thracia erant, excidisse. Idem faciunt Stoici, quod affectionibus interdum impelluntur homines ad flagitia, & scelera, non moderandas eas, & ratione dirigendas, sed ab ipsis radi-*

Digitized by Google

radicitus extirpandas putant. At ne medici quidem id in corporibus faciunt. Non enim extinguendo prorsus calore, aut exhauriendo hoc, aut illo humore, sed temperandis, & ad mediocritatem perducendis omnibus bonam valetudinem efficiunt. Ac Stoici, vt fere in mendaciis accidit, pugnantia loquuntur. Nam & omnem commotionem animi peccatum esse dicunt, & omnia peccata æqualia. constat autem animi motus alios maiores esse, & alios minores; doluit morte Socratis Plato: doluit morte Cliti Alexander, at ille, vt cordatum virum, & perfectum Philosophum decebat, dolorem suum ratione compressit: hic vt præcipitis, & effrenati ingenij adolescens præ doloris impotentia manus sibi afferre voluit. Quis horum dolorem æqualem fuisse dicat? Nicocreon rex Cypri offensus Anaxarcho ob quædam liberius in se dicta, pistillis eum ferreis, vt heri dicebã, eum tundi, ac comminui iussit. Iratus de simili caussa Magas Philemoni Comico, tortori imperauit, vt nudum ensem ad collum illius admoueret, neq; vltra progressus, hominẽ saluum, incolumemq; dimisit. Tamennẽ horum iram æqualem fuisse censebimus? Sed satis hæc sint nunc quidem. Erit enim etiam alio loco docẽdum, ac confirmandum moderandas esse affectiones, non ex homine tollendas. Nunc persequamur cætera.

Ἀλλ' οὐχ ὡς δεῖ, καὶ ὡς οὐ δεῖ, καὶ ὅτε] *Vetus interpres legit* ἀλλ' οὐχ ὡς οὐ δεῖ, καὶ ὅτε οὐ δεῖ. *Arretinus* ἀλλ' οὐχ ὡς δεῖ. καὶ ὅτε. *Eodem modo Argyropylus, & Felicianus, cæteri vulgatam scripturã græcam secuti sunt, quam deprauatã esse arbitror. Superiorum vtramlibet ferri posse crediderim.*

Υπό-

Ὑπόκειται ἄρα ἢ ἀρετὴ] *Vtcumq; sit, inquit, siue optimum factu sit animi motus plane tollere, siue ad mediocritatem perducere, illud certe vt à nobis, ita ab ipsis quoq; ponitur, virtutem in voluptatibus, ac molestiis effectricem esse eius, quod optimum est: vitium autem contra.*

Γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν] *Sextum argumentum. Virtutem in eo præcipuè versari oportet, quod omnem hominem maximè impellit ad agendum: talis autem est voluptas: omnes enim fere actiones nostras voluptate, & molestia dirigimus. Igitur in voluptate, & molestia virtus præcipuè elaborat. Huius syllogysmi propositio per se nota est. Assumptionem multis modis confirmat. Primum, quod cum tria sint rerum expetendarum genera, honestum, vtile, iucundum: totidemq; fugiendarum, turpe, inutile, molestum, in iis omnibus recte segerit vir bonus; improbus autem male quidem in omnibus, sed præcipue in voluptate: deinde quod voluptas omni animantium generi communis, & adiuncta est iis omnibus, quæ expetuntur: nam & quæ honesta, & quæ vtilia sunt, eadem voluptatem pariunt, cum tamen multa iucunda sint, quæ neque honesta sunt, neq; vtilia. Deinde quod à puero vna cum omnibus nobis voluptatis sensus adoleuit. Nam honestatis quidem, & vtilitatis tum demum cognitionem assequimur, cum iam ætate processimus, at voluptatis etiam pueruli sensum habebamus, vt perdifficile sit quasi abstergere, eluere, eradere hanc affectionem, qua vita nostra penitus tincta est, quæq; in ea tam alte insedit; quin etiam cum*

volu-

Digitized by Google

voluptatem persequantur, ac molestiam fugiant alij magis, alij minus, nemo tamen est, qui non illis duobus actiones suas dirigat.

Αποτρίψασθαι] *quasi de colore aliquo locutus est, eademq; in metaphora perstitit, cum statim addidit* ἐγκεχρωσμένον.

Τὴν πᾶσαν πραγμάτειαν] τῇ ἀρετῇ δηλονότι. *Ita autem & vetus interpres, & Arretinus, & Argyropilus legunt. In aliis libris legitur* τὴν παροῦσαν πραγματείαν, *quam scripturam secutus est Felicianus, mihi, etsi non multum interest, tamen hæc nostra magis arridet.*

Οὐ γὰρ μικρὸν] *Eandem sententiã ita expressit principio lib. 10.* δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἤθους ἀρετὴν μέγιστον εἶναι τὸ χαίρειν οἷς δεῖ καὶ μισεῖν ἃ δεῖ.

Ἔτι δὲ χαλεπώτερον] *Septimum, ac postremum argumentum. Vt ars, ita & virtus in eo, quod difficilius est, cernitur. Difficillimum autem est in agendis rebus voluptati reniti, & eius blandimentis non commoueri, igitur in eo cernitur virtus. Ad hæc autem intelligenda, primum animaduertendum est, facilius esse quidlibet facere, quam idem illud bene facere, vt pingere, quã bene pingere, canere, quam bene canere, eodẽq; modo in cæteris. Ex iis igitur duob⁹, ars in eo, quod difficilius est, sita est, non. n. simpliciter canere, aut pingere, artis est, sed bene canere, beneq; pingere. Deinde si duo artifices idem præstent, eũ, qui in difficiliori materia idẽ efficiat, meliorem, ac præstantiorem artificem videri. Exempli causa eo quisq; melior musicus habetur, quo difficiliora*

facilius,

Digitized by Google

facilius, expeditiusq; modulatur. Atq; hoc est, quod ait Aristoteles τὸ οὖ ἐν τῷ χαλεπωτέρῳ βέλτιστον ἐστί). *Eademq; virtutum ratio est, vt cum bene, ac laudabiliter vterq; faciat, & qui pecunia ad iniuste iudicandum adduci non potest, & qui ne proposito quidem mortis metu, hunc tamen eo laudabiliorem esse ducemus, quo difficilius est vitam contemnere, quam pecuniam. Nunc syllogismi assumptionem consideremus, in qua primum de Heraclito ipso nonnulla dicam, deinde de dicto ipsius, quod hic ab Aristotele refertur: postremo de veritate eius, quod hic traditur.*

Heraclitus Ephesius de natura breuem libellum scripsit ita obscurum, vt ipse inde vocatus sit σκοτεινὸς, *id est, tenebricosus, cuius intelligendi cupiditate incensus Darius Persarum Rex, Heraclitum ipsum ad se per litteras pellicere conatus est, sed frustra. Magno enim & elato vir animo æque regis pollicitationes neglexit, atq; regnum hæreditarium antea neglexerat, fratriq; concesserat. Socrates, aut vt alij dicunt, Crates quidē dixit eum librum Delio natatore indigere, vt ne in eo mergeretur. De eo apud Ciceronem leguntur hi versus, quos suspicor esse Ennij,* vt ille σκοτεινὸς, Heraclitus cognomento qui perhibetur, quia de natura nimis obscure memorauit. *Lucretius eius auctoritatem valde eleuat, aitq;, eum tātum in pretio esse apud eos, qui obscura quam vera malunt, his versibus.*

Heraclitus init quorum dux agmina primus
Clarus ob obscuram linguam magis inter inanes,
Quando grauis Graios inter, qui vera requirunt,

Et

Digitized by Google

Et sane Plato quoq; in Theæteto breuiter exagitat Heracliteos, quod nihil explicarent, sed mera ænigmata loquerentur, quæ ne ipsi quidem satis intelligerent, atq; ita vulgo facerent fucum. Sed nimis multa de homine. In ipso autem dicto, quo de hic agitur, dissentio ab omnibus interpretibus, tam Græcis, quam Latinis, vnum veterem excipio; nam illi omnes putant Heraclitum dixisse, difficilius esse voluptati repugnare, quam iræ: ego autem puto eum dixisse tantum, difficile esse pugnare cum ira, Aristotelem autem accommodasse dictum illius ad sententiam suam hoc modo, Heraclitus dicebat, difficile esse pugnare cum ira, ego autem aio, difficilius esse pugnare cum voluptate, quam cum ira, ita vt illud καθάπερ φησὶν ἡράκλητος, non pertineat ad totam sententiam, sed tantum ad posteriorem partem illius, quæ est, ἢ θυμῷ, idcircoque ita hunc locum conuerterim. Difficilius etiam est pugnare cum voluptate, quã vt dicebat Heraclitus, cum ira. *Integrum autem Heracliti dictum est.* Θυμῷ μάχεσθαι χαλεπὸν. ψυχῆς γὰρ ὠνεῖται. *significatq; homines iratos mortem ipsam negligere, dum iram expleant. Et fortassis eodem respexit Horatius, cum dixit,*

Cruenta,

Per medias rapit ira cædes.

Et Plato 2. Πολιτειῶν *his verbis.* ἄμαχον, καὶ ἀνίκητον ὁ θυμὸς. *Hoc ipsum dictum ita commemorat Aristoteles* ἔοικε δὲ ἡράκλειτος λέγειν εἰς τὴν ἰσχὺν τοῦ θυμοῦ βλέψας, ὅτι λυπηρὰ ἡ κώλυσις αὐτοῦ. χαλεπὸν γὰρ φησὶ, θυμῷ μάχεσθαι, ψυχῆς γὰρ ὠνεῖται. *Vt autem hic Aristoteles*

ſtoteles accommodauit illud ad voluptatem, ita Plutarchus ad amorem, in dialogo, qui inſcribitur ἐρωτικὸς. ἔρωτι δὲ, *inquit,* μάχεσθαι χαλεπὸν ὀ θυμῷ καθ' Ἡράκλειτον. ὅτι γὰρ ἂν θελήσῃ, καὶ ψυχῆς ὠνεῖται, καὶ χρημάτων, καὶ δόξης. *Citat & hæc Stobæus, tanquam Democriti.* Θυμῷ μάχεσθαι μὲν χαλεπὸν, τὸ δὲ κρατέειν ἀνδρὸς εὐλογίστου. *Vt duo diſſimillimi Philoſophi (alter enim perpetuo riſu, alter perpetuis lachrymis philoſophatus dicitur) in hoc ſaltem conſenſerint, eandemq; ſententiam iiſdem verbis explicarint.*

Quamuis autem ira vehementiſſimos impetus habet, tamen multis modis confirmari poteſt, quod ait Ariſtoteles difficiliorem eſſe pugnam cum voluptate, quã cum ira. I. *Primum, quod magis naturalis eſt voluptatis cupiditas, quam ira. Nam voluptatem qui ſequitur, tendit ad aliquod bonum ſuum, qui iram, ad malum alienum. Magis autem nos impellit natura, vt nobis bene eſſe cupiamus, quam vt alij male.* II. *Deinde quod plura nobis, & frequentiora obiiciuntur voluptatis inuitamenta, quam iræ incitamenta: eſt autem moleſtior hoſtis, qui ſæpius aggreditur, quam qui minus ſæpe.* III. *Adde, quod ira prodit ſe, & quaſi aperto marte congreditur: at voluptas inſinuat ſe, & irrepit in animos clanculum. Vnde Homerus Venerem, quæ eadem eſt & voluptas, vocat* δολόπλοκον: *& tribuit ei ceſtum, in quo ineſt, ſunt autem occulti hoſtes vitatu difficiliores.*

Πάρφασις ἥπερ ἔκυψε νόον πυκάπερ φρόνεοντος. IV. *Præterea, ira rationem quodãmodo ſequitur, vt docetur*

Digitized by Google

cetur septimo horum librorum: at voluptatis cupiditas nihil habet cum ratione commercij: ergo multi in media ira temperant sibi, vt Plato, cum illam celebrem vocem edidit, verberarem te, nisi iratus essem, *& cum seruum, cui iratus erat, verberare ipse noluit, sed Speusippo, aut vt alij, Xenocrati puniendum dedit. V. Postremo, ex amatoribus maxime perspici potest cupiditatem voluptatis potentiorem esse ira; cum enim illi irascuntur amoribus suis, si ira potentior esset, omnino amorem extingueret, contra autem videmus iram à amore superari. Itaq; recte poëta.*

Amantium iræ amoris redintegratio est.

His, & similibus de causis, ait Aristoteles pugnam cum voluptate, quam cum ira difficiliorem videri.

Καὶ τῇ ἀρετῇ] *in aliis libris,* καὶ τῇ ἠθικῇ, *sed hoc sine controuersia melius.*

Καὶ τῇ πολιτικῇ] *Idem confirmat Plato primo,* νόμων *his verbis.* νόμων δὲ περὶ διασκοπουμένων ἀνθρώπων ὀλίγου πᾶσά ἐστιν ἡ σκέψις περὶ τε τὰς ἡδονὰς, καὶ τὰς λύπας.

Ὅπ μὲν οὖν] *Breuis quædam* ἀνακεφαλαίωσις *totius superioris disputationis.*

IN CAPVT IV.

PRimum dissoluit dubitationem quandam, quæ ex superiori disputatione oriri posse videbatur: deinde grauiter reprehendit eos, qui oratione tantum, non etiam vita, & moribus philosophantur.

Digitized by Google

Αποῤήσειε δ' ἄν τις] *Quomodo verum esse potest, quod dictum est, iustis actionibus edendis, atq; obeundis iustos, fortibus fortes, temperatis temperantes effici, eodemq; modo cæteras virtutes comparari? Nam qui iustus fit, iustus nondum est: at qui ea, quæ iusta sunt, exequitur, iam eo ipso esse iustus videtur, vt oratio nostra ipsa se conficere, atq; conuertere, & sibi pugnare videatur: Cum enim eadem sit artium, & virtutum ratio, vt qui emendate loquitur, grammaticus, qui modulate canit, musicus habendus est: ita cuius actiones iustæ sunt, iustus, cuius temperatæ temperans.*

Η δὲ ὅτι τῶν τεχνῶν ὅτως ἔχει] *Duobus modis explicat eam, quæ allata est, dubitationem, ac primum quidem confutat assumptionem syllogismi, aitq; etiam, si quis ea, quæ artis sunt, præstet, non tamen ex eo continuo effici, vt sit artifex: posse enim etiam imperitum aut casu, aut monente, aut præeunte alio aliquid ex artis præceptis facere, neq; tamen ob id artificem esse, donec artem ipsam penitus animo combiberit, sitq; in ea diligenter exercitatus.*

Ἔτι δὲ ὅμοιόν ὄζιν] *Hæc altera solutio est, qua negatur illa artium, & virtutum similitudo: ostenditurque multum inter has, & illas interesse. Primum quod in artibus magis spectamus, quale opus sit, quam qualis opifex, totaq; perfectio, atq; absolutio non ex opifice, sed ex opere ipso penditur. At in virtutibus non tam spectatur, cuiusmodi sit actio, quam quomodo affectus sit animus eius, qui agit, potestq; euenire, vt & scelerate egat aliquis, cuius actio ipsa per se scelerata non sit: & recte,*

Digitized by Google

recte, ac laudabiliter is, cuius actio si sola spectetur, neq; consideretur, quo animo suscepta sit, turpis, & scelerata videri queat. Vtriusq; rei exemplum hoc fingamus licet. Cum vrbs quædam longa obsidione premeretur, quidam è custodibus portarum pactus est cum hostibus, se eorum globum certa quadam noctis hora in vrbem immissurum. Fortè accidit, vt ea ipsa nocte aliquot ex ciuibus viri fortes; & strenui ex vrbe alia quadam porta egrederetur, castra hostium speculaturi, incidunt in eos, qui mittebantur, vt in insidiis essent, donec porta ipsis, ita vt constitutum erat, panderetur. Eductis vtrinq; gladiis virtute ciuium cadunt hostes. Ciues occasione vtendum, ac longius progrediendum rati, vt facilius hostem fallerent, arma eorum, quos occiderant, induunt, eoq; ornatu in castra profecti, magnam stragem hostium edunt. Deinde alio itinere reuersi, peruenniunt ad eam portam, cui ille, quem dixi, patriæ proditor præerat. Qui ex armorum genere hostes esse ratus, sine mora portam aperuit. Ingressi illi, in excubitorum manum incidunt, & quia hostilibus armis induti erant pro hostibus habiti, partim cæduntur, partim sauciantur. Hic, si nudæ ac simplices actiones considerentur, ille quidem, qui custodiendæ portæ præfectus erat, nihil turpe, aut nefarium egisse videbitur: egregiis enim Ciuibus re bene, ac feliciter gesta reuertentibus portas aperuit. At quia hoc animo erat, vt se hostes in patriam immittere putaret, inexpiabili se scelere obligauit: illorum contra, qui eos vrbem ingressos aggressi trucidarunt, actio ipsa per se scelerata, &

Digitized by Google

immanis est. Neq; tamen scelerate ab eis factum est: putabant enim illos hostes esse, & probabili argumento ducti putabant. Cum igitur quæritur, honeste, an turpiter actum sit aliquid, non tam, quid actum sit, quam quo animo actum sit, spectari oportet. At in operibus artium nihil interest, quo animo aliquid artifex fecerit, operis enim ipsius perfectio, non artificis animus consideratur.

Adde quod quatuor requiruntur, antequam quisquam ex virtute agere dicatur. Primum vt agat sciens: nam ex eo, quod quis agat insciens, neq; laudem, neque reprehensionem vllam meretur. Deinde vt προαιρούμενος, id est, cum capto consilio apud animum suum constituerit, ita agendum esse. Nam si aut casu agat, aut subito aliquo animi motu, aut coactus, non dicitur ex virtute agere. Tertio, vt in capiendo, sic agendi consilio dignitatem, atque honestatem ipsam sequatur. Nam si aut infamiam, aut supplicium fugiens, aut formam, aut lucrum, aut tale aliquid captans, ea, quæ honesta sunt, exequatur, neque honeste aget, neq; propterea vir bonus, ac virtute præditus habendus erit. Postremo, vt perpetuo, ac constanter honestatem colat; nam si à se ipse desciuerit, casu, non virtute aliquid boni aliquando fecisse videbitur. Itaque Cicero in Antonium de L. Trebellio loquens, qui cum aliquamdiu bonus Ciuis fuisset, postea se ad Antonium contulerat. Quis, *inquit*, est, qui hunc non casu existimet recte fecisse? *Et de seipso in Catilinam.* Ita me, *inquit*, in Rep. tractabo, vt meminerim sem-

per

per eorũ, quę gesserim, curemq;, vt ea virtute, nõ casu gesta esse videantur. *Et in septimo ad Atticum in extremo.* Reliqua sic à me aguntur, & agentur, vt non committamus, vt ea, quæ gessimus, fortuito gessisse videamur. *Atque ea causa est, cur Iurisconsulti non breuem quandam, & ad tempus susceptam suum cuique tribuendi voluntatem, sed eam demum, quæ constans, & perpetua sit, iustitiam esse dicant. At horum omnium præter scientiam artis nihil in artifice requiritur, quodq; ad artis non præcipuum tantum est, verum etiam solum, id in virtutibus minimum momenti habet.*

Τὰς ἄλλας τέχνας] *Artes igitur etiam virtutes vocat, vt & supra.* ὥσπερ ὀπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν, *vt artis nomen καταχρηστικῶς etiam ad virtutes, & ad vitia accommodari posse constet. Sic & apud Latinos Salustius.* Namque auaritia fidem, probitatem, cæterasque bonas artes subuertit. *Et paulo supra.* Agitabatur magis, magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris, & conscientia scelerum, quæ vtraque iis artibus auxerat, quas supra memoraui. *Sic Horatius.*

Hac arte Pollux, & vagus Hercules.

Innixus arces attigit igneas. Cicero pro lege Manilia. Sed multæ sunt artes huius administræ, comitesque virtutis. Ac primum quanta innocentia debent esse Imperatores? quanta deinde omnibus in rebus temperantia, quanta fide?

Digitized by Google

Οὐδὲ μελήσειε] *Non est dubium, quin legendum sit* μελλήσειε.

Αλλ' οἱ πολλοὶ] *Aptissima comparatione ostendit, nihil prodesse sermones philosophicos iis, qui vitam suam propterea non corrigunt. Est autem hæc pars satis per se perspicua.*

IN CAPVT V.

Μετὰ δὲ ταῦτα] *Hæc secunda pars est huius libri, in qua virtutis definitio inquiritur. Suo autem more primum quærit, sub quod genus includenda sit virtus, deinde quomodo ab iis distinguatur, quæ eodem genere continentur. Genus igitur, quod virtutem ambitu suo comprehendit, docet esse habitum: idq; hoc modo. Trium omnino generum sunt ea, quæ in ea parte animi, in qua virtus moralis est, reperiuntur. Aut enim sunt perturbationes, aut potestates, aut habitus. Horum trium aliquid necesse est esse virtutem: non est autem neque perturbatio, neque potestas: Est igitur habitus. Hinc Aristotelis locum ita expressit Plutarchus in libro* περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς. Τέια γὰρ δὴ ταῦτά φασι περὶ τὴν ψυχὴν ὑπάρχειν, δυνάμιν, πάθος, ἕξιν, ἡ μὲν οὖν δυνάμις ἀρχὴ, καὶ ὕλη τοῦ πάθους, οἷον ὀργιλότης, αἰσχυντηλία, παρρᾳδαλεότης. Τὸ δὲ πάθος, κίνησίς τις, ἤδη τῆς δυνάμεως, ἐξ ἔθους ἐγγινομένη. κακία μὲν οὖν φαύλως, ἀρετὴ δὲ, ἂν καλῶς ὑπὸ τοῦ λόγου παιδαγωγηθῇ τὸ πάθος.

Λόγω

Digitized by Google

Λέγω δ' πάθη] *Primum quæramus, quomodo τὰ πάθη latine dicantur. Cicero videtur indicare* morbos, *aut* animi perturbationes, *dici posse. Sed hæc Stoica videntur. Peripatetici enim qui τὰ πάθη vtilia esse dicunt, & non tollenda, sed ad mediocritatem perducenda, nunquam vocarent ea,* morbos, *aut* perturbationes. *Non enim potest vtilis esse morbus, neque optandum est, vt mediocriter perturbetur animus noster, sed vt ne omnino perturbetur, cum perturbari videatur esse παράλογον. Hac tamen de interpretatione ita Cicero 3. Tusc.* Videtur mihi cadere in sapientem ægritudo. M. num reliquæ quoque perturbationes animi, formidines, libidines, iracundiæ? hæc enim ferè sunt eiusmodi, quæ Græci πάθη appellant, ego poteram morbos: & id verbum esset è verbo: sed in consuetudinem nostram non caderet: nam misereri, inuidere, gestire, lætari: hæc omnia Græci morbos appellant, motus animi rationi non obtemperantes: nos aũt hos eosdẽ motus concitati animi, rectè, vt opinor, perturbationes diximus, morbos aũt non satis vsitate. *Easdem paulo infra* commotiones vocat, *&* perturbatos motus. *Et in quarto eorundem librorum* perturbationes, *aut*, motus turbidos. *Vt autem Cicero prudenter, & artificiose fecit, qui cum vellet τὰ πάθη impugnare, & Stoicorum opinionem defendere, ita interpretatus est hanc vocem, vt ipso nomine significaretur vitiosum quiddã, & tollendum potius; quam mo-*

Digitized by Google

derandum: ita Perionius, & Lambinus, vt homines de verbis solliciti, rerum ipsarum non admodum intelligentes, parum considerate, qui easdem voces hoc loco adhibuerint, quæ ad Stoicorum quidem sententiam confirmandam essent aptissimæ, à sententia autem Aristotelis alienæ. Impulsiones *idem vocare videtur τὰ πάθη. Ita enim scribit lib. 1. de inuentione.* Impulsio est, quæ sine cogitatione per quandam affectionem animi aliquid facere adhortatur, vt amor, iracundia, ægritudo, vinolentia, &c. *paulo post etiam vocat* Impetum animi: *sed nec illa quidem satis ad Aristotelem interpretandum accommodata sunt; nam* impulsio, *&* impetus *magis exprimunt* ὁρμὴν, *quam* πάθος, *& vt, qui concupiscit, aut irascitur, videtur tendere, & ferri, aliquo, cum quodam impetu, ita is, qui voluptate fruitur, aut aliqua re gaudet, nusquam alio tendit, sed in eo, in quo est, quantum potest, quiescit. Quare ne* motus *quidem nomen satis aptum est ad amplectenda omnia. Etenim lib. 7. accuratè disputabitur, voluptatem non esse motum. Iam si voluptas Aristoteli est πάθος, & tamen non est motus; sequitur non idem esse πάθος & motum. Alibi vocat πάθος,* affectionem, *vt de inuentione.* Affectio est animi, aut corporis extẽpore aliqua de causa commutatio, vt lętitia, cupiditas, motus, modestia, &c. *Atq; hoc longe optimum esset (plane enim πάσχειν nullo modo melius latine dici potest, quam,* affici*) nisi inesset in eo aliqua ambiguitas. Nam διάθεσιν quoque, quæ longè aliud est, quam πάθος, Cicero* affectionem

tionem vocat. Affectus *nomẽ hoc modo acceptum, legatúrne apud Ciceronem, an minus, scitis nuper magnis contentionibus inter duos eruditissimos homines, quorum alter hic latinas, alter græcas literas docet, disputatum esse. Ego interponere me in illam contentionem nolo: sed dicam tamen quid mihi videatur. Non nego fieri posse, vt Cicero quoque fortassis aliquando ita hac voce vsus sit, non tamen, si quis quærat, locum vllum proferre possum, ex quo id apertè constet. Nam in iis, quorum memini, magis videtur significare διάθεσιν. Veruntamen cum Seneca, Quintilianus, & alij boni latinitatis auctores manifestè vocent* affectus, *τὰ πάθη, quod ad me quidem attinet, non putauerim hanc vocem refugiendam. Cicero ipse videtur non potuisse sibi plene, ac cumulate satisfacere, in ea voce exprimenda, cum alicubi græcam ipsam orationi latinæ admiscuerit, vt ad Atticum.* Ego te quoque ponam in eodem *πάθει. Sed de voce fortassis nimium multa. Nunc de re ipsa aliquid dicamus.*

Τὸ πάθος definitionem nullam ab Aristotele hic poni videtis. Et animaduertendum est, quod monet Scholiastes græcus apud veteres Peripateticos nullam reperiri τὸ πάθος definitionem.

IN CAPVT VI.

Μίλωνι μὲν γὰρ] *vide Scholiast. Theocriti εἰς εἰδύλλιον δ.*

Τῷ δὲ ἀρχομένῳ τῶν γυμνασίων] *Id est, τῷ ἐπ ἀσκῆσι*

καὶ

καὶ οὐδέπω ἡσκηκότι. *Vnde* ἀσκητικὸς βίος, *apud Platonem lib. 7. de legibus.*

* * *

IN CAPVT IX.

PRimum breuiter repetit præcipua capita superioris disputationis. Deinde docet, quid facere oporteat eos, qui liberari à vitiis, & ad virtutem peruenire meditantur.

Διὸ καὶ ἔργον ἐστὶ σπουδαῖον εἶναι] *Traditurus præcepta quædam ad virtutem comparandam vtilia, primum admonet nos magnam in re comparanda esse difficultatem: id autem facit ad excitandam, & exacuendam industriam nostram, ne tantæ rei indormiamus, néue nos eam, nisi magna adhibita diligẽtia consecuturos esse credamus. Vulgare prouerbium est apud Græcos,* χαλεπὰ τὰ καλὰ, difficilia, quæ pulchra. *Et eodem pertinet versiculus Epicharmi.* τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τὰ ἀγαθοὶ οἱ θεοὶ. *Quem ita expreßit Horatius.*

Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.

Hesiodus quoque significat laboriosam esse virtutis consecutionem τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα, *&c.* Εἶναι *positum videtur,* ἄντι τοῦ γίνεσθαι: *nam virtutem quidem assequi difficile est, sed facile, in ea iam acquisita permanere, vt copiose docetur in Protagora. Atque hoc est, quod ait Hesiodus.*

Επὰν

Digitized by Google

Εἰ δὲ τὸ εἰς ἄκρον ἵκηται
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα τέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

Εν ἑκάστῳ γὰρ] *Si medium rei, quod semper, & omnibus idem est, tam difficile assequimur, quanto difficilius virtutem, quæ quærit τὸ πρὸς ἡμᾶς μέσον, quod quidem pro personarum, temporum, locorum, actionum diuersitate variatur.*

Διὸ δεῖ] *Primum hoc est præceptum.*

Η' καλυψὼ] *est μνημονικὸν ἁμάρτημα. Dicit enim hæc Vlysses ipse gubernatorem alloquens Odyss. μ. Sic & Cicero lib. 2. de gloria Aiacem pro Hectore, vt notauit Gellius lib. 15. cap. 6. Eustatius hæc, quæ hic citantur, ait dici à Circe, cuius errorem sequitur Victorius cap. 3. Cicero rursum libr. 2. de diuinat. Agamemnonem pro Vlixe, vt notat Politianus in Miscellaneis. Plutarchus in Nicia Cleonem pro Agoracrito nominat. Victorius lib. 6. Variarum lect. primum Iliados pro nono, & Agamemnonem pro Achille citat, quem errorem ipsius notaui cap. 6. lib. 8. Var. lect.*

Κατὰ τὸν δεύτερον φασὶ πολῦν] *Hoc prouerbio vsus est Plato in Phædone, in Politico, in Phileto.*

Τὰ διεσραμμένα τῶν ξύλων] *Sic Plato in Protagora. ὥσπερ ξύλον διαστρεφόμενον, καὶ καμπτόμενον ἐυδύνασιν. Videtur autem de arboribus loqui. Theodoretus dialogo 3. contra hæreses.* Ταῦτα δὲ τῶν τὰ καὶ τοῖς φυτικόμοις φίλον ποιεῖν. ὅταν γὰρ ἴδωσι κεκλιμένον φυτὸν, οὐ μόνον πρὸς τὸ ὀρθὸν ἀνιστῶσι κατόνα, ἀλλὰ καὶ πέρα ἐυθέος τὸ ἕτερον ἀντικλίνουσι μέρος, ἵνα τῇ ὀπὶ πλεῖον εἰς τὰναντίον ἀποκλίσει τῶν ἐυθεῖαν πρεαγματάσωσι τάσιν.

Οἱ δὲ-

Digitized by Google

Οἱ δημογέροντες] Iliados Γ.

Οὐ νέμεσις τρῶας, καὶ ἐυκνήμιδας ἀχαιοὺς
Τοίηδ' ἄμφι γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν,
Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν.
Αλλὰ καὶ ὡς τοίηπερ ἐοῦς ἐν νηυσὶ νεέσθω,
Μηδ' ἡμῖν τεκέεσσι τ' ὀπίσσω πῆμα λίποιτο.

Finis Commentariorum in lib.2. Ethicorum Aristotelis.

M. ANT.

Digitized by Google



M. ANT. MVRETI IN LIBRVM TERTIVM ETHICORVM ARISTOTELIS COMMENTARIVS.

VM de iis, quæ ad communem quandam virtutis cognitionem pertinent, superori libro abundè disputatum esset, sequi videbatur, vt ad propriã singularum virtutum tractationem accederemus, eaq; traderemus, quæ proprie ad vnamquamq; earum pertinerent. Sed Aristoteles, cui proprium, ac perpetuum est nihil inchoatum, atque imperfectum relinquere, neque quidquam omittere, quod ad instituti operis absolutionem desiderari posse videatur, qui docuisset virtutes, & agendo comparari, & in actione consistere, antequam ad singulas pertractandas veniret, de quibusdam, quæ ad actionum naturam, ac varietatem pertinent, sibi accuratius disserendum putauit. Principio igitur tenendum est, eas actiones, quæ vel ad virtutem comparandam valent, vel ab ea comparata iam, acquisitaq; manant, sponte susceptas esse debere. Ea enim quæ inuitus aliquis facit, neq; laudari vnquam, neq; merito culpari, ac reprehendi queunt. Necessario igitur explicandum fuit, quid homines suapte sponte, quidq; inuiti aut

agere,

Digitized by Google

agere, aut extipere dicerentur. Neq; tamen id satis est. Sua enim sponte & pueri mouentur, & bestiæ; quæ virtutis capaces esse dixerit nemo. Neq; enim consulto agunt, quodq; prius re perpensa, atq; examinata apud animum suum statuerint, hoc potius, quam illo modo esse faciendum. Quare dotendum fuit, quid sit agere cõsulto, siue ἐκ προαιρέσεως. Consulto autem agere nemo potest, nisi qui prius de eo quod acturus est, deliberarit. Perpurgandus ergo etiam ille locus fuit, & quid sit deliberatio, seu consultatio, quæque res in deliberationem cadant, quæ minus, disserendum. Cum autem consultatio nulla sit, quæ non ad aliquid, quod consequi volumus pertineat, ac dirigatur, visa est instituta disputationis ratio postulare, vt de ipsa quoq; voluntate aliquid diceretur. Postremo, cum quidam reperirentur, qui errore ducti negabãt in nostra potestate situm esse, boni, an mali euaderemus, qua opinione susiepta omnia virtutis, & officij præcepta inutilia, & superuacanea videbantur, labefactanda ea, & prius conuellenda fuit, quam ad singularum virtutum præcepta tradenda peruenireturr. Hæc igitur Aristoteles accurate, ac diligenter persequutus, omnibus iam, quæ aut aditum ad disputandum obstruere, aut disputationis cursum impedire poterant, remotis, atq; sublatis, singillatim de vnaquaq; virtute disserere, & cuiusq; naturam vberius, ac fusius explicare aggreditur. Ac primo quidem loco fortitudinem, secundo temperantiam statuit, librumq; hunc earum tractatione concludit, quod, cur id faciat, suo loco dicturi sumus. Summa igitur huius

libri

Digitized by Google

libri capita, si quis ea forte memoriæ suæ causa sibi tradi velit, sunt septem. Τὸ ἑκούσιον, καὶ ἀκούσιον, ἢ προαίρεσις. ἢ βουλὴ. ἢ βούλησις. τὸ ἐφ' ἡμῖν. ἡ ἀνδρεία. ἡ σωφροσύνη.

Nunc quid sponte, quid inuiti tum facere, tum excipere dicamur, optimum, & eruditißimum magistrum differentem audiamus.

IN CAPVT PRIMVM.

Τῆς ἀρετῆς δὴ, &c.] Συγγώμης. *Eis enim facile ignoscimus, qui inuiti aliquid fecerunt, quod non oporteret, aut non liceret.* ξύγγνωμον δ' ἐστὶ τὸ ἀκούσιον, *ait Cleon apud Thucydidem lib. 3. & Socrates in Hippia minore.* Πολλὴ, *inquit,* συγγώμη ἔστι δοκεῖ, ἐὰν μὴ εἰδώς τις ἀδικήσῃ ἢ ψεύσηται. ἢ ἄλλο τι κακὸν ποιήσῃ. καὶ οἱ νόμοι δήπου πολὺ χαλεπώτερόν εἰσι τοῖς ἑκοῦσι κακὰ ἐργαζομένοις, καὶ ψευδομένοις, ἢ τοῖς ἄκουσιν. *Phalaris in epistola ad Antimachum.* Τὸ δὲ ἀκούσιον παρὰ τοῖς ἀνθρωπίνοις λογιζομένοις συγγώμης ἀξιοῦται. *Cicero primo libro Philippicarum.* Sed hoc ignoscant Dij immortales velim, & Populo Rom. qui id non probat, & huic ordini, qui decreuit inuitus. *Itaq; qui negare non possunt se aliquid turpe, atq; illicitum fecisse, vt veniam consequantur, eo confugere solent, vt se id inuitos fecisse dicant.*

Ἐνίοτε δὲ καὶ ἐλέου.] *Multo plus est misereri, quàm veniam tribuere. Consequitur autem eos misericordia,*

Digitized by Google

qui inuiti aliquid fecere, ex quo ipsimet aut postea, aut in ipso facto, maximam hauriunt acerbitatem. Exemplum poni potest in Cephalo, qui vxorem, aut in Hercule, qui vxorem, & liberos interfecit. Et in Virginio, qui filiam; etsi hic quidem magis est, vt sponte fecisse videatur.

Χρήσιμον δὲ καὶ τοῖς νομοθετοῦσι] *Multo enim mitius agunt leges cum iis, qui inuiti, quàm cum iis, qui sponte peccarunt, vt ait Plato in eo, quem paulo supra citaui loco, & è plurimis Pandectarum locis perspici potest. Exempli causa, si quis seruum alienum occiderit iniuria, lege Aquilia tenetur: at si per lusum iaculantibus seruus fuerit occisus per campum iaculatorium iter intempestiue faciens, nisi data opera in eum iaculatus sit quispiam, Aquilia cessat. l. Item si obstetrix, ff. ad legem Aquiliam. Et infans, vel furiosus, si hominem occiderint, lege Cornelia non tenentur, cum alterum innocentia consilij tuetur, alterum fati infelicitas excusat. l. infans ff. ad leg. Cornel. de sic. Sic diui fratres rescripserunt, eum, qui per furorem matrem necauerat, puniendum non esse, sed tantum custodiendum. Satis enim eum ipso furore puniri. l. pœna parricidij ff. de leg. Pompei. de Parricidiis. Neq; difficile fuerit eius generis quamlibet multa colligere.*

Πρός τε τὰς πράξεις, καὶ τὰς κολάσεις] *quibus duabus rebus dicebat Democritus omnem remp. contineri.*

Δοκεῖ δὲ ἀκούσια εἶναι] *Contrariorum eadem disciplina est: quare ex cognitione τῶν ἑκουσίων intelligemus etiam, quæ sint ἑκούσια. Duobus autem modis dicitur*

aliquis

Digitized by Google

aliquũ inuitus quidpiam facere: si aut per vim, aut per ignorantiam facit. Quare qui & scit quid agat, & agit nulla vi, ac necessitate compulsus, ũ sponte agere dicendus est.

Τῆς ἀρετῆς δὴ περὶ παθήματα, καὶ πράξεις] *Id est, Cum autem virtus in affectionibus, & in actionibus cernatur, cumq; in iis, quæ sponte fiant, laudi, ac vituperationi, in iis autem, quæ ab inuitis, veniæ, nonnunquam etiam miserationi locus sit, necesse fortasse est iis, qui de virtute disputant, definire, quid sponte, quid inuite fieri, excipiũe dicatur. Idemq; etiam legumlatoribus vtile est, ad honores decernendos, statuendaq; supplicia. Videntur autem inuite fieri ea quæ quis aut adhibita vi facit, aut quid agat, nesciens.]*

Δοκεῖ δὲ ἀκούσια εἶναι τὰ βίᾳ] *Vis & maioris rei impetus, qui repelli non potest, leg. 2. dig. Quod. met. cau.*

Βίαιον δὲ] *Necessitas, seu vis duplex, absoluta, quæ efficit actiones ἀκουσίας, & ex ὑποθέσεως, quæ efficit actiones μικτάς. Necessitas voluntati aduersatur, leg. 1. ff. quod met. cau. Itaque non videntur ij ea, quæ abiecerunt, habere pro derelictis, l. cum depressa, & leg. qui leuandæ. Dig. ad l. Rhod. de iactu.*

Ἁπλῶς μὲν γὰρ οὐδεὶς] *Vide Scholiast. Homeri in illud Iliad. α. ἑκὼν ἀέκοντι γε θυμῷ.*

Τὸ δὲ τέλος τῆς πράξεως] *Actio autẽ, non est quiddam quod maneat, & sit: imo verò terminatur eo ipso tempore, quo agimus. quare ex eo etiam tempore iudicari debet, ἑκούσιος sit, an ἀκούσιος.*

Ἐπὶ πᾶσι πράξεσι] *Actionum mistarum quædam*

Digitized by Google

laudantur, quædam reprehenduntur, quibusdam ignoscitur. De actionibus mixtis, vide quædam cognitu dignissima apud S. Augustinum in libro de mendacio, cap. 9.

Ὅταν αἰσχρόν τι] *Vt Zopyrus, Vlysses, Saguntini.*

Ἂν δὲ ἀνάπαλιν φέρωσι] *Sin pro re non magni momenti ea pertulerint. Vt scurræ, qui cibi causa adulantur, patiuntur se conspuari, sibi frangi ollas in caput, vt Dolon.*

Εἰ δέ τις τὰ ἡδέα] *Multi sunt, qui cum per libidinem aliquid improbe, nequiterq; fecerunt, in peccatis suis sibi blandiuntur, aiũtq; æquum esse sibi ignosci, fecisse enim vi amoris coactos, neq; se, si quid egerunt immodestius accusandos, sed illud decus, illam pulchritudinem formæ, quæ potuerit non suum modo animum mollem, tenerum, flexibilem, sed feras, sed saxa, sed scopulos commouere. Inde illa in poëtarum scriptis frequentia.*

quis enim pugnarit amori? &,
Iussit amor. Contra, quis ferat arma deos?

Horum delicias excutit, ineptias exagitat, impudentiam coarguit hoc loco Aristoteles, docetq; eos frustra vim amoris, frustra alienæ formæ decorem accusare, & prætendere flagitiis suis: suapte sponte peccare, neq; quidquam aliud, quam intemperantiam, & nequitiam suam accusare debere. Nam quod dicunt eiusmodi actiones esse violentas: id enim quo ipsi impelluntur ad agendum, & extrinsecus esse, & agendi necessitatem imponere: id quam leue, & nugatorium sit,

facile

Digitized by Google

facile perspici potest. Primum enim, quis est, cui ista ad excusandum via non pateat? aut quis vnquam ita perditus reperietur, cui non in iis omnibus, quæ dissolute, quæ intemperātur, quæ auare, quæ perfide, quæ crudeliter fecerit, ad hanc excusationem, tamquam ad aram confugere liceat? nam si amatori licet dicere. Non ego culpandus sum, quod te ad stuprum, aut ad adulterium sollicitem, aut etiam per vim rapiam; sed formæ tuæ præstantia, quæ tantum in pectore meo incendium excitauit, vt mihi temperare non potuerim, licebit itidem latroni, qui viatorem bene nummatum, & bene vestitum comprehenderit, eumq; paret, aut spoliare, aut etiam occidere: quod spoliare te hominem mihi ignotum, aut etiam interficere cogitem, accusandus non sum, accusandus est vestitus tuus, accusandi sunt nummi tui, qui tantam mihi cupiditatem sui iniecerunt, vt imperare mihi non possim, ne omnia faciam, vt eis potiar. Licebit ebrioso, non se accusandum, sed naturam ipsam, quæ tantam suauitatem in vino admiscuerit, vt ab eius immoderato vsu ipse se continere non possit. Deniq; omnes, qui agunt, aliquid, quod sibi suaue est, in agendo sequuntur. Nam & honesta, & vtilia suauitatem sibi admistam habent. Quare si hanc causam iustam esse ducimus, cur violenta actio censeatur; omnia quæ agunt homines hac ratione violenta esse dicentur.

Καὶ τὰ καλὰ] *Alij*, καὶ τὰ λυπηρὰ, *vtrumq; delendum, etsi Scholiastes legit*, καὶ τὰ λυπηρὰ. *at vetus* καὶ τ' ἀγαθὰ, *fortassis retinendum* τὰ καλά.

Digitized by Google

Ἔξω ὄντα, πάντα, &c.] *Cum dicimus* τὴν ἀρχὴν τῶν βιαίων ἔξω εἶναι, *non intelligimus, de fine, sed de efficiente.*

Καὶ οἱ μὲν βίᾳ] *Alterum argumentum. Qui per vim, & inuiti agunt, cum quodam doloris, & molestiæ sensu agunt:* πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' ἀνιαρὸν ἔφυ. *ait Panyasis; at qui cupiditatibus suis obsequuntur, voluptatem ex eo capiunt: non igitur agunt inuiti.*

Γελοῖον δὴ] *Tertium argumentum. Quid aliena accusas? tu ipse culpandus es, qui tam facile irretiaris, atque in laqueos inducaris.*

Καὶ τῶν μὲν καλῶν] *Quartum. Si hæc turpia agis inuitus, sequitur, vt & ea, quæ pulchra, & honesta sunt, agas inuitus.*

Ἔοικε δὴ] *Quintum, caussam externam, qua te impelli dicis, adiuuas: non igitur agis inuitus.*

Οἷον ὀργάνῳ] *Rhetoribus* περιστατικὰ μόρια *sunt* πρόσωπον, πρᾶγμα, ὄργανον, τόπος, χρόνος, τρόπος, αἰτία.

Ὥσπερ ἡ μερόπη] *De Merope, vide quiddam apud Plutarchum.* περὶ σαρκοφαγίας λόγω β'. *ad finem.*

Τὰ διὰ θυμὸν, &c.] *Plato nono de legibus.* Ἐὰν δ' ἄρα τὶς αὐτόχειρ μὲν κτείνῃ ἐλεύθερον, θυμῷ δὲ ἢ τὸ πεπραγμένον ἐκπραχθὲν, δυχῇ δεῖ πρῶτον τὸ τοιοῦτο διαλαβεῖν. θυμῷ γὰρ δὴ πέπρακται, καὶ τοῖς ὅσοι ἂν ἐξαίφνης μὲν, καὶ ἀπροβουλεύτως τοῦ ἀποκτεῖναι, πληγαῖς ἤ τινι τοιούτῳ διαφθείρωσί τινα παραχρῆμα τῆς ὀργῆς γινομένης. Μεταμέλειά τε εὐθὺς τοῦ πεπραγμένου γίνηται. θυμῷ δὲ καὶ ὅσοι προπηλακισθέντες λόγοις, ἢ καὶ ἀτίμοις ἔργοις,

Digitized by Google

γοις, μεταδιώκοντες τὴν τιμωρίαν, ὕστερον ἀποκτείνωσί τινα βουληθέντες κτεῖναι. καὶ τὸ πεπραγμένον αὐτοῖς ἀμεταμέλητον γίγνηται. διττοὺς μὲν δὴ τοὺς φόνους, ὡς ἔοικε θετέον, καὶ σχεδὸν ἀμφοτέρους θυμῷ γεγονότας μεταξὺ δέ που τοῦτε ἑκουσίου, καὶ ἀκουσίου δικαιότατ' ἂν λεγομένους. οὐ μὴν ἀλλὰ εἰκὼν ἐσθ' ἑκάτερος. ὁ μὲν τὸν θυμὸν φυλάττων, καὶ οὐκ ἐξ τοῦ παραχρῆμα ἐξαίφνης, ἀλλὰ μετ' ἐπιβουλῆς ὕστερον χρόνῳ τιμωρούμενος, ἑκουσίῳ ἔοικεν. ὁ δὲ ἀταμιεύτως ταῖς ὀργαῖς, καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα εὐθὺς χρώμενος ἀπροβουλεύτως ὅμοιος μὲν ἀκουσίῳ ἐστι δὲ οὐδ' οὗτος ἂν παντάπασιν ἀκούσιος, ἀλλ' εἰκὼν τοῦ ἀκουσίου. διὸ χαλεπὸν διορίζειν, οἱ τῷ θυμῷ πραχθέντες φόνοι, πότερον ἑκουσίους αὐτοὺς ἤ τινας ὡς ἀκουσίους νομοθετηστέον. βέλτιστον μὲν καὶ ἀληθέστατον ὡς εἰκόνα μὲν ἄμφω θεῖναι. τεμεῖν δ' αὐτῷ χωρὶς τῇ ἐπιβουλῇ, καὶ ἀπροβουλία, καὶ τοῖς μετ' ἐπιβουλῆς τε, καὶ ὀργῆς κτείνασι τὰς τιμωρίας χαλεποτέρας, τοῖς δ' ἀπροβουλεύτως τε, καὶ ἐξαίφνης πραοτέρας νομοθετεῖν. τὸ γὰρ ἐοικὸς μείζονι κακῷ μειζόνως. τὸ δὲ ἐλάττονι, τιμωρητέον ἐλαττόνως.

* * *

IN CAPVT III.

Βουλεύονται δὲ] *Dictum est* προαιρετὸν εἶναι ἑκούσιον, οὐ πᾶν δ' ἀλλὰ τὸ προβεβουλευμένον, *id autem nullo modo intelligi potest, nisi explicetur, quid sit* βουλεύεσθαι, *quidq;* βουλευτὸν, *quare hoc explicare aggreditur. Deliberantne igitur, inquit, homines quibuscumque de*

rebus, neq; quidquam est, quod in deliberationem, & consultationem venire non possit? an quædam sunt, de quibus nulla deliberatio est? quibus verbis significat, non omnia in deliberationem adduci posse, quod ne quis forte calumniaretur, contenderetq; nihil esse, de quo nō fatui, atq; insani deliberare aliquando possent, ait id se demum βουλευτὸν vocare, de quo aliquis mentis compos, ac prudens deliberare possit. Tum more suo remouet ea, de quibus deliberatio institui non potest, vt eis sublatis, quænam sint illa, quæ in deliberationem veniunt, intelligatur. Quinq; igitur rerum genera proponit, à deliberatione prorsus alienarum, inter quas principem locum obtinent τὰ ἀΐδια, id est ea, quæ semper sunt, fueruntque, ex omni æternitate, neque vnquam desitura sunt: dictum est enim ἀΐδιον, quasi ἀεὶ ὄν: talia igitur cum immutabilia sint, eodemq; se modo semper habeant, nullo modo in deliberationem cadunt. Æternum autem duobus modis dicitur: siquidem & æternas vocamus naturas illas, quæ semper fuerunt, vt cœlum, & enunciationes absolute, & simpliciter necessarias, quales sunt Mathematicorum: igitur Aristoteles vtriusq; generis exempla ponit. Prioris quidem τὸν κόσμον, posterioris autem, ὅτι ἡ διάμετρος, καὶ ἡ πλευρὰ ἀσύμμετροι. Κόσμον interdum græci vocant cœlum, & ita sæpe accipitur apud Platonem, Interdum & Cœlum, & omnia, quæ complexu illius continentur. Ita enim scribit Possidonius, ἐν στοιχειώσει μετεωρολογικῇ, qui liber vulgo inscribitur, sed falso, Ἀριστοτέλους περὶ κόσμου. Κόσμος ἐστὶ σύστημα, ἐξ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχο-

Digitized by Google

ριεχομένων φύσεων. *Id autem Cœlo nomen tributum est à perfecta, & absoluta elegantia, quodq; sit vndique admirabili stellarum varietate ornatum, atq; distinctum. Mundum igitur siue cœlum æternum iudicauit esse Aristoteles, idq; multis argumentis confirmare conatus est, cum alibi, tum in libris de cœlo. Platonem quoque, etsi nota est illa in Timæo κοσμοποιΐα tamen idem sensisse & Proculus, & alij homines eruditissimi affirmant. Posterius exemplum, vt ab omnibus perspicue intelligatur, principio explicandæ sunt voces aliquot Mathematicorum propriæ. Ac primum illud, cum plura sint genera τῶν τετραπλεύρων, id est, earum figurarum, quæ quatuor lateribus continentur, Ea demum τετράγωνα dici, quæ & ἰσοπλευρά ἐστι, καὶ ὀρθογώνια. Eam autem lineam rectam, quæ ab angulo ad angulum ducta τετράγωνον, in duo trigoni æqualia dissecat, vocari διάμετρον, aut vt Vitruuius loquitur, διαγώνιον. Plinius eam latine vocat,* lineam dimetientem. *Deinde quæ debeant. σύμμετρα μεγέθη vocari ita docet. Euclides prima definit. lib. 10. σύμμετρα μεγέθη λέγεται τὰ τῷ αὐτῷ μέτρῳ μετρούμενα. ἀσύμμετρα δὲ ὧν μηδὲν ἐνδέχεται κοινὸν μέτρον γενέσθαι. Et ἐὰν δύο μεγέθη πρὸς ἄλληλα λόγον μὴ ἔχῃ ὃν ἀριθμὸς πρὸς ἀριθμὸν, ἀσύμμετρα ἔσται τὰ μεγέθη. ἀξιώματι. η'. Illud, ὅτι ἡ διάμετρος ἀσύμμετρος commemoratur ab Aristotele primo Post. In metaph. & sæpe alias. Probatur autem apud Euclidem in fine ipso lib. 10.*

Τὰς τέχνας ἢ τὰς ἐπιστήμας] *Quanquam circa illas quoque vide exemplum in Archimede ex Vitruuio*

Digitized by Google

cap. 3. lib. 9. & in Pythagora in Archita, in Eratosthene.

Τὸ βουλεύεσθαι δὲ] *Vetus interpres,* βουλεύεσθαι δὲ δεῖ. *Sed male.*

Εν τοῖς ὡς ἐπιτοπολὺ] *Id est, in iis quæ quanquam plerumq; eueniunt, incertum tamen est, quem exitum habitura sint. Non omnia igitur sunt* βουλευτὰ, *sed ea tantum, de quibus deliberarit* ὁ νοῦν ἔχων. *Non* τὰ ἀΐδια, οὔτε τὰ ὄντα, ὡς ὁ κόσμος, οὔτε αἱ προτάσεις, οὔτε τὰ ἐν κινήσει μὲν, ἀεὶ δὲ γινόμενα τὸν αὐτὸν τρόπον. ὡς αἱ τροπαὶ, οὔτε τὰ ἄλλοτε ἄλλως, ὡς αὐχμοὶ, καὶ ὄμβροι: *non* τὰ ἀπὸ τύχης. *Ne humana quidem omnia: neq; enim quæ nihil ad nos pertinent; sed ea tantum, quæ sunt* ἐφ' ἡμῖν, *quæ & sola reliqua sunt. Causa enim sunt* φύσις, ἀνάγκη, τύχη, νοῦς. *Vnusquisq; deliberat* περὶ τῶν δι' αὐτοῦ πρακτῶν. *Non tamen de iis, quæ pertinent ad artes* ἀκριβεῖς, *sed* περὶ τῶν οὐκ ἀεὶ ὡσαύτως. *Et vt quæq; ars minus* διακρύβωται, *ita plus loci deliberationi relinquit. Et magis* περὶ τὰς τέχνας, *quam* περὶ τὰς ἐπιστήμας. *In magnis vero adsumimus,* συμβούλους, καὶ οὐ περὶ τελῶν, ἀλλὰ περὶ τῶν πρὸς τὰ τέλη.

Ζητεῖται δὲ] *vt quæri potest quo medicamento depelli possit aliquis morbus, & quomodo eo reperto vtendum.*

Εἰς τὸ ἡγούμενον] εἰς τὸν νοῦν τὸν πρακτικὸν. *Schol. vetus interp.* & ipsum in antecedēs. Hoc enim est quod eligitur. *Ineptiß. Itaque D. Thomæ fraudi fuit.*

IN

IN CAPVT IV.

Τ' ἀληθὲς αὐτῷ φαίνεται] *Protagoras dicebat hominem πάντων χρημάτων μέτρον εἶναι, & tale esse quidq; cuiq;, quale ipsi videretur. Plato in Cratylo, & in Theateto. Vbi etiam vrbane hoc dictum ipsius reprehenditur. Deinde ita corrigitur, ὡ τὸν τυχόντα ἄνθρωπον, μέτρον εἶναι, ἀλλὰ τὸν ὀπτήμονα, καὶ φρόνιμον. Coarguit etiam Aristoteles hoc dictum. in metaphysic. vide & Galenum lib. 1. de simplic. med. facult.*

Καθ' ἑκάστω γὰρ ἕξιν] *Prout quisq; affectus est, ita varie de rebus iudicat. Amatoribus, vt ait Theocritus, τὰ μὴ καλὰ καλὰ φέρει. Chremes Terentianus sobrius, ancillulam meretriciam spreuerat: idem cum à cœna bene potus rediret.* Vah, *inquit*, Pythias, quanto mihi formosior videre, quam dudum, *neq; tamen mutata erat ancilla, sed mutatus ipse. Phæacibus, vt Homerus, & Horatius aiunt, pulchrum fuit.*

In medios dormire dies, &,

Ad strepitum cytharæ cessatum ducere curam,

at homini parce, & frugaliter educato, vita illa turpissima, & insuauissima esset. Vt Plato negat sibi placuisse Italicas, & Siculas mensas. Arquatis, & veternosis, *ait Varro*, etiam quæ lutea non sunt, lutea videntur. *Ebrij sæpe omnia vident gemina, & ea quæ stant, moueri putant. Siculis iucundissimum videbatur bis die saturum fieri, neq; vnquam pernoctare solum: At Plato, cum eo venisset, negat eam vitam si-*

bi

Digitized by Google

bi placuisse. Verum igitur est, quod ait Aristoteles, καθ' ἑκάστων ἕξιν, &c.

IN CAPVT V.

Οὗτοι] *Perniciosa quædam, & pestifera multorum animos occuparat opinio, neminem sponte peccare, aut sponte vitiosum esse: quæ cum protegere nequitiam, improbeq; factis falsam necessitatis excusationē, quasi velum aliquod prætendere, eademq; opera omnia virtutis, & officij præcepta subuertere videretur, eam sibi Aristoteles, antequam ingrederetur de singulis virtutibus dicere, confutandam esse duxit, docendumque multis, ac firmis rationibus, in vnoquoq; nostrum situm esse, bene, an male agat, & vt bonos vitos sua sponte ea, quæ virtutis sunt, exequi, ita improbos, & nefarios sponte peccare, vitiorumq; turpitudinem in se, suapte voluntate suscipere.*

Οὗτοι δὴ] *Primum ostendit virtutis consecutionem in nobis sitam esse: idq; hoc modo. Cum finem quidem spectet voluntas, deliberatio autem, & προαίρεσις versentur in iis, quæ diriguntur ad finem, sequitur vt quæcumq; actiones ad ea pertinent, & sponte susceptæ sint, & κατὰ προαίρεσιν: tales autem sunt actiones virtuti consentaneæ, in nobis igitur situm est, vt ex virtute agamus.*

Ἐφ' ἡμῖν δὴ] *lego δὴ.*

Ὁμοίως δὴ καὶ ἡ κακία] *Ostendit vitij quoq; eandem esse rationem, idq; hoc modo. Quacunq; vt agamus, in arbi-*

Digitized by Google

arbitrio nostro situm est, eadem etiam, vt ne agamus, situm est: nam ni ita esset, neutrum esset arbitrij nostri, sed alterum necessitatis. Si possumus igitur arbitratu nostro ea, quæ honesta sunt, agere, quod virtutis est, possumus etiam ea omittere, quod est vitij: & si liberũ est nobis abstinere à flagitiosis actionibus, quod cũ virtute coniunctum est, liberũ est etiam eas suscipere, quod est vitij. Quod si singulæ actiones in potestate nostra sint, earumq; frequentatione boni aut mali euadimus, perspicuum est, sua quemq; sponte, aut bonum, aut malum euadere, idq; totum in ipso situm esse.

Τὰ καλὰ πράττειν] *lego* τὸ καλὰ πράττειν, *& paulo post,* τὸ αἰσχρά.

Τὸ δὲ λέγειν ὡς οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς οὐδ' ἄκων μάκαρ] *Tragici alicuius veteris senarius est, quo vt puto significaret, quisquis auctor ipsius est, neminem, cui eligendi potestas sit, laboriosam, & asperam vitam colere, vt neminem inuitum beatum esse, atq; affluere iis omnibus, quæ ad vitam commode agendam pertinent: sed philosophi quidem cũ statuerent omnes improbos miseros esse, omnes virtute præditos felices, iidemq; iudicarent virtutem quidem spõte coli, sed vitiosum esse neminem, nisi inuitum, abusi sunt hoc versiculo ad confirmãdam sententiam suam, & πονηρὸν interpretati sunt, non eum, qui dure, ac laboriose viueret, sed improbum, & vitiosum, quod eadem vox, aut accentu mutato, vt vulgo putant, aut eodem accentu, vt iudicat Thomas Magister, & hoc, & illud significet.* Beatum *quoq; acceperunt, non diuitem, & facilem agentem, sed virum bo-*

num

Digitized by Google

bonum & ex virtute agentem. Citatur autem hic ipse versus hoc sensu ἐν τῷ περὶ δικαίου τῶν Πλάτωνος νοθευομένων. *Et sanè hanc sententiam tueri videtur Plato in Clitophonte, & lib. 9. de legibus. Aristoteles autem posteriorem partem veram esse fatetur, priorem falsam esse docet.*

Καὶ γὰρ ἐπ' αὐτῷ] *Ignorantia iuris naturalis, aut gentium nemini prodest ad excusationem. Neque enim ferendus sit, si quis dicat, se ignorasse faciendam non esse cædem, non adulterium. Ignorantia autem Iuris Ciuilis interdum non punitur, vt in rustico, in fœmina, in milite, toto tit. D. de iure, & facti ignor. & l. 2. in fine, D. de iure fisci, punitur autem in iis, qui aut sua prudentia instructi sunt, aut iurisconsulti copiam habent, l. vltimo, D. de iure, & facti ignor.*

Εἰ δέ τις λέγοι. *Exponit argumentum quoddam, quo vtebantur ij, qui negabant homines sponte peccare, idque ita dissoluit, vt doceat etiam iis positis, quæ ipsi volebant, tamen effici, vt nihilo magis sponte suscipiantur honestæ actiones, quam turpes, & nefariæ.*

IN

Digitized by Google

IN CAPVT VI.

Περὶ ἀνδρείας.

Ὅτι μὲν οὖν] *Quid esse tandem causæ putemus, cur Aristoteles de singulis virtutibus disputaturus à fortitudine sibi potissimum exordiendum esse iudicauerit. Quidam hoc propter ipsius fortitudinis præstantiam factum putant, vt quemadmodum in magnarum ædium vestibulis pulcherrimæ columnæ, ac statuæ collocari solent: ita in ipso disputationis ingressu omnium virtutum nobilissima & præstantissima collocaretur. Ita enim præcipit, & Pindarus in Olympiis.* ἀρχομένῳ δὲ ἔργῳ πρόσωπον χὴ δέμειν πλαυγές. *Sed hanc opinionem multa sunt, quæ labefactare videntur. Primum, quod Aristoteles, si in digerendis virtutibus earum præstantiam secutus esset, prius disputasset* περὶ διανοητικῶν, ἢ περὶ ἠθικῶν. *Deinde inter morales principem locum dedisset non fortitudini, sed iustitiæ. Præclarè enim Agesilaus interrogatus,* iustitiane fortitudini, an iustitiæ fortitudo præstaret? si omnes, *inquit,* homines iusti essent, nihil opus foret fortitudine: at si omnes fortes, tum vel maxime iustitia necessaria esset. *Magni autem viri, vbi de virtutum inter ipsas comparatione agitur, nunquam primum locum dant fortitudini, sed alij tertium, alij quartum. Xenophon eam* μεγίστων ἀρετῶν *vocat* 3. παιδείας. *Tertium D. Thomas, qui hunc præcipuarum virtutum ordinem facit, vt primo loco statuat prudentiam*

Digitized by Google

tiam, secundo iustitiam, tertio fortitudinem, quarto temperantiam. Quartum Plato, qui libro primo de legibus cum duplicia bona esse dixisset humana, & diuina. Humana quidem ait esse quatuor, bonam valetudinem, pulchritudinem, robur, & diuitias: diuina autem, quæ eis, quasi è regione respondeant, totidem, prudentiam, temperantiam, iustitiam & fortitudinem: quam postremam etiam vocat, τὸ φαυλότατον, καὶ σμικρότατον ἀρετῆς μόριον, καὶ τῇ τάξει τέταρτον. *Alij huius ordinis eam causam esse dicunt, quod notissima sint nobis ea, in quibus versatur fortitudo, quæ mihi sententia ita videtur infirma, atq; imbecilla, vt etiam, si à nemine tentetur, ipsa per se corruat. Quis est enim qui cum in voluptatibus temperantia, in periculis bellicis fortitudo cernatur, non videat multis partibus notiores nobis esse voluptates, quam belli pericula? etenim voluptatis sensum ex aluo matris attulimus, ea nobis, vt Aristotelem dicere meministis* συντέθραπται, *estq;* πάθος ἐγκεχωσμένον τῷ βίῳ. *At in bello quotus quisq; versatus est? sunt qui & id factum putent, quod fortitudo in rebus difficilioribus elaborat, in eoque animi motu regendo sita est, qui difficillime regitur.* ἀκήλητον δὲ ὁ θυμὸς, *ait Aristoteles in Eudemeis. Sed horum opinioni natura, prope dixerim, ipsa & ratio reclamat. Scimus enim à facilioribus ordiendum. Quam igitur eius ordinis, quem Aristoteles in tractandis virtutibus secutus est, causam fuisse opinor, breui oratione complectar. Primum igitur prius* τὰς ἠθικὰς, *quam* τὰς διανοητικὰς *ersecutus est, quod faciliores essent ad intelligendum.*

Deinde

Digitized by Google

Deinde cum τῶν ἠθικῶν *aliæ magis versentur* περὶ τὰ πάθη, *aliæ* περὶ τὰς ἕξεις, *sintque* τὰ πάθη πρότερα τῶν ἕξεων, *prius eas, quæ* πρὸς τὰ πάθη *pertinerent, sibi expediendas esse duxit, Sunt autem duæ, Fortitudo, & Temperantia. In duabus autem rationem ordinis non crediderim admodum anxiè, & sollicite inquirendam. Etenim si quis Platonem secutus temperantiam fortitudini anteponi debuisse contendat, vtemur eodem responso, quo olim pictor quidam vsus esse perhibetur, qui conductus, vt equum currentem pingeret, cum eum pinxisset in puluere se volutantem, ob eamque rem à conductore increparetur:* Inuerte, *inquit,* tabulam, mox enim currentem videbis, *ita eum nos iubebimus duarum virtutum ordinem inuertere. Sed Aristoteles hac in parte communi hominum iudicio, vt par est, tribuisse aliquid videtur. Etenim siue Platonis siue* D. *Thomæ vera sententia est, non enim magnopere laboramus, communis hominum consensus plurimum fortitudini defert. Magnum enim nec immerito videtur in publico ciuitatis metu, ac trepidatione irruenti sese hostium agmini opponere, non tubarum sonum, non lituorum clangorem, non equorum hinnitum, non armorum fulgorem, non auida sanguinis tela, non crebris tinctos cædibus gladios extimescere, ire immo obuiam iis omnibus, & periculum ab aliis præsenti vitæ suæ periculo depellere, pro aris, & focis, pro templis, ac mœnibus, pro salute, ac libertate communi, ictus, vulnera, mortem denique, si res ferat, non excipere tantum, verum etiam vltro appetere. Hæc qui præstiterunt in*

Digitized by Google

omni ætate, apud omnes populos clari, Illustres, honorati fuerunt. Illis ouationes, supplicationes, triumphi, illis statuæ, arcus, trophæa, illis monumenta publica: illis annuæ laudationes; illis denique omnia singularia, & diuinis honoribus proxima ornamenta decreta sunt, qualia aut nunquam, aut perraro, temperantiæ, liberalitati, iustitiæ tributa legimus. Duas olim in Græcia respublicas fuisse accepimus inter se simillimas, pœneque geminas, easdemque, vt opinio erat, optimis institutis, ac legibus temperatas, Cretensium, & Lacedæmoniorum. Earum alteram Minos de Iouis, alteram de Apollinis consilio Lycurgus temperasse putabatur. Vtraque autem id præcipuè spectabat, eoque referebat omnia, vt ciues quam fortissimi, ac bellicosissimi euaderent, ideoque scripsit Plato omnem morem Lacedæmoniorum inflammatum esse cupiditate vincendi: *neque alio pertinebant aut conuiuia illa in publico, quæ tum phiditia, tum syssitia nominabant, aut laboriosæ in gymnasiis tum puerorum, tum virginum exercitationes, aut venationes, aut dolorum perpessiones, quam vt, quæ belli necessitas fert, iis in pace facile ferendis assuefierent. Quin etiam Lacedæmonij cum ceteroqui à poëticis studiis alieni essent, neque poëtarum cantus libenter audirent, lege tamen constituerant, vt quoties cum hostibus dimicaturus in procinctu constitisset exercitus, conuocarentur milites in tabernaculum regium, ibique audiendis Tyrtæi carminibus ad spernendam pro patria vitam incitarentur. Ille vero domitor orbis, victor omnium gentium, Populus Romanus,*

Digitized by Google

manus, quam virtutem pluris fecit quam fortitudinem? Cuius rei cum alia argumenta habemus & plurima, & maxima, tum illud non minimum, quod ex fortitudine, tanquam omnium præstantissima, cæteras quoque rectas animi affectiones virtutes nominarunt: Vt enim Græcis ἀνδρεία ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, ita Latinis virtus à viro *dicitur. Qua de re Ciceronis hæc verba sunt, è 2. Tuscul.* Atqui vide, ne cum omnes rectę animi affectiones virtutes appellentur, non sit hoc proprium nomen omnium, sed ab ea, quæ vna ceteris excellebat, omnes nominatæ sint. Appellata est enim ex viro virtus: viri autem maxime propria est fortitudo, cuius munera duo maxima sunt, mortis, dolorisque contemptio. *Idem etiam testatur Plutarchus in vita Coriolani, sed verba, quibus id exprimit in Græcis exemplaribus deprauata leuiter, ob idque ab interpretibus intellecta non sunt. legi autem debent hoc modo.* Ὅλως μὲν οὖν ἐν τοῖς τότε χρόνοις ἡ ῥώμη μάλιστα τῆς ἀρετῆς, τὸ περὶ τὰς πολεμικὰς, καὶ στρατιωτικὰς ἐκύδαινε πράξεις. ὦ καὶ μαρτυρεῖ τὸ τὴν ἀρετὴν ὑπ' αὐτῶν ἐνὶ τῷ τῆς ἀνδρείας ὀνόματι προσαγορεύεσθαι. *Sed de ordinis ratione satis, aut etiam fortasse plus satis, nunc Aristotelem ipsum audiamus.*

Τὰ κακὰ] τὰ βλαβερὰ, καὶ τὰ μετὰ λύπης, τὰς γὰρ μοχθηρίας μέγιστα οὔσας κακὰ, οὐ πάνυ φοβοῦνται.

Διὸ καὶ τὸν φόβον] *Platonis est ex Lachete.* οἷον ἀδοξίαν. *Itaque Horatius de viro bono, & forti.*

Peiusque letho flagitium timet.

Digitized by Google

Non ille pro caris amicis,
Aut patria timidus perire.

Λέγεται δὲ ὑπὸ τινῶν, &c.] *vt in Phormione Terent.*

O vir fortis, atque amicus.
Verum id Phormio vereor, ne istæc fortitudo, etc.

Αφοβος γάρ τις καὶ ὁ ἀνδρεῖος] *Recte addidit τὶς: τὸ γὰρ ἄφοβον καὶ τὸ ἀνδρεῖον οὐ ταὐτὸν ἐστὶν ἀλλὰ τὸ μετὰ φρονήσεως, ait Plato in Lachete. Eleganter autem, & acutè disputat Plutarchus in Agide, vt probet fortitudinem non esse ἀφοβίαν τινὶ, sed φόβον. Eius hæc verba sunt.* ἐστὶ δὲ Λακεδαιμονίοις οὐ φόβου μόνον, ἀλλὰ καὶ γέλωτος, καὶ τοιούτων ἄλλων παθημάτων ἱερὸ. Τιμῶσι δὲ τὸν φόβον, οὐχ ὥσπερ οὓς ἀποτρέπονται δαίμονας, ἡγούμενοι βλαβερὸν, ἀλλὰ τὴν πολιτείαν μάλιστα συνέχεσθαι φόβῳ νομίζοντες. *Et paulo post.* Καὶ τὴν ἀνδρείαν δέ μοι δοκοῦσιν, οὐκ ἀφοβίαν, ἀλλὰ φόβον ψόγον, καὶ δέος ἀδοξίας οἱ παλαιοὶ νομίζειν, ἢ γὰρ δειλότατοι πρὸς τοὺς νόμους θαῤῥαλεώτατοι πρὸς τοὺς πολεμίους εἰσὶ, καὶ τὸ παθεῖν ἥκιστα δεδίασιν οἱ μάλιστα φοβούμενοι τὸ κακῶς ἀκοῦσαι. *Sed hanc Aristoteles negaret veram esse fortitudinem,* πολιτικὴν *fateretur. De qua inferius dicturi sumus.*

Πενίαν δ' ἴσως] *Docuit fortitudinem non esse in iis non metuendis, quæ metuere oportet, nunc docet, eam ne in iis quidem omnibus non metuendis versari, quæ metuenda non sunt. Exempli causa, paupertatem metuere non oportet, neque morbum, dum modo res non minuatur culpa nostra, neque morbus, aut negligentia, aut intemperantia contrahatur. Sed tamen, neque, qui ea metuit, timidus, neque qui non metuit, fortis haben-*

habendus est; sed qui eam supra modum timet, auarus, vt ille, qui apud Plautum dicitur, quum dormitum iret, follem sibi obstringere solitus ob gulam, ne quid animæ forte amitteret dormiens, *quique cum vnicam filiam in opulentam domum sine dote daret, ita secum cogitabat:* festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris, *vt Vuidius ille Horatianus, qui cum ita diues esset, vt metiretur nummos, ita erat sordidus, vt se non vnquam melius seruo vestiret, adusque supremum tempus, ne se penuria victus opprimeret, metuebat.*

Οὐδ' ὅλως] *Nihil enim præstare sapientis, præter culpam.*

Οὐδ' εἴπερ ὄζειν] *Vt cum Darius matrem, vxores, filias venisse in Alexandri potestatem videns, metuebat ne vxore, & filiabus, Alexander ad libidinem suam abuteretur, non ob id erat timidus.*

Οὐδ' εἰ θαρρεῖ μέλλων μαστιγοῦσθαι] *vt ille apud Plautum.*

Mei tergi hoc, non tui facio fiducia

Et ille Terentianus.

Herus si redierit, vapulandũ, habẽdæ compedes.

Περὶ ποῖα ἔν [*Concludit fortitudinem præcipue cerni in despicientia mortis, eam enim qui negliget, facile negliget cætera.*

Φοβερώτατον] *Natura nihil est tam terribile quam mors. Etenim, vt ait Theocritus.*

Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν ἀνέλπιστοι θανόντας.

Itaque Euripides,

Digitized by Google

Κακῶς ζῆν, κρεῖσσον, ἢ θανεῖν καλῶς.

Quod tamen ex vulgi sententia, non tamen ex veritate dictum est: nam qui vitæ nimium cupidi sunt, vituperantur, meritoque exagitatum est à sapientissimis hominibus votum illud Mæcenatis.

Debilem facito manu,
Debilem pede, coxa:
Tuber astrue giberum:
Lubricas quate dentes.
Vita dum superest, bene est.
Hanc mihi vel acutam
Si das, sustineo crucem.

Πέρας γὰρ καὶ οὐδὲν ἔτι] *Hoc quoque magis, de vulgarium, quam de Aristotelis ipsius sententia dictum est, ipse enim audierat eum magistrum, ex quo hæc Cicero expressit.* Imo vero hi viuunt, qui ex corporum vinculis, tanquam è carcere euolauerunt. Vestra vero, quæ dicitur vita, mors est.

Δόξειε δ' ἂν περὶ τὸν θάνατον τὴν ἐν παντὶ] *Ne in omni quidem morte despicienda elucet fortitudo, sed in bello, quod quidem iustum, honestumque sit, quale est bellum pro patria, maxime cernitur.*

Τοιοῦτοι δὲ] *Virgilius.*

Pulcrumque mori succurrit in armis. Idem:
Pulcramque petunt per vulnera mortem.

Horatius:

Dulce, & decorum est pro patria mori.

Tyrtæus:

Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα,

Ἀνδρ'

Ανδρ' ἀγαθὸν περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον.

Euripides:

Τρῶες δὲ πρῶτον μὲν τὸ κάλλιστον κλέος,

Ὑπὲρ πάτρας ἔθνησκον. *Itaque omnis veterum Rhetorum eloquentia consumpta est in laudandis trecentis illis Lacedæmoniis, qui Leonida duce, cum sese in Thermopylarum angustiis illi exsiccatori fluminum, complanatori montium exercitui Xerxis se opponere ausi essent, occubuerunt pro patria, primique Xerxem, non multitudinem, sed virtutem in militibus spectari debere docuerunt, quorum Imperator quanto opere mortem ipse pro patria appetendam potius, quam refugiendam duceret, vel hæc ipsius vox declarat.* Pergite animo forti Lacedæmonij, hodie apud inferos fortasse cœnabimus. *Neque vnquam reticebitur Epaminondas, qui cum ad Mantineam fortissimè pugnans, lethale vulnus accepisset, vbi victoriam suorum esse accepit, tum denique iussit educi sibi telum de corpore, æquissimo se animo mori dicens, quod patriam imperantem Lacedæmoniis reliquisset, quam acceperat seruientem. Ne Codrus quidem Atheniensium Rex prætereundus est, qui, cum ex oraculo responsum esset, pugnantibus inter se Atheniensibus & Peloponensibus, vtrorum rex cecidisset, eos victores fore, gregarij se militis (famulari veste Cicero) ornatu in hostes, ne agnosceretur, intulit, voluntariaque morte victoriam suis comparauit. Multitudo ipsa me terret animo, ac cogitatione intuentem in fortissimos viros, pro patria mortuos, quos olim hæc vrbs innumerabiles protulit, deque illis ali-*

Digitized by Google

quid verborum facere meditantem. Omnes enim omnium aliarum gentium fortes viri, qui omnibus sæculis floruerunt, si vnũ in locum conferantur, paucissimi præ infinita Romanorum multitudine videbuntur. Itaque quod interdum diserti homines augendi, atque amplificandi causa dicunt, id ego possum hoc loco sine mendacio dicere, & dies me, & vox, & latera deficient, si eos, qui in hac vrbe nati, fortitudine excelluerunt, enumerare, ac de singulorum virtutibus aliquid dicere voluero. Et sane, quid attinet recensere vobis, aut tres illos Decios, aut duos Scipiones, aut L. Æmylium Paulum, aut M. Claudium Marcellum, aut innumerabiles alios, quorum gloria iisdem, quibus solis cursus, regionibus continetur, cum legiones integras M. Cato scribat sæpe in eum locum profectas, vnde certo scirent se nunquam redituras? Adeo vt aliæ laudes aliarum gentium, ita Romani generis, ac nominis propria fuit fortitudo. sed his, quæ satis per se illustria sunt, omissis, ea, quæ ab Aristotele dicuntur, persequamur.

Ὁμόλογοι δ' τούτοις εἰσὶ] *Huc referri potest consuetudo Atheniensium è secundo Thucydidis, è Menexeno Platonis, epitaphio Lysiæ, & similibus. Fortes habendi sunt etiam qui extra bellum offerunt se ad mortem pro patria, vt Menœceus apud Euripidem in Phœnissis. Et apud eundem Iphigenia. Et qui potius, quam turpitudinem aliquam suscipiant, mori malunt, vt ætate nostra Thomas Morus, & qui mortem, cum iniuste damnati sint, magno animo ferunt, vt Socrates. Et qui adeunt periculum mortis, etiamsi non moriantur, vt Harmodius,*

Digitized by Google

modius, & Aristogiton, vt Horatius Cocles, vt Scæuola. præclare quidam sapiens. Mortem pro patria vir fortis fugere nunquam potest. effugere interdum potest.

IN CAPVT VII.

Τὸ δὲ φοβερὸν ὑ πᾶσι] *aliud enim puero, aliud viro, aliud auaro, aliud intemperanti, aliud viro bono, Qui peius letho,* vt Horatius ait, *flagitium timet. Quam sit terribile auaro,* ὑ χρημάτων ἀποβολὴ *cognosci potest, hoc exemplo Horatiano ex Satyra 3. lib. 2.*

Pauper Opimius argenti positi intus, & auri,
Qui Veientanum festis potare diebus
Campana solitus trulla, vappamq; profestis,
Quondam lethargo grandi est oppressus. Vt heres
Iam circum loculos, & clauis lætus, ouansq;
Curreret. Hunc medicus, multum celer atq; fidelis,
Excitat hoc pacto, mensam poni iubet: atq;
Effundi saccos nummorum, accedere plures
Ad numerandum, hominem sic erigit. Addit & illud,

Ni tua custodis, auidus iam hoc auferet heres
Men' viuo? Vt viuas igitur vigila, hoc age. Quid vis?
Deficient inopem venæ te ni cibus atq;
Ingens accedat stomacho fultura ruenti, &c.

Λέγομεν δὲ π] *Itaque id quod poëtæ dicunt.*

Si fractus illabatur orbis
Impauidum ferient ruinæ.

Digitized by Google

Καθ' ὑπερβολὴν *dicitur, & meum illud.*

Perge, tona, rue, verte ipsum à radicibus orbem,
Impauidus, qui te contueatur, habes.

Τὰ δὲ κατ' ἄνθρωπον] *Alia magis, alia minus terribilia sunt, aut θαῤῥαλέα.*

Ὁ δὲ ἀνδρεῖος] *Non exuit hominem, neq; omnino metu caret. Itaque nugantur Stoici, qui sapientem suum faciunt quendam Cænea. Vide Plutarchi* σύνοψιν τοῦ ὅτι παραδοξώτερα οἱ στωικοὶ τῶν ποιητῶν λέγουσιν.

Καὶ ἔτι τὰ μὴ φοβερὰ] *vt cum quis leporis occursum, aut soricis occentum metuit. Lucretius.*

Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cœcis
In tenebris metuunt, sic nos in luce timemus
Interdum, nihilo quæ sunt metuenda magis quam
Quæ pueri in tenebris pauitant, finguntq; futura.

Γίνεται δὲ] *Docet quomodo in his rebus peccetur.*

Ὁ μὲν οὖν] *Definit virum fortem copiosius, & apertius, quam supra.*

Τέλος] *Qualis quisq; habitus est, tales sunt, quæ ab eo manant actiones.*

Τῶν δ' ὑπερβαλλόντων] ὑπερβάλλοντας *vocat omnes, qui à medio aberrant:* πάντες γὰρ, καὶ ὑπερβάλλουσί πως καὶ ἐλλείπουσι.

Τοὺς κελτοὺς] *Horatius,*

Te, non pauentis funera Galliæ,
Duræq; tellus audit Iberiæ. Strabo.

Τὸ δὲ σύμπαν φῦλον, ὃ νῦν γαλλικόν τε, καὶ γαλατικὸν καλοῦσιν, ἀριμάνιόν τε καὶ θυμικόν ἐστι, καὶ τάχυ πρὸς μάχην, ἄλλως

ἄλλως δὲ ἁπλοῦν, καὶ οὐ κακόηθες. Διὰ δὲ τοῦτο ἐρεθισθέντες μὲν ἀθρόοι συνίασι πρὸς τοὺς ἀγῶνας, καὶ φανερῶς, καὶ οὐ μετὰ περισκέψεως. ὥστε καὶ εὐμεταχείριστοι γίνονται τοῖς καταστρατηγεῖν ἐθέλουσι. Καὶ γὰρ ὅτε βούλεται, καὶ ὅπου, καὶ ἀφ' ἧς ἔτυχε προφάσεως, παροξύνας τις αὐτοὺς, ἑτοίμους ἔσχε πρὸς τὸν κίνδυνον. *Ælianus lib. 12. de varia historia.* Ἀνθρώπων ἐγὼ ἀκούω φιλοκινδυνοτάτους εἶναι τοὺς κελτοὺς. τῶν ἀσμάτων οὖν ὑποθέσεις ποιοῦνται τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς ἀποθανόντας ἐν τῷ πολέμῳ. καλῶς, καὶ μάχονται δὲ ἐστεφανωμένοι. ἀλλὰ καὶ τρόπαια ἐγείρουσιν, ἅματε ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις σεμνυνόμενοι, καὶ ὑπομνήματα αὐτῶν τῆς ἀρετῆς ἐλλείποντες ἑλληνικῶς. οὕτως δὲ αἰσχρὸν νομίζουσι τὸ φεύγειν, ὡς μηδὲ ἐκ τῶν οἰκιῶν κατολισθαινουσῶν, καὶ ἐμπιπτουσῶν πολλάκις ἀποδιδράσκειν, ἀλλὰ μηδὲ πιμπραμένων αὐτῶν παραλαμβανομένους ὑπὸ τοῦ πυρὸς. πολλοὶ δὲ καὶ ἐπικλύζουσαν τὴν θάλασσαν ὑπομένουσιν. εἰσὶ δὲ καὶ οἱ ὅπλα λαμβάνοντες ἐμπίπτουσι τοῖς κύμασι, καὶ τὴν φορὰν αὐτῶν εἰσδέχονται, γυμνὰ τὰ ξίφη, καὶ τὰ δόρατα προσείοντες ὥσπερ οὖν, ἢ φοβῆσαι δυνάμενοι, ἢ τρῶσαι. *Plutarchus.* Τὸ τὸν σεισμὸν οὐ φοβεῖσθαι, *tribuit Galatis. Ita enim scribit,* ἐν τῷ περὶ δεισιδαιμονίας. οὐ φοβεῖται θάλασσαν ὁ μὴ πλέων, οὐδὲ πόλεμον, ὁ μὴ στρατευόμενος, οὐδὲ λῃστὰς, ὁ οἰκουρῶν, οὐδὲ συκοφάντην ὁ πένης; οὐδὲ φθόνον ὁ ἰδιώτης, οὐδὲ σεισμὸν ὁ ἐν γαλάταις, οὐδὲ κεραυνὸν ὁ ἐν αἰθίοψιν. *Ac fieri potest, vt nomine Galatarum Gallos intellexerit, vt videre est in iis, quæ retulimus ex Strabone. Galatæ tamen sunt in Ponto, sed oriundi à Gallis ingenio, vt ait Hieronymus, referentes originem. Vnde eos D. Paulus vocat* ἀνόητους. *Sed tamen si animaduertas, ad*

aliam

Digitized by Google

aliam causam hoc refert Aristoteles, ad aliam Plutarchus.

Ὁ δὲ τῷ θαῤῥοῦν] *Exponit naturam audacis.*

Ὁ δὲ τῷ φοβεῖσθαι] *Exponit naturam meticulosi.*

Περὶ ταῦτα] *ταυτὰ lege, vt Arret. at alij, circa hæc. male, vt puto.*

Καὶ οἱ μὲν θαρσεῖς. *Pulchre vtrumq; exprimit Homerus in Troianis, & Græcis.*

Φεύγοντα πενίαν] *vt fecit Apicius, de quo Seneca.* Apicius nostra memoria vixit, qui in ea vrbe, ex qua aliquando Philosophi, velut corruptores iuuentutis abire iussi sunt, scientiam popinæ professus, disciplina sua sæculum infecit, cuius exitum nosse operæ pretium est, cum HS. millies in culinam congessisset, cum tot congiaria principum, & ingens Capitolij vectigal singulis comessationibus hausisset, ære alieno oppressus, rationes suas tunc primum coactus inspexit, superfuturũ sibi HS. centies computauit, & velut in vltima fame victurus, si HS. centies vixisset, veneno vitam finiuit.

Ἢ ἐρῶντα] *vt Euadne, vt Laodamia.*

Ἢ τὴ λυπηρὸν] *vt Pomponius Atticus.*

Μαλακία γὰρ] *Euripides.*

Εσκεψάμην δὲ, κἀμπὲρ ἐν κακοῖσιν ὢν
Μὴ δειλίαν ὅπλων τὴν ἐκλιπὼν φάος.
Ταῖς συμφοραῖς γὰρ ὅστις οὐχ ὑφίσταται,
Οὐδ' ἀνδρὸς ἂν δικαίου ὑποστῆναι βέλος.

Martia-

Digitized by Google

Martialis, Rebus in aduersis, &c.

Vide quæ dixi in capite 7. libri quarti variarum lectionum.

IN CAPVT VIII.

Λέγονται] *Gemmas fictitias, & falsa medicamenta, & omnia denique, quæ falsa cum sint, verum imitantur, nosse prodest.*

Ἡ πολιτικὴ] *Hanc videtur Plato in Lachete pro vera fortitudine describere, legendus est, Plutarchus in Agide.*

Παρ' οἷς οἱ δειλοὶ] *Nestor Iliad. O.*

Ὦ φίλοι ἀνέρες ἐστὲ καὶ αἰδώ θέσθ' ἐνὶ θυμῷ
Ἄλλων ἀνθρώπων.

Ὥσπερ ὁ ἕκτωρ] *Homer. Iliad. O*

Ἕκτωρ δὲ τρώεσσιν ἐκέκλετο μακρὸν ἀΰσας
Ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωθι νοήσω
Αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσομαι. οὐδένυ τόν τε
Γνωτοί τε, γνωταί τε πυρὸς λελάχωσι θανόντα
Ἀλλὰ κύνες ἐρύουσι πρὸ ἄστεος ἡμετέροιο·

At Agamemnon Iliad. β.

Ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης ἐθέλοντα νοήσω
Μιμνάζειν παρὰ νηυσὶ κορωνίσιν, οὐ οἱ ἔπειτα
Ἄρκιον ἐαστεῖται φυγέειν κύνας ἠδ' οἰωνούς.

Hæc ipsa citat tertio politicorum sub persona quidem Agamemnonis, sed diminuta, & addit de suo illud, πὰρ γὰρ ἐμοὶ θάνατος.

Ὑπὸ τῶν ἀρχόντων] *vt Persæ ad Thermopylas.*

Οἱ

Οἱ πρὸς τῶν τάφρων] τειχῶν, v. l. v. & interp. & Argyr.

Δοκεῖ δὲ] *Veget. lib. 2.* Nemo facere metuit, quod se bene didicisse confidit. οἱ στρατιῶται ἀνδρεῖοι βαίνουσι διὰ τὸ εἰδέναι τὰ δεινὰ ὡς σωκράτης ἔλεγε, ἀλλὰ διὰ τὸ εἰδέναι τὰς βοηθείας τῶν δεινῶν, *lib.* Γ. τῶν μεγάλων ἠθικῶν. *Tacitus de Cæcina lib. 1.* Quadragesimum id stipendium Cæcina parendi, aut Imperitandi habebat, secundarum antiquarumque rerum sciens, eoque interritus.

Πολλὰ κενὰ] *Thucyd. lib. 3. Polyb. apud Suidam cum luna defecisset, temporibus Persei Macedonũ Regis, vulgo rumor increbuit, regis interitum significari, eaque res pariter, & Romanis addidit animos, & Macedonas consternauit, addit,* ὅτως ἀληθὲς ὄζι τὸ περιφερόμενον, ὅτι πολλὰ κενὰ & πολέμου. *Cicero ad Atticum.* Scis esse quædam πανικὰ, dici item πνὰ, κενὰ & πολέμου. *Plutarch.* περὶ & ἀκύειν; ὡς γὰρ πολέμου καὶ ἀκροάσεως πολλὰ κενά ὄζιν. *Curtius lib. 3.* Fama bella stare, & eum, qui recedat, fugere credi. *Idem lib. 5.* Fama maximum in bello momentum. *lib. 7.* Ea res, sicuti pleraque belli vana, & inania, barbarorum deditionem traxit. *lib. 8.* Fama bella cõstant, & sæpè etiam, quod falso creditum est veri vicem obtinuit.

Διὰ τὰ προειρημένα] διὰ τὸ καλὸν ὃ προαιρῶνται.

Horat. *Spes iubet esse ratas.*

Idem. *Spes donare nouas Largus, &c.*

Plato 1. de legib.

Ὥσπερ

Ὥσπερ οἱ ἀργεῖοι] Xenoph. 6. ἑλληνικῶν.
Ὑπομένει] legendum ὑπομενεῖ. ex lib. M. S.

* * *

IN CAPVT X.

Μετὰ δὲ τοῦτο] Explicata fortitudinis natura sequi ait, vt de temperantia disseratur, vt ea virtute patefacta, quæ præstat ne admotæ dolorum faces, neu propositus mortis metus animum labefactare, aut concutere possit, quasique de gradu deiicere, euoluatur, & excutiatur ea, cuius munus est efficere, ne blandæ conciliatrix sui, eademque facillimæ imitatrix boni voluptas hominem eneruet, ac molliat, & à recto itinere abductum, ad nequitiam, & ad libidinem, & ad omne flagitium adducat. Magnum hoc quoque virtutis munus, & singulari quadam cum difficultate coniunctum. Multos enim quos non debilitarat dolor, superauit voluptas: quique sine vllo metu pericula adierant, labores pertulerant, vulnera exceperant, mortem ipsam, qua nihil terribilius est, pro nihilo putauerant, iidem appetiti voluptatis illecebris, non potuerunt eam rectis oculis contueri. Vltro etiam induerunt sese in illius retia, seque mollissimis illius vinculis deuinciendos, ac constringendos præbuerunt. Quem vmquam, vel in fabulis fortiorem Hercule accepimus? At ille Iouis, vt poëtæ loquuntur, satu editus, ille monstrorum domitor, ille purgator orbis, in quem nihil vmquam virium habuerat dolor, à voluptate deuictus est, & in

Ompha-

Digitized by Google

Omphales gremio cubans, iisdem illis manibus, quibus infans inusitatæ magnitudinis angues extinxerat, quibus postea, delapso è luna leoni fauces eliserat, crescentem damnis, & vires ex ipsa sua cæde ducentem hydram confecerat, peruigilem draconem in æternum soporem collocauerat, pro corona populea mitellam, aut calanticam capite gestans, pro leonis pelle, crocotam indutus, pro clauа, & arcu colum, & calathos tractans, non tantum virtutis, verum etiam sexus sui oblitus, ad arbitrium dominæ pensa carpebat. Nullum vmquam hæc Vrbs hostem Hãnibale infensiorem habuisse memoratur. At illum, quem non Pyrenæorum montium asperitas, non Rhodani fluuij impetus, non obiectus à natura ad tutandam, ab incursibus exterarum gentium Italiam Alpium vallus retardauerat, cuius imbutum vsq; à pueritia capitali Romani nominis odio, animũ, non fames, non frigus, non vlla denique mali vis domare potuerat, qui tot ad Thrasymenũ lacum, tot ad Cannas Romanorum millia cæciderat, qui Romam ipsam capere noluerat magis, quam non potuerat, Campanus luxus, ac deliciæ perdiderunt, vt vere à clarissimis scriptoribus dictum sit, Capuam Hannibali Cannas fuisse. Neque aliam ob causam apud diuinum poëtam Homerum Vlixes, qui quasi perfectũ quoddam absolutæ prudentiæ exemplar nobis proponitur, præter Sirenum insulam nauigaturus, iubet se, tamquam prudentiæ suæ diffidens, ad malum nauis alligari, nisi vt ex eo intelligamus, nihil esse difficilius homini, quantalibet prudentia prædito, quam voluptatis blanditias aspernari, neq;

earum

earum suauitate irretitum, atque illaqueatum, ab instituto itinere auerti. Quæ igitur virtus earum cupiditati modum adhibet, neque auferri nos ab ea. si se audiamus, patitur, eius nobis vis, atque natura hodierno die ex Aristotele explicanda est.

Δοκοῦσι γὰρ] *Caussam reddit cur harum virtutum tractationem coniunxerit, ac continuauerit: esse enim eas coniunctas, atque affines inter se, cum partium animæ ratione carentium propriæ esse videantur. Est autem annotandum magis id eum ex ea, quæ tum à Platone profecta probabatur plurimis, quam ex sua sententia dicere. Plato enim tres animi partes fecerat. Vnam, in qua inesset ratio, quam vocabat* τὸ λογικὸν, *eamque in capite esse dicebat. Duas rationis expertes,* τὸ θυμοειδὲς, *cuius sedes esset cor. & τὸ ἐπιθυμητικὸν, quod in iecore situm esset. Aiebat autem* τοῦ θυμοειδοῦς *propriam virtutem esse fortitudinem,* τοῦ ἐπιθυμητικοῦ *Temperantiam.*

Τῶν ἀλόγων μερῶν] *Plutarch.* ἐν τῷ περὶ τοῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι. ἡ μὲν οὖν σωφροσύνη βραχύτης τίς ἐστιν ἐπιθυμιῶν, καὶ τάξις, ἀναιροῦσα μὲν τὰς ἐπεισάκτους, καὶ περιττὰς, καιρῷ δὲ καὶ μετριότητι κοσμοῦσα τὰς ἀναγκαίας.

Ὅτι μὲν οὖν] *Primum redigit in memoriam id, quod libro secundo de temperãtia dixerat, eam videlicet moderationem quandam esse, quæ in voluptatibus cerneretur, deinde incipit subtilius exquirere, quæ materia illi proprie proposita sit, quoque in genere voluptatum vis illius eluceat. Eandem autem rationem, etiam in fortitudine tenuerat. Non est autem omittendum σω-*

Digitized by Google

φρόνησις nomen duobus modis accipi, Interdum pro modestia, & moderatione quadam, quæ per omnes vitæ partes permanat, ac pertinet, vt sæpe apud Platonem. Interdum angustius pro ea virtute, quæ corporeis voluptatibus adhibet modum, vt in hac disputatione. Dicta est autem σωφροσύνη, quasi σώζουσα τὴν φρόνησιν, vt docet Plato in Cratylo, & Aristoteles sexto Ethicorum. Nihil enim est prudentia, tam inimicum, aut aduersarium, quam Intemperantia, & libido.

Ἥττον δὲ] Vt fortitudo cum versetur, καὶ περὶ τὰ φοβερά, καὶ περὶ τὰ θαρραλέα: minus tamen cernitur, ἐν τοῖς θαρραλέοις: sic temperantia περὶ ἡδονάς τε ἔστι καὶ λύπας; minus tamen versatur περὶ τὰς λύπας. Ea enim tantum ratione in molestiis versari dicitur, quod aufert, & eripit ex animis eas molestias, quas plerique capiunt, cum iis rebus, quæ voluptatem afferunt, frui non queunt.

Ἐν τούτοις δὲ] Semper enim quibus in rebus cernitur virtus, in iisdem cernuntur vitia quæ ei virtuti aduersantur.

Περὶ ποίας οὖν] Cum igitur multa, eaque magnopere inter se diuersa sint voluptatum genera statuamus, ac definiamus, inquit, in quibus earum versetur temperantia.

Διηρήθησαν δὲ] Quatuor quasi membris hac tota disputatio continetur. Primo, cum voluptates aliæ sint animi, aliæ corporis, ad has tantum pertinet temperantia. Secundo, ne in his quidem omnibus cernitur, sed in eis tantum, quæ tactu, aut gustatu sentiuntur. Tertio, mi-

Digitized by Google

minusq; in iis quæ gustatu, quã in iis, quæ tactu. Quarto, earum etiam ipsarum, quæ tangendo percipiuntur, quædam sunt ingenuæ ac liberales, quibus oblectari etiam supra modum non est intemperantis. Primum igitur, quod attinet ad eam, quæ proposita est, voluptatum diuisionem, intelligendum est omnem voluptatem animo percipi. Recte enim Epicharmus. Νοῦς ὁρᾷ, καὶ νοῦς ἀκούει. τὰ ἄλλα κωφὰ, καὶ τυφλὰ. Mens videt, mens audit, cætera surda, ac cæca sunt. *Sed cum aliæ ipsius animi propriæ sint, ita vt nullo modo ad corpus pertineãt, aliæ item sentiantur animo, vt afficiant etiam corpus, illas* ψυχικὰς, *has* σωματικὰς *Aristoteles vocat. Itaq; hæc diuisio eundẽ habet sensum, quem illa, quæ posita est à Xenephonte, principio Hieronis.* ἔστι μὲν οὖν ὅτε δι' αὐτῆς τῆς ψυχῆς μοι δοκοῦμ' ἥδεσθαι, ὅτε δ' αὖ λυπεῖσθαι ἔστι δὲ ὅτε κοινῇ καὶ διὰ τῆς ψυχῆς, καὶ διὰ τοῦ σώματος.

Οἷον φιλοτιμία, καὶ φιλομάθεια] *Exemplum retulit non ad id membrum, quod proxime cohærebat, sed ad superius. Amorem autem, ac studium pro voluptate posuit; quia quod quisque amat, id ei voluptati est 5.6.* ἑκάστῳ δὲ ἐστὶν ἡδὺ πρὸς ὃ λέγεται φιλοτοιοῦτος. *Cum igitur multi gloriam ament, neq; vlla ex re maiorem voluptatem capiant, quam cum se coli, laudari, honore affici vident (vt Themistocles dicebat eum à se musicum libentissime audiri, à quo ipse optime laudaretur) non tamen aut temperans dicitur, qui ea re moderate gaudeat, aut qui immodice, intemperans, sed aliis quibusdam nominibus notabuntur. Maxima, maximeq; naturalis est discendi voluptas: vere enim*

Digitized by Google

ait Aristoteles omnes homines naturali quadam cognitionis, & scientiæ cupiditate duci. Et alio loco, nihil esse suauius, quam citissime discere. Si quis igitur in eo immodicus fit, non eum propterea intemperantem esse dicemus. Archimedem accepimus ita delectatum esse studio suo, vt præ illius suauitate, eorum, quæ ad corporis curam pertinebat, obliuisceretur; itaq; sæpe solitum ex ancillis quærere, numquid pransus, numquid lotus esset, quod idem etiã de Nicia pictore narrat Plutarch. Solonem aiunt etiam morientem aliquid discere voluisse. Eudoxus optare solitus erat παρεφαὰς τῷ ἡλίῳ, καὶ καταμαθὼν, τὸ φῶς ἅρπυ, καὶ τὸ μέγεθος, καὶ τὸ εἶδος, ὡς ὁ φαέθων καταφλεγῶαι. Plutarch. in opus. Ne suauiter quidem viui posse secundum Epicurei decreta. Et notum est Iuriscõsulti cuiusdam veteris dictum, qui se aiebat etiam si alterum pedem haberet in tumulo, semper tamen ad aliquid discendum paratum fore. Notum est, quid Euclides, quid Cleanthes, quid alij propemodum innumerabiles admirabili quadam discendi cupiditate incensi fecerint, quorum multi, vt eam sitim explerent, rem familiarem, nonnulli etiã vitam ipsam neglexisse memorantur. Quis eos propterea intemperantiæ accusandos duxerit? Mori videbamus in studio dimetiendi pœne cœli, atq; terræ Gallum familiarem Patris tui Scipio: *ait apud Ciceronem Cato. & addit.* Quoties illũ lux noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit, cum cœpisset mane? quam delectabatur cum defectiones solis, & lunæ multo

ante

Digitized by Google

ante nobis prædiceret? *Hæc Cato. Num quisquam igitur eo nomine Gallum illum, vt intemperantem culpauerit? Atqui & ipse, & ij, quos antea nominauimus voluptati cuidam suæ aliis omnibus rebus relictis, toto pectore indulgebant. Vt si quicunque plurimum operæ, ac studij in consectanda aliqua voluptate ponunt, cuius ea cumque tandem generis sit, habendi sint intemperantes, præstantissimis omnium ætatum viris eam notam inurere, eosque in illum numerum includere necesse sit. Sed nimirum, cum in moderandis voluptatibus dicimus positum esse temperantiæ munus, id non de voluptatibus animi, sed de corporeis tantum intelligendum est.*

Ἑκάτερος γὰρ τούτων] *Relatio est ad sensum non ad vocem.*

Τῆς διανοίας] τὴν διάνοιαν ἀντὶ τῆς ψυχῆς κοινότερον ἔλεξε.

Ὁμοίως δὲ οὐδ' οἱ περὶ τὰς ἄλλας] *Non tantum generosiores illæ, vt ita dixerim, & excelsi, atque ingenui animi propriæ voluptates, cuiusmodi sunt gloriæ studium, aut discendi cupiditas, intemperantem hominem non efficiunt: sed ne aliæ quidem humiliores, & abiectiores, quæ modo ad corpus nihil pertineant, nihilque cum illo commune habeant. Exempli causa. Multos videas, qui fabulando, ac garriendo, & longas de rebus nihili narrationes contexendo alienas aures onerent, ex eoq; mirificam quandam hauriant voluptatem ita vt totos dies loquendo consumant, quidam etiam auditores sibi corrogent, ac libenter, si facultates suppe-*

Digitized by Google

tant, prandio excipiant aliquem, qui aures patientes habeat, tantum vt audiantur, quo vitio senes multi, & mulierculæ laborant: vsq; eo, vt si soli sint, tamen secum loquantur, vt in Græcorum commẽtariis relatum est de muliere quadam, cui nomen erat Acco, quæ ita erat silentij impatiens, vt si quando neminem haberet, cui aures loquacitate sua obtunderet, domi tamen sederet ad speculum, & totum diem, cum imagine sua, tanquam cum alia quapiam muliere loqueretur. Quid multa? vt Aristophanes ait, barbaros quotidie biduum bibere, *ita dici potest eos, qui hoc morbo laborant,* quotidie biduum loqui: *sed ne plura dicendo eos ipsos, quos reprehendimus, imitemur, quantumlibet garrulus, loquax q; sit aliquis, non tamen eo nomine illum intemperantem vocabimus, sed nugatorem potius, aut vt Gellius locutos esse veteres ait,* linguacem, blaterionem, locutuleium, &c.

Τοὺς γὰρ φιλομύθους] φιλόμυθος *duobus modis dicitur, interdum is, qui delectatur audiendis fabulis, vt in primo maiore* τῶν μετὰ τὰ φυσικά. Διὸ καὶ φιλόμυθος ὁ φιλοσοφὸς πώς ἐστιν. ὁ γὰρ μῦθος σύγκειται ἐκ θαυμασίων. *Interdum autem is, qui ipse libenter fabulatur, vt hoc loco, qualem Homerus ait fuisse Thersiten, quem vocat* ἀμετροεπῆ, καὶ ἀκριτόμυθον.

Ἀδολέσχους] ἀδολέσχης, *aut* ἀδόλεσχος, *dictus videtur à nomine* ἄδος, *quod est satietas, & à nomine* λέσχη, *quod facilem quandam loquacitatem significat.*

Ἀκολάστους δὲ ἃ λέγομεν] *Eos tamen, qui commissa sibi secreta, reticere nõ possunt, dicimus habere linguam*

ἀκόλα-

Digitized by Google

ἀκόλαστον, vt Euripides de Tantalo. Ἀκόλαστον ἔχει γλῶσσαν ἀκρίτου νόσον.

Οὐδὲ τοὺς λυπουμένους ἐπὶ χρήμασιν ἢ φίλοις] *Vt non omnis dolor, ita neque omnis molestia ad temperantiam pertinet: non enim si quis amissa pecunia nimis angatur animo, eamq; ob rē se immodice afflictet, propterea habebitur intemperans: neq; si quis moderari non possit ei dolori, quem ex amicorum morte, aduersisue rebus capiat.*

Περὶ δὲ τὰς σωματικὰς, &c.] *Docuit temperantiam non consistere in voluptatibus animi; nunc docet eam versari in voluptatibus corporis; non omnibus tamen; sed iis tantum, quæ nobis communes sunt cum belluis.*

Τοῖς διὰ τῆς ὄψεως] *Voluptates, quæ capiuntur oculis; etiam si quis eas auidius, quam par est consectetur, intemperantiæ notam non inurunt. Vt si quis verno tempore gemmea pratorum viriditate oculos pascat, si agros bene consitos, si* vda, *vt ait, Horatius,* mollibus riuis pomaria, *si herbescentem segetem, si directas in quinciuncem arbores tum primum se in nouum florem induentes, libenter spectet: si figuras geometricas scite descriptas; si tabulas, aut signa egregij operis immodice amet, non tamen ob id intemperans habebitur.*

Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ τὴν ἀκοὴν] *Eadem ratio est earum voluptatum, quæ percipiuntur auditu, vt audiendis melicis, aut comœdis, eiusdemq; generis artificibus: earum quoq; quæ percipiuntur odoratu.*

Πλὴν κατὰ συμβεβηκὸς] *Etsi hæc exceptio ab Aristotele*

Digitized by Google

ſtotele videri poteſt relata tantum ad eas voluptates, quæ percipiuntur odoratu; intelligendum tamen eſt etiam oculorum, & aurium voluptates ex conſecutione quadam poſſe cum intemperantia eſſe coniunctas. Quoties enim aliquid aut aſpicitur, aut auditur, eiuſmodi, quod inhoneſtæ alicuius voluptatis aut memoriam renouet, aut imaginem ſubiiciat animo, aut cupiditatē accendat, quicunque ea re ſpectanda, audiendaue gaudet, apertè intemperantem ſe eſſe profitetur. Itaq; quanquam paulo ſupra diximus, nullam in eo intemperantiam eſſe, ſi quis pictis tabulis, aut ſignis pluſquam ſatis eſt, oblectaretur, ſi quis tamen obſcœnas tabellas ex Elephantidos libellis, aut ſimilibus libenter aſpiciat, is quin libidinoſus, intemperanſque ſit, cauſam dicere nullam poteſt. Mouetur enim animus pictura, & aut in memoriam redit talium flagitiorum, aut ad ea ſuſcipienda incitatur. Tiberio Cæſari quidam teſtamento legauerat Parrhaſij tabulam, in qua picta erat Atalanta cum Meleagro id libidinis genus exercens, quo nullum fœdius, aut flagitioſius cogitari poteſt. addita conditione, vt ſi tam turpi argumento offenderetur, decies HS. pro ea tabula acciperet: at ille tabulam non tantum pecuniæ prætulit, verum etiam in cubiculo dedicauit: nimirum cuius oculi tantæ turpitudinis aſpectu paſcebantur, eum mirum non eſt ea poſtea in Capreēſi ſeceſſu, quæ hodie ne legi quidem ſine horrore poſſunt, perpetraſſe. Legite ſi lubet quæ apud Senecam in extremo primo Naturalium quæſtionum de Hoſtij cuiuſdam impuritate referuntur: intelligetis quaſdā oculorum

Digitized by Google

lorum voluptates turpitudinis, & intemperantiæ plenissimas esse. Idemque dicendum de voluptatibus aurium. Nam qui rebus turpibus aut narrandis, aut audiendis voluptatem capiunt, eosdem constat ne à rerum quidem turpitudine abhorrere. Præclare Isocrates iunior, ὁποία ἡ φύσις τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸν λόγον εἶναι. Ideoque præclarum olim fuit Persarum institutum, apud quos, vt scribit Herodotus, ὁπόσα ποιεῖν οὐκ ἔξεστι, ταῦτα οὐδὲ λέγειν ἔξεστι. Meritoque Ægyptios commendat Plato apud quos & picturarum, & musicorum licentia legibus coërcebatur, quod permagni interesse iudicarent, vt adolescentes à teneris annis honestis picturis, & honestis cantibus assuefierent. Quædam igitur oculorum, & aurium voluptates κατὰ συμβεβηκὸς ad intemperantiam pertinent, quod idem verum esse in iis, quæ capiuntur ex odoribus, Aristoteles declarat his verbis. τοὺς δὲ χαίροντας μύροις, &c.

Θυμιαμάτων] *Ita proprie vocabantur ea, quæ adolebantur in sacris, suffimenta.*

Μύρων καὶ ὄψων] *Vnguentis perfusi, ac delibuti veteres accumbebant, vbi se largius, ac liberalius inuitare constituerant: itemque cum Venereis operam daturi erant. Quorum vtrumque è multis poëtarum locis facile intelligi potest. Horatius:*

Huc vina, & vnguenta, & nimium breues
Flores amœnæ ferre iube rosæ. *Idem.*
Cur non sub alta, vel platano, vel hac
Pinu iacentes, sic temere, & rosæ
Canos odorati capillos

Digitized by Google

Dum licet, Assyriaq; nardo
Potamus vncti.

Martialis:

Vnguentum fateor bonum dedisti
Conuiuis here, sed nihil scidisti,
Res salsa est bene olere & esurire.
Qui non cœnat, & vngitur Fabulle,
Is verò mihi mortuus videtur.

Horatius:

Quis multa gracilis te puer in rosa.
Perfusus liquidis vrget odoribus.

Catullus:

Nam te non viduas iacere noctes. *Et:*
Sertis & Syrio fragrans oliuo.

Obsoniorum autem odore duci eorum tantum est, qui gulæ, ac ventri, & abdomini seruiunt.

Ἰδοὶ δ' ἄντης] *Non quicunque obsoniorum odore delectatur, statim intemperans est: nemo est enim qui dum esurit, odore illo non oblectetur: at intemperantes etiam cum fames non vrget.*

Τούτων γὰρ] *lego* τούτῳ γὰρ, *vt & vetus interpres: & Argyr.*

Οὐκ ἔστι δὲ τοῖς ἄλλοις ζῴοις] *Diligenter animaduertendum est, quod hoc loco Aristoteles ait, cetera præter hominem animalia duobus tantum sensibus voluptatem percipere, tactu, & gustatu: cæteris aut omnino oblectari, aut ex consecutione tantum quadam, & propter aliquid, quod ad duos illos pertineat. Atque id docet exemplis. Quanquam enim canes vbi leporem odorati*

Digitized by Google

rati sunt, gestiunt, suumque gaudium & crebro latratu, & exultatione quadam significant, non tamen ipso per se odore gaudent, sed quia se, quod edant, nactos vident. Sic leo audito bouis mugitu lætatur, non quod ex illa voce, tanquam nos ex musico aliquo solemus, voluptatem capiat, sed quia prope adesse intelligit, quod voret. Eodemque modo, vbi ceruum, aut capream videt, gaudio perfunditur, non quod per se suauis ei sit animalium illorum aspectus; sed quia adesse prædam dentibus suis sentit; iccircoque oculorum, aurium, nariumq; propriæ voluptates ad temperantiam, intemperantiamúe non pertinent, quod illæ in iis tantum cernuntur, quæ communes sunt homini cum belluis, quales sunt, quæ gustatu capiuntur, quæque tactu. Quod ipsum tradit etiam in problematis sect. 27. his verbis: οὐσῶν δὲ τῶν αἰσθήσεων πέντε, τὰ ἄλλα ζῶα ἀπὸ δύο μόνον τῶν προειρημένων ἥδεται. *nominarat autem* (ἀφὴν καὶ γεῦσιν) κατὰ δὲ τὰς ἄλλας ἢ ὅλως οὐχ ἥδεται, ἢ κατὰ συμβαιβηκὸς τοῦτο πάσχει. *quæ verba eo recitaui, vt emendarem; nam in peruulgatis exemplaribus mirificè deprauata sunt. Totum autem illum Aristotelis locum diserte sane in latinum conuertit A. Gell. cap. 2. lib. 19. Idem etiam docetur lib. 3.* τῶν εὐδημείων. *Dubitationem tamen hæc res aliquam habere adhuc potest. Neque vero illa nunc repetam, quæ Poëtæ tradiderunt de Orpheo, cuius Lyra leonum, & tygrium rabiem mollire potuit, mulierum non potuit, nec mirum: insigni enim eas, & non ferenda iniuria affecerat. Sed enim quæ nobilissimus historiarũ scriptor Herodotus de Arione narrat, si vera sunt, osten-*

Digitized by Google

ostendunt pisces, cum vocales ipsi non sint, mire tamen affici suauitate vocum, & vt Græci loquuntur, κηλεῖσθαι. *Sed illa quidem, & eiusdem generis alia aut voluptatis causa ficta sunt, aut pro monstris, & prodigiis habenda. Et ad ea respiciens Aristoteles in Eudemeis scripsit,* οὐδὲν, ὅτι, καὶ ἄξιον λόγου πάσχειν τὰ θηρία αὐτῇ τῇ θεωρίᾳ τῶν καλῶν, ἢ τῇ ἀκροάσει τῶν εὐαρμόστων, εἰ μή τι που συμβέβηκε τερατῶδες. *Quid igitur ad ea respondebimus, quæ vere, ac serio tradita sunt ab iis, qui animalium naturas, & ingenia posteris prodiderunt?* Cerui, *ait Plinius,* mulcentur fistula pastorali, & cantu, *quomodo si nullam auribus voluptatem capiunt?* Delphinus, *ait idem,* non homini tantum amicum animal, verum & musicæ arti, mulcetur symphoniæ cantu, & præcipuè hydrauli sono, *qui potest, si nisi gustatu, & tactu voluptatem percipere nullam potest? Gotthicarum rerum scriptores narrant regionem illam vrsis abundare, qui sæpe in pastores impetum faciant, eosque deuorent, cuius tam grauis periculi effugiendi causa solere eos secum assiduè tibias circumferre, quas inflant, simul atque ab vrso aliquo peti se vident. Feram autem cantu illo captam subsistere, ac vbi se aliquantisper oblectauit, alio se ad pastum quærendum conuertere. Hæc & alia eiusdem generis argumenta fecerunt vt Plutarchus ab Aristotele dissenserit, eumque quodammodo hac in parte reprehenderit. Ita enim apud eum lib. 7.* Συμποσιακῶν *loquens inducitur Callistratus.* δοκεῖ δέ μοι μηδὲ Ἀριστοτέλης αἰτίᾳ δικαίᾳ τὰς περὶ θέαν, καὶ ἀκρόασιν εὐπαθείας ἀπολύειν ἀκρασίας,

ὡς

ὡς μόνον ἀνθρωπικὰς οὔσας. ταῖς δὲ ἄλλαις καὶ τὰ θηρία φύσιν ἔχοντα χρῆσθαι, καὶ κοινωνεῖν. ὁρῶμαι γὰρ, ὅτι καὶ μουσικῇ πολλὰ κηλεῖται τῶν ἀλόγων, ὥσπερ ἔλαφοι σύριγξιν: ἵπποις δὲ μιγνυμέναις ἐπαλεῖται νόμος, ὃν ἱππόθορον ὀνομάζουσιν. ὁ δὲ πινδαρός φησι κεκινῆσθαι πρὸς ᾠδὴν ἁλίου δελφῖνος ὑπόκρισιν. καὶ τὸν μὲν ᾀκυμόνος ἐν πόντου πελάγει αὐχῶν ἐκίνησ' ἐρατὸν μέλος. ὀρχούμενοι δὲ τοὺς αἴρους, χαίροντας τῇ ὄψει. καὶ μιμητικῶς ἅμα δεῦρο κ' ἀκεῖσε τοὺς ὤμως συνδιαφέροντας. *Ita enim totum illum locum, qui vulgo deprauatus ita est, vt intelligi non possit, emendandum puto. Idem etiam confirmat in commentario, quo disputat vtra animalia prudẽtiora sint, quæ in terra, an quæ in aquis degunt, vbi ita scribit.* ἡδονῆς δὲ τῶν μὲν διώτων ὄνομα κήλησίς ἐστι τῆς δι' δό ὀνομάτων γοήτεια. χρῶνται δὲ ἑκατέροις ἐπὶ τὰ θηρία. κηλοῦνται μὲν ἔλαφοι, καὶ ἵπποι σύριγξι, καὶ αὐλοῖς, καὶ τοὺς παγούρους ἐκ τῶν χηράμων ἀνακαλοῦνται βιαζόμενοι ταῖς φώτιγξι, καὶ τὴν θρίσσαν ᾀδόντων, καὶ κροτούντων ἀναδύεσθαι, καὶ προιέναι λέγουσιν. ὁ δὲ ὦτος αὖ πάλιν ἁλίσκεται γοητευόμενος ὀρχουμένων ἐν ὄψει μεθ' ἡδονῆς ἅμα ῥυθμῷ γλιχόμενος τοὺς ὤμους εὖ διαφέρειν. *Aristoteles quoque ipse non diffitetur bestias quasdam cantibus oblectari. Itaque 8. Polit. ait adolescentes ingenuos vsque ad eum finem debere musicam discere,* μέχρι περ ἂν δύνωνται χαίρειν τοῖς καλοῖς μέλεσι, καὶ ῥυθμοῖς, καὶ μὴ μόνον τῷ κοινῷ τῆς μουσικῆς ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἔνια ζώων, ἔτι δὲ καὶ πλῆθος ἀνδραπόδων, καὶ παιδίων. *Sed quas voluptates percipiunt homines ex aspectu pulchrarum rerum, id est, quarum partes inter se cum quodam lepore consentiunt, earum negat sensum*

Digitized by Google

ſum eſſe in belui: neque enim illæ intelligere poſſunt illam partium conuenientiam, & vt græci loquuntur, Συμμετρίαν, *in qua ſita eſt pulchritudo, ideoque neque quid formoſum, neque quid deforme ſit, iudicare vllo modo poſſunt. Quod Cicero ita expreßit lib. 1. de officiis;* eorum, quæ aſpectu ſentiuntur, nullum aliud animal pulchritudinem, venuſtatem, conuenientiam partium ſentit: *eademque ceterorum ratio. Non enim ſentiunt animalia in vocibus, ac cantibus quid* εὔρυθμον, ἢ εὐάρμοστον: *quid contra* ἄρυθμον καὶ ἀνάρμοστον, *vt illo oblectentur, hoc offendantur: neque iis, quæ ſuauem ſpirant odorem oblectantur: ab iis autem, quæ tætrum, abhorrent: ideoq; ait Philoſophus ea expertia eſſe voluptatum, ac moleſtiarum, quæ ſunt illorum ſenſuum propria.*

Περὶ τὰς τοιαύτας] *Verſantur igitur Temperantia, & Intemperantia iis in voluptatibus, quæ communes ſunt homini cum cæteris animantibus, quæ ob id ſeruiles, & ferinæ videntur. Sunt autem eæ, quæ guſtatu capiuntur, quæque tactu. Porro ſeruiles eſſe eas, vel ex comœdiis conſtat, in quibus ſerui, & paraſiti abiectiſſimum hominum genus inducuntur ventris cauſa omnia patientes: Ex iiſdem etiam cognoſcere eſt, eos, qui meretriciis amoribus intricati ſunt, ad alienum nutum dicere, ac facere omnia, & ſeruire duriſſimam, atque acerbiſſimam ſeruitutem. Conſtat autem eaſdem, & fœdiſſimas, & omnium maxime noxias eſſe. Nam & corpus, & animum inſigniter lædunt, & totas ſæpenumero labefactant Ciuitates. Corpori quantum noceat*

cibi,

Digitized by Google

cibi, & potus intemperantia, constat ex eo, quod nobilissimi medicorum affirmant πλὴν ὀλιγοσιτίαν, καὶ ὀλιγοποσίαν τῆς ὑγιείας μητέρα εἶναι. Plutarchus nominat πλησμονὴν πηγὴν νοσημάτων. Ac plane si consideremus omnes morbos, quibus hominum genus expositum est, longe maximam eorum partem immoderatione cibi, & potionis gigni reperiemus. Illinc cruditates, grauedines, destillationes: Illinc sensuum omnium debilitatio: illinc neruorum interdum contractio, interdum resolutio: illinc anginæ, illinc articulorum dolores; illinc fœdissimæ vermium, & pediculorum toto corpore eruptiones, tanquam ex quodam perenni malorum omnium fonte manant. Itaque Persæ, quos negat Xenophon, quidquam ad panem adhibere solitos præter nasturtium, & optima valetudine vtebantur, & diutissimè viuebant. At istos, qui sibi omne bonum in ventre, ac visceribus condiderunt, semper sudantes, semper ructantes, qui in mensam vomunt, qui de conuiuiis auferuntur, qui se crudi postridie rursus ingurgitant, & grauissimis, ac periculosissimis morbis conflictari videmus, & vix vnquam ad senectutem peruenire, vereque Theognis ingluuie multo plures ait perire, quam fame.

Πολλοῦς τε πλέονας λιμοῦ κόρος ὤλεσεν ἤδη.

Cum contra, frugalitatem, & continentiam in victu siccitas, & integritas valetudinis consequatur. Recte igitur Timotheus Atheniensis Platonicas cœnas etiam postridie iucundas esse. At cœnæ asotorum sæpe in totam vitam sunt iniucundæ. Eleganter, vt solet Horatius.

Accipe

Digitized by Google

Accipe nunc, inquit, *victus tenuis quæ commoda secum*
Afferat, in primis valeas bene; nam varia res
Vt noceant homini, credas, memor illius escæ,
Quæ simplex olim tibi sederit. At simul assis
Miscueris elixa, simul conchilia turdis,
Dulcia se in bilem vertent, stomachoq; tumultum,
Lenta feret pituita, vides vt pallidus omnis
Cœna desurgit dubia?

Et vt intelligamus talem cœnam animo quoque, non tantum corpori nocere, statim addit.

Quin corpus onustum
Hesternis vitiis, animum quoque prægrauat vna
Atque affligit humo diuinæ particulam auræ.

Neque sane recta mente vti queunt, quorum corpus cibo, & potione completum est. Vnde veteres ebrietatem, voluntariam insaniam *esse dixerũt. De ebrietate vide Plinium cap. 22. lib. 14. Vinum enim vt vere cecinit Hesiodus* ἐν ἠρῴναις.

Σύντε πόδας χεῖράς τε δέει γλῶσσάντε νοόντε
Δεσμοῖς ἀφεάσοι.

Et Theognis.

Ὅσδ' ἂν ὑπερβάλλῃ πόσιος μέτρον οὐκέτ' ἐκεῖνος.
Τῆς ἀυτοῦ γνώμης καρτερὸς, οὐδὲ νόου.

Et citatur Stheneli poëtæ versus.

Οὕτως καὶ φρονέοντας ἐς ἀφροσύνας ἀναβάλλει.

Exemplo esse potest Alexander, tum cognomine, tum rerum gestarum præstantia, magnus, qui quos carissimos habebat, eos per ebrietatem interfecisse perhibetur.

Quare

Digitized by Google

Quare & veterum legumlatorum alij ab ætate aliqua, alij ab aliquo sexu, alij ab ordine aliquo, vinum amouendum censuerunt. Plato adolescentibus vsque ad annum duodeuicesimum vini vsu interdicit. Apud veteres Romanos mulieribus vinum gustare nefas erat, ita vt quidam, qui vxorem, quod vinum bibisset, fuste percussam interemerat, non accusatore tantum, sed & reprehenso re caruisse dicatur. Apud Carthaginenses autem lege cautum erat. Primum, ne vllus omnino in exercitu vinum attingeret, sed dum bellum gererent, aquæ potu omnes contenti essent. Deinde ne in vrbe seruus, néue serua vino vnquam vteretur. Præterea ne prætor eo anno, quo ius dicturus erat, tum vt neque gubernator, neque iudex, quamdiu eo munere fungerentur. Nec is quidem, quicunq; in senatum, vbi quippiam alicuius momenti agebatur, venturus esset. Postremo vt interdiu quidem vinum sumere nemini liceret, nisi forte corporeæ alicuius exercitationis, aut morbi causa: noctu liceret, dum vir, & vxor, qua nocte liberis operam daturi erant, vino se penitus abstinerent. Quas leges vehementer commendat Plato lib. 2. de legibus. Huius vrbis fundatorem Romulum alij abstemium fuisse, alij parce admodum vino vti solitum esse tradūt. Quid iam ea commemorem, quæ de Curij, quæ de Fabricij, quæ de ceterorum, qui temporibus illis fuerunt, frugalitate ac parsimonia scriptis omnium celebrata sunt? Tamdiu stetit res Romana, quamdiu eos mores coluit, & tamdiu imperauit Roma exteris gentibus, quamdiu suis voluptatibus imperauit. Simul ac remissa est prisca illa seueri-

Digitized by Google

tas, in deterius ferri cœperunt omnia. Victa Asia, victores suos perdidit: quosque neque Cimbrorum, neq; Gallorum, neque Carthaginensium arma superare potuerant, eos illatæ in vrbem Asiaticæ delitiæ perdiderunt.

Ex iis, quæ à me hactenus disputata sunt, puto vtcunque intelligi posse quanto opere & priuatim, & publice noceat intemperãtia cibi & potus. Idem etiam de rebus Venereis dici potest. quarũ vsus immodicus, quantum corpori noceat, vel illud argumento est, quod Clinias Pythagoreus interrogatus, quando eis opera danda esset, cum homo, *inquit,* seipso deterior fieri volet. *Et Pythagoras admonere solitus erat,* μὴ πυκνὰ τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, *raro Venere vtendum significans. Epicurus quoque ausus est dicere, nullum earum vsum salubrem esse, qua in re, quanquam à Galeno reprehenditur qui cum in libro qui inscribitur,* ars parua, *eam suo tempore vtilem, tum in lib. 6. de locis affectis quibusdam etiam necessariam esse confirmat: hoc tamen Galenus ipse non diffitetur, immodico, & intempestiuo Veneris vsu, nihil bonæ valetudini magis aduersarium esse. Neque vero aliter sentire poterat, nisi ab eo, quem prope, vt Deum quendam veneratur, Hippocrate dissentire voluisset. Is enim prior affirmauerat coitum partem quandam esse tæterrimi morbi, quem Græci* ἐπιλημψίαν, *Latini, comitialem, nominârunt. Neque vero animo Venus minus insigniter, quàm corpori nocet, nulla enim res aut ingenij aciem magis retundit, aut memoriam magis debilitat, aut mentem denique ipsam à sublimium, diuinarumque rerum cognitione,*

&

Digitized by Google

& intelligentia magis auertit. Quod si veterem historiam excutere libeat, à libidinis intemperantia grauissima bella exorta, turbulentissimas seditiones concitatas, potentissima Imperia subuersa, florentissimas respublicas ad interitum redactas videbimus. Troianum bellum, quod vt antiquissimum, ita nobilissimum est, excitauit, Europamque cum Asia commisit libido, iisdemque facibus intemperantis adolescentuli pectus, & vrbs eo tempore omnium potentissima, & opulentissima deflagrauit. Annos ducentos, & quadraginta, & eo amplius Roma sub regibus fuerat. Quid igitur causæ fuit, cur assuefactus iam regni Imperio populus aliam reip. formam deposceret? effrenata, & præceps vnius adolescentis libido. Quid, cum plebes Auentinum occupauit, neq; se inde prius deduci passa est, quam decemuiri magistratu se abdicarent, quæ res tam periculosæ seditioni causam dederat? Appij Claudij Xuiri libido. Semper enim qui libidini suæ imperare non poterant, indigni habiti sunt, qui aliis imperarent. Persecutus sum olim adolescens, elegia quadam, mala, quæ ex Venere enascerentur, neque verebor ex ea recitare hoc loco versus aliquot, qui mihi nunc in mentem veniunt, qui si inuenusti, vt sunt, videbuntur, vos tamen æquum erit ignoscere, non enim mirum est, si Venerem non habent, quæ aduersus Venerem scripta sunt. Cum igitur in Venerem, multa alia maledicta cumulassem, ac congessissem, hoc quoque me subiungere memini.

Illa suis fraudat resolutos viribus artus
Illa veternosos, inualidosque facit.

Digitized by Google

Quid loquar, vt podagram Veneris commercia ducant?
Ante suum canos accelerentq; diem?
Quod multos, nitidæ medio sub flore Iuuentæ
Elumbes dubiis paßibus ire vides.
Tardosq; fractosque, & nullis vßibus aptos,
Languorem hunc miseris attulit vna Venus:
Sed leuia hæc aliquis, quãuis sunt magna, putãrit,
Quantum animo noceat si Venus ipsa, notet.
Ingenium Veneris, repetito obtunditur vsu
Et fit hebes sensim, quod prius acre fuit.
Relligio, integritas, probitas, pietasque, fidesque,
Cumque sua ingenuus simplicitate pudor.
Hæc simul oppressa potitur iam mente libido
Vt Boreæ nubes flatibus acta, cadunt.
Ipsa Venus, prolis maculauit sanguine matrem
Armauitque feras in sua damna manus.
Illa patri natas incesto fœdere iunxit
Vnius vt genitrix Myrrha, sororque foret.
Illa & Pasiphaen docuit succumbere tauro,
Armenti pellex esset vt ipsa sui.
Quid memorẽ Alcidem furia hæc vt adegerit ipsum
Mollia robusta carpere pensa manu?
Quique peragratum monstris purgauerat orbem
Imbellis Dominæ mollia iussa pati?
Nam vrbes, vt totas ima ab radice reuellat
Materies vatum Troia docere potest.
Plura neq; memini, neque si meminissem, referrem, ne frigidam per se anni tempestatem, frigidißimorum versuum

Digitized by Google

versuum recitatio magis etiam refrigeraret. Et alioquì satius est, quando diu iam euagati sumus, ad Aristotelem reuerti. Qui cum duos sensus esse dixisset, quibus immodice oblectarentur Intemperantes, gustatum, & tactum, nunc addit gustatu eos, aut non admodum, aut nihil omnino vti, tantum tactu voluptatem percipere. Φαίνονται δὲ, inquit, καὶ τῇ γεύσει ὀλίγον μικρὸν, ἢ οὐδὲν χρῆσθαι, *quod ipsum lib. 3. ad Eudemum his verbis complexus est.* οὐδὲ περὶ ἅπαντα τὰ ἡδέα ὁ σώφρων ἐστὶν. ἀλλὰ τῇ μὲν δόξῃ περὶ δύο τῶν αἰσθητῶν, περί τε τὸ γευστὸν, καὶ τὰ ἀφροδίσια. τῇ δὲ ἀληθείᾳ περὶ τὸ ἁφῆ. *Et constat sanos eos, qui se vino obruunt, & ingurgitant, qui tota in se dolia inuergunt, qui infundunt, quod statim effundant, tanquam ad percolandà vina nati, non posse de sapore vini subtiliter, & exquisite iudicare. Ne illi quidem ciborum suauitatem sentiunt, qui inexplebili quadam auiditate quantum plurimum, & quam citissimè possunt, in ventrem tanquam in saccum congerunt, non aliter quam si id modo operis habeant, & eum referciant, ac distendant, quos etiam videmus, vbi quid in mensam allatum est, nihil tam male metuentes, quam ne alius occupet, atque anteuertat, feruentia iura exsorbere, feruentia obsonia deglutire, ac deuorare. Et tamen illo immodico feruore necesse est, & obtundi, & hebetari, & vt Horatius loquitur,* exsurdari *palatum, vt nullo modo saporum discrimina sentire possint. Est tamẽ aliud quoddam intemperantium genus, quos græci* λιχοὺς *vocant, mundos, lautos, elegantes optimis coquis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione, his omni-*

Digitized by Google

bus exquisitis, qui optimæ notæ vina, qui ciborum cupedias summo studio persequuntur, qui omnium condimentorum rationem tenent, qui bibentes pitissant, edentes liguriunt, quales erant, qui olim primo statim gustu lupum Tiberinum inter duos pontes captum ab eo, qui captus esset in alto, diiudicabant, quales P. Gallionem Gurgitem, Q. Hortensium, L. Lucullum M. Apicium fuisse accepimus, qualem quendam elegantissime describit Horatius Sat. 4. lib. 2. quales nimium multos hodie quoque nouimus, iis quin palatus sapiat, negari non potest. Sed Aristoteles hoc loco de iis proprie loquitur, quos ipse paulo post vocat γαστριμάργους. vide quæ scripsim. lib. 4. var. cap. 8.

Τῆς γὰρ γευστικῆς ἐστιν ἡ κρίσις τῶν χυλῶν] *Gustatus enim proprium est iudicare de saporibus, quod ij faciunt, qui vina præguſtant, vt iudicent, quod dulce sit, quod austerum, quod lene, vt illa apud Terentium meretrix, de qua ita conqueritur senex,* pitissando modo mihi quid vini absumpsit? sic hoc dicens asperum Pater est; hoc aliud lenius sodes vide. *itemque coqui, & qui optimè ὀψωνία, & pulmenta condiunt, hos enim vocat τοὺς τὰ ὄψα ἀρτύοντας, quorum etiam ars ὀψαρτικὴ vocatur. Quam multi veterum, & Græcorum & Latinorum suis scriptis complexi sunt, cui muneri apud eundem Terentium Syrus se præpositum esse significat, cum se ait conseruis ita præcipere,* hoc salsum est, hoc adustum est, hoc lautum est parum, illud recte. iterum sic memento. *Non admodum autem, aut nihil omnino gaudent hu-*

iusmodi

Digitized by Google

iusmodi rebus intemperantes, neq; voluptatem capiunt explorando, ac prægustando vino, ciboque, sed vtroque plene, atque arbitratu suo frui poscunt: quod totum & in cibis, & in potu, & in rebus Venereis positum est in tactu.

Διὸ καὶ ἤυξατό τις ὀψοφάγος ὢν] *Confirmat hoc, quod dixerat, helluonis cuiusdam voto, qui collum sibi dari optabat longius collo gruis, vt diutius ciborum voluptate frueretur. Hoc autem turpissimo voto aperte ostendebat, se tactu delectari, non gustu, non enim collo gustamus, sed lingua, aut palato. Plinius lib. 11. cap. 37. Intellectus saporum est cæteris in prima lingua, homini & in palato, quam linguam ob id Plutarchus,* ἐν τῷ περὶ τοῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι, *ait* τοῦ γλυκέος, καὶ δριμέος καὶ αὐστηροῦ γνώμονα εἶναί τε καὶ λέγεσθαι. *Magis id etiam ostendebat Pithyllus quidam cognomento,* τένθης, *id est, helluo, quem traditum est, cum ad conuiuia itaret, non tantum manus armasse digitalibus: verum etiam linguam, membrana quadam obuoluere solitum esse, vt calida, & prope ardentia obsonia sine vllo impedimento deuorare posset. Hunc autem satis constat lingua ita inuoluta nihil gustare potuisse. Sed eum, de quo hic agit Aristoteles, hoc quidem loco non nominat, etsi in quibusdam deprauatis libris nomen eius ipsum quoque deprauatum legitur, quod & Argyropylo imposuit, & olim mihi: in Eudemeis autem vocat eum Philoxenũ Eryxidis filium.* Διὸ, *inquit,* οἱ ὀψοφάγοι οὐκ εὔχονται τὴν γλῶτταν ἔχειν μακρὰν, ἀλλὰ τὸν φάρυγγα γεράνου, ὥσπερ φιλόξενος ὁ ἐρύξιδος. *De quo libet mihi com-*

Digitized by Google

memorare ea, quæ alibi legi. Fuit igitur hic Philoxenus genere Cytherius, Poëta, scripsit dithyrambos, & poëma, quod inscripsit δεῖπνον, quo lauta edulia & instruendi, apparandique conuiuij rationem exposuit. Hunc narrant non tantum ipsum studiosum fuisse laute, opipareque viuendi, verum etiam curam adhibuisse, vt Ciues sui bene conditis epulis vescerentur. Itaque eius rei causa quotidie cum lauisset, vrbem circuibat comitantibus pueris, vinum, oleum, acetum, aliaq; ad cibos condiendos necessaria ferentibus, & singulorum domos ingrediens inspiciebat, quid cuique in cœnam paratum esset, ac si quid minus recte conditum erat, ipse de suo condiebat. Tum ita lustrata vrbe, domum reuersus epulabatur. Hic cum aliquando Ephesum venisset, ac forum cupedinarium vacuum offendisset, percontatus quid esset rei, cum accepisset, quidquid erat obsoniorum, in ædes cuiusdam, qui nuptias celebrabat, delatum esse, ipse quoque quanquam & hospes, & inuocatus, eodem ad prandium profectus est, & cum ceteris accubuit. Cumque dominus epuli, eius ingenio delectatus dixisset: Philoxene, nunquid, cras quoque nobiscum epulaturus es? etiam, *inquit*, si, vt hodie, nihil erit in macello. *Adhibitus ad mensam aliquando à Dionysio Tyranno, cum ipsi quidem Dionysio ingẽtem mullum, sibi autem multo minorem appositum videret, suum à patina sublatum ad aurem admouit, simulauitque quasi quiddam ex eo percontaretur. Quærenti causam Dionysio,* ego, *inquit*, ô Rex poëma quoddam de Galatea scribo, quare

quæ-

Digitized by Google

quærebam ex hoc pisce, quiddam de Nereidibus, quo poëma meum exornarẽ, sed ipse iuniorem se captum ait, quam vt illa per ætatem cognoscere potuerit, è grãdiore illo, qui tibi appositus est si quæram, illum mihi facile, ea quæ volo, explicaturum. *Conuersus in risum Dionysius, piscem, qui sibi appositus erat, ad Philoxenum misit. Ab hoc tamen ipso Tyranno, coniectus est in latomias, cuius rei hæc causa à Plutarcho traditur libro de Fortuna, & virtute Alexandri. Dionysius, ipse quoq; poëmata scribebat, eaq; cum inconcinna, & illepida essent, optima videri volebat. Cum igitur tragœdiam quandam scripsisset, eam Philoxeno inspiciendam dedit, vt corrigeret, si quid forte corrigendum videretur. Ille vero vna litura totam emendauit. Indignatus Dionysius compegit eum in illum carcerem, quem modo nominaui. Vnde tamen postea liberatus, cum iterum Dionysium audiret sua poëmata recitantem, adulantibus, & plaudentibus cæteris, exurgens ipse,* mitte me, *inquit*, denuo in latomias, illic enim ætatem degere satius est, quam tam mala poëmata audire. *Athenæus paulo aliter. Narrat enim, ea pœna affectũ, quod deprehẽsus fuisset, cum Galatea tibicina, quam Dionysius ipse amabat. Quin etiam in ipso carcere conscripsisse poëmation in Galateam, in quo se quidem Vlyssem faceret, Dionysium autem Cyclopa. Solebat hic in balneis non modo manus in aquam feruentem demittere, & sic assuefacere se ad perferendum immoderatum illum calorem, verum etiam*

Digitized by Google

eadem aqua os sibi proluere, & vt Græci dicunt, γαργαρίζειν, vt postea in mensa, cum ad rem gerendam ventum esset, facilius & contrectare, & deglutire calidissima quæq; posset. Quin etiam orabat coquos, vt omnia feruentia in mensam inferrent, vt cæteris calorem illum reformidantibus, ipse bulgam arbitratu suo impleret: Narrat Plutarchus fœdius etiã, & tetrius quiddam, quod legentibus prope nauseam moueat. Spuere eum ait, solitum, & emungere se in patinas, vt cæteris à tanta fœditate abhorrentibus, solus ipse impleretur, idem & Gnathonem quendam Siculum factitasse. Hoc autem votum ipsius, cuius hic mentio est, refertur etiam apud Athenæum lib. 1. & 8. Narratur & mors, ipsius vitæ consentanea. Emerat Syracusis polypum bicubitalem, eiusq; præter caput nihil reliqui fecerat. Ex cruditate igitur ita laborare cœpit, vt nulla spes salutis esset. Quare cum admonitus esset à medico, vt ordinaret suprema sua, sibi enim ante horam septimam esse moriendum. De cæteris, *inquit*, non magnopere laboro, sed quando moriendum est, afferte mihi hic polypi caput, vt id quoque comedam antequam oculos claudam.

Ηυξατόπις] *Non est quidem dubium quin Philoxenum intelligat, sed tamen idem votum Melanthio cuidam tribuit apud Athenæum Clearchus his verbis:* Τιθωνῦ μελάνθιος ἔοικε βυλεύσασθαι βέλπον. ὁ μὲν γὰρ ἀθανασίας ὀπθυμήσας ἐν θαλάμῳ κρέμαται πάντων ὑπὸ γήρως ἐστερημένος τῶν ἡδέων. Μελάνθιος δὲ τῶν ἀπολαύσεων

Digitized by Google

λαύσεων ἐρῶν ἤυξατο τῆς μακραύχενος ὄρνιθος τὸν τράχηλον ἔχειν, ἵν' ὅτι πλεῖστον τοῖς ἡδέσιν ἐνδιατρίβῃ.

Τὸν φάρυγγα] *Videtur* φάρυγγα *posuisse* ἀντὶ τοῦ οἰσοφάγου. *Nam* φάρυγξ *est proprie canalis ille à faucibus ad pulmones pertinens, per quem spiritũ ducimus, & emittimus, quem medici* τραχεῖαν ἀρτηρίαν *vocant, latini* gutturem, aut guttur, *idq; manifesto docet Aristoteles ipse, lib. 3. de partibus animalium his verbis:* ὑπὸ δὲ τὴν κεφαλὴν ὁ αὐχὴν πέφυκεν εἶναι τοῖς ἔχουσιν αὐχένα τῶν ζώων. οὐ γὰρ πάντα, τοῦτο τὸ μορίον ἔχει: ἀλλὰ πάντα τὰ ἔχοντα ὧν χάριν ὁ αὐχὴν πέφυκε, ταῦτα δέ ἐστιν, ὅτε φάρυγξ, καὶ ὁ καλούμενος οἰσοφάγος. ὁ μὲν οὖν φάρυγξ τοῦ πνεύματος ἕνεκα πέφυκε. διὰ τούτου γὰρ εἰσάγεται τὰ ζῶα τὸ πνεῦμα, καὶ ἐκπέμπει ἀναπνέοντα, διὰ τοῦτο τὰ μὴ ἔχοντα πνεύματα, οὐκ ἔχουσιν οὐδ' αὐχένα οἷον τῶν τὸ ἰχθύων γένος. ὁ δὲ οἰσοφάγος ἐστὶ, δι' οὗ ἡ τροφὴ πορεύεται εἰς τὴν κοιλίαν. *Galenus quoq; lib. 6. de vsu partium corporis humani manifesto accipit Pharynga pro arteria aspera, vbi disputat, quo artificio naturæ factum sit, vt aër non attrahatur à corde statim,* διὰ τῆς φάρυγγος, *sed pulmonibus interiectis. Et lib. 2. de placitis Hippocratis, & Platonis, aperte ait asperam arteriam alio nomine vocari Pharynga. Paulus enim Ægineta lib. 3. Pharynga vocat non totam arteriam asperam, sed summam illius partem, vt videlicet idem sit in arteria Pharynξ, quod in* οἰσοφάγῳ *stomachus. Sed Philoxenus fortaßis respiciebat ad eam voluptatem, quæ bibendo capitur, veteres enim putabant potum accipi ab arteria aspera, & ad pulmones peruenire. Vnde est illud celebre*

Digitized by Google

bre Alcei, τέγγε πνεύμονας οἴνῳ, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται. Et apud Eupolin quidam iubet alium bibere, vt πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πλεύμον' ἔκλυρον φορῇ. Et citatur Eratosthenis versus καὶ βαθὺν ἀκρήτω πνεύμονα τεγγόμενος, & ex Euripide οἶνος περάσας πνευμόνων διαῤῥοάς. Atque hanc opinionem Plato in Timæo aperte confirmat, sed Aristoteles lib. 3. de partibus eam & reprehendit, & vt fatuam, & deliram exagitat. Inter medicos non conuenit. Erasistratus in Platonem inuectus est, multisq; argumentis docere conatus est cibum, & potum Oesophago, spiritum autem solum arteria accipi, neq; ad pulmones præter spiritum quicquã peruenire. E veteribus autem non deerant, qui Platonem defenderent. Nam & Philistion Locrensis, & Dioxippus ab eo erant, & A. Gellius ait, eius sententiæ, quæ Platoni placuit, Hippocratem ipsum auctorem fuisse. Galenus lib. 8. de placitis Hippocratis, & Platonis mediam quandam viam sequitur; non negat enim eodem canali excipi, & cibum & potum, idq; ipsum Platonem sensisse contendit; sed tamen exiguam quandam partem eius quod bibitur, peruenire per arteriam asperã, roris in modum ad pulmones, eosq; irrigare, idq; ipsum esse, quod dixerit Plato, eiusq; rei hoc argumẽtum affert. Quod si animali sitienti aquam, aut cæruleo colore infectam, aut miniatam bibendam dederis, idq; statim iugulatum aperueris, pulmones eodem colore tinctos deprehendas. Sed hanc sententiam, hocq; ipsum argumentum sumpsit ex Hippocrate in lib. περὶ καρδίης prope totidẽ verbis. Fortaßis etiam prisci illi Pharynga vocabant non asperam

arteriam

arteriam, sed gulam ipsam. Homerus certe cũ Cyclopem ebrium, ac vomentem describeret, ait ex eius Pharynge & vinum, & frusta carnis humanæ erupisse. Et Cyclopi apud Eurypidẽ ita interroganti, ἄριστόν ἐστι εὖ παρεσκευασμένον, *respondet Silenus,* πάρεστιν ὁ φάρυγξ εὐπρεπὴς, ἔστω, μόνον. *Et Chorus.* εὐρείας φάρυγγος ὦ κύκλωψ ἀνάστομον τὸ χεῖλος. *& multis aliis eadem fabula locis, & apud Aristoph. sæpe. Nisi forte Cyclops vt vnicum oculum pro duobus habuit, ita vnicum etiam canalem, per quẽ, & cibus, & potus, & spiritus mearet. Sed hæc medicis, quorum propria sunt, relinquamus.*

Μακρότερον γεράνου] *Trium cubitorum, vt ait Machon comœdiarum scriptor.*

Φιλόξενός ποθ' ὥς φασι κυθήριος.
Ἤυξατο τριῶν ἔχειν λάρυγγα πήχεων.

Huic voto simile est illud Catulli.

Quod tu cum olfacies, deos rogabis,
Totum vt te faciant Fabulle nasum.

Et illud Platonis. εἶθε γενοί μην οὐρανός, *&c. apud Gellium,*

Κοινοτάτη δὲ] *Nam cæteris sensibus genera quædam animalium carent: tactu nullum, vt docetur in libris de anima.*

Καὶ γὰρ αἱ ἐλευθεριώταται] *Ne omnes quidem voluptates tactus ad temperãtiam, & intemperantiam pertinent: sunt enim quædam ingenuæ, & liberales, vt eæ, quæ in gymnasiis capiuntur ex frictione caloris, admotione, ac concitatione. Cætera per se satis facilia videntur.*

IN

Digitized by Google

IN CAPVT XI.

Ἢ μὴ, ὡς δὲ] *Illud μὴ, puto esse μᾶλλον ἢ. compendium aliquod scribendi, hinc errori caussam dedit, cum vna littera μ. addito aliquo significet μᾶλλον*

Ὥστε ἀντὶ τῶν ἄλλων] *leg. est καλῶν, etsi Græcus Scholiast. aperte legit καλῶν.*

Finis Commentariorum in lib. 3. Ethicorum Aristotelis.

M. ANT.

Digitized by Google

M. ANT. MVRETI IN LIBRVM QVARTVM ETHICORVM ARISTOTELIS COMMENTARIVS.

IN CAPVT PRIMVM.

Αἱ δὲ κατ' ἀρετὴν] *Hesiodus.*

Δὼς ἀγαθὴ ἅρπαξ δὲ κακὴ θανάτοιο δότειρα.

Ὡς μὲν γὰρ κεν ἀνὴρ ἐθέλων ὅγε, κἂν μέγα δίῳη

Χάρει τῷ δώρῳ, καὶ τέρπεται, ὃν κατὰ θυμὸν.

Ὅθεν μὴ δεῖ] *Neq; Vespasiano assentietur, dicenti*

Ὀσμὴ δὲ κέρδους ἐστὶν ἐκ παντὸς καλὴ.

Sed Hesiodum potius audiret præcipientem.

Μὴ κακὰ κερδαίνειν κακὰ κέρδεα ἴσα ἄτῃσιν.

Ne male lucreris, mala lucra æqualia damnis.

Ὑπερβάλλειν] *non* ὑπερβάλλει τὸ τοῦ ὀρθοῦ λόγου μέτρον. *Sed exsuperat, si consideres id, quod sibi retinet, paucis enim contentus est, at multis gratificari cupit.*

Ελευθεριώτεροι δὲ εἶναι δοκοῦσιν] *Plato 1.* πολιτειῶν. Πότερον δὲ ἦν δ' ἐγὼ ὦ κέφαλε. ὧν κέκτησαι τὰ πλείω παρέλαβες ἢ ἐπεκτήσω; Ποῖ ἐπεκτησάμην ἔφη, ὦ Σώκρατες,

Digitized by Google

τες, μέσος γάρ πς γίγνεται χρημαπιςὴς ἢ τε πάππου, καὶ ἢ πατερὸς. ὁ μὲν γὰρ πάππος τε, καὶ ὁμώνυμος ἐμοὶ, χρεδόν-πος ὅσιω ἐγὼ νῦν ὑσίαν κέκτημαι παραλαβὼν, πολλάκις τοσαύτιω ἐποίησε. Λυσανίας δὲ ὁ πατὴρ ἐπ ἐλάτιω αὐτιὼ ἐποίησε τῆς νῦν ὕσης. ἐγὼ δὲ ἀγαπῶ, ἐὰν μὴ ἐλάττω καταλίπω τύτοισιν, ἀλλὰ βεραχεῖ γέ πινι πλείω ἢ παρέλαβον. τύτου ἕνεκα ἠρόμιν ὦ ἀ' ἐγὼ ὅπ μοι ἔδοξε ὑ Χρόνος ἀγαπᾶν τὰ χρήματα. τῦτο δὲ ποιῦσιν, ὡς τὸ πολὺ, ὃν ἂν μὴ ἀυτοὶ κτήσωνται, οἱ δὲ κτησάμενοι διπλῆ ἢ οἱ ἄλλοι ἀπάζονται ἀυτά. ὥσπερ γὰρ οἱ ποιηπὶ τὰ ἀυτῶν ποιήματα, καὶ οἱ πατέρες τὺς παῖδας ἀγαπῶσι ταύτηνε δὴ, καὶ οἱ χρηματισάμενοι πρεὶ τὰ χρήματα πυδάζυσιν, ὡς ἔργον ἑαυτῶν, καὶ ὑ κατὰ τὶν χρείαν ἢπερ οἱ ἄλλοι. *Vide quæ notaui apud Catullum in epigrammate in Fufenum.*

Διὸ καὶ ἐγκαλεῖται] *Vulgus antiquorum opes à fortuna dari, adimiq; credebat, quod autem plerumq; contingit, vt qui opibus dignissimi sint, egeant, contraque improbissimi, & iniustissimi abundent, cœcam, & rationis expertem Fortunam esse dicebant, quod bonos quidem egestate premi sineret, flagitiosos autem, facinorososq; ditaret. Quidam autem negabant eam esse cœcam, eiusq; rei acutam rationem adferebant, quod si cœca esset, nunquam posset ita certo bonos à malis internoscere, atque illos quidem premere, hos vero fouere. Sed Aristoteles ait frustra accusari fortunam, vanasq; atq; inanes esse, quæ vulgo in eam iactantur, querelas. manifestam enim caussam esse, cur liberales vix vnquam ad magnas diuitias peruenire possint: nam neq; in eis parandis, neq; in conseruandis, augendisue ma-*

gnum

Digitized by Google

gnum studium ponunt, & facile largiuntur. Inepte autem Lambinus, hoc loco legendum esse ait, ἐγκαλεῖται ἢ τύχῃ. *qui, si quid tale Perionio excidisset, diij boni, quomodo eum exciperet?*

Ὥσπερ ὅτι τῶν ἄλλων] *in eruditione, bona valetudine, omnibus iis denique, quæ diligentia, studio, cura, comparantur, ac conseruantur.*

Καὶ τῷ σιμωνίδῃ] *Plutarchus* περὶ Ἕ δείν βραδύτητος πιμαρυμένε. Σιμωνίδης ἔλεγε παίζων τὸν Ἕ ἀργυρίου κυβοτὸν ἐυείσκειν ἀεὶ πλήρη, τὸν δὲ τῶν χαρίτων κενὸν. *Stobæus, λόγῳ ἡ.* Σιμωνίδης, παρεκαλοῦντός τυος ἐγκώμιον ποιῆσαι, καὶ χάριν ἕξειν λέγοντος, ἀργύριον δὲ μὴ διδόντος δύο εἶπεν ὦ ὗτος, ἔχω κιβωτὸς. τὸν μὲν χαρίτων, τὸν δὲ ἀργυρίου, καὶ πρὸς τὰς χρείας τὸν μὲν τῶν χαρίτων κενὸν ἐυείσκω, ὅταν ἀνοίξω. τὸν δὲ χρυσίμου μόνον. *Idem.* Σιμωνίδης ἐρωτηθείς διά τι ἐχάτου γήρως ὤν, φιλάργυρος εἴη, ὅτι εἶπε βυλόιμιν ἂν ἀποθανὼν τοῖς ἐχθροῖς μᾶλλον ἀπολιπεῖν, ἢ ζῶν δεῖσθαι τῶν φίλων. *Athenæus lib. 14.* ὄντως δὲ λῖ ὡς ἀληθῶς κίμβιξ, ὁ Σιμωνίδης, καὶ αἰσχροκερδὴς ὡς χαμαιλέων φησὶν. ἐν συρακούσαις γὰρ Ἕ ἱέρων ἀποστέλλοντος αὐτῷ τὰ καθ' ἡμέραν λαμπρῶς, πωλῶν τὰ πλείω ὁ Σιμωνίδης Ἕ ὧν παρ' ἐκείνου πεμπομένων ἑαυτῷ μικρὸν μέρος ἀπεπίθετο. ἐρομένου δέ τινος τὸν αἰτίαν, ὅπως εἶπεν ἤ τι ἱέρωνος μεγαλοπρέπεια καταφανής ἦ, καὶ ἡ ἐμὴ κοσμιότης.

Πλὴν ὀπὶ μικροῖς] *Soli ex interpretibus Latinis Arretinus, & Argyropylus intellexerunt hoc* πλὴν, *quorum ille reddidit,* verum in paruis, *hic,* in paruis tamen. *Recte autem exponit Scholiastes græcus*

Digitized by Google

particula, tamen; nisi, *interdum apud Latinos eam vim habet.*

Επει ὅγε τοιοῦτος] *deleo illud* ἐπεὶ, *& pro* ὅγε *lego* ὁ δέ.

Καθάπερ εἴρηται] *Nusquam hoc dixit, sed significauit subobscure, cum tradidit,* τὰ τῆς ἀσωτίας ὑ πάνυ συνδυάζεται.

Ἡ δὲ ἀνελευθερία ἀνιατός ἐστι] *Id est, Auaritia autem insatiabilis est, & insanabilis: nam & senectus, & omnis impotentia auaros efficere videtur. Est praeterea magis innata hominum generi, quam effusio: plerique enim ad amandas potius, quam ad largiendas pecunias sunt propensi. Et vero late admodum pertinet multiplexque est: multi enim esse illiberalitatis modi videntur: nam cum duabus in rebus sita sit, parum dando, & nimium accipiendo, non in omnibus tota inest, sed distrahitur interdum, ac diuiditur. Atque alij quidem accipiendo modum transeunt, alij minus dant, quam oporteret: nam quos parcos, strictos, sordidos dicimus, ij omnes minus, quam par est largiuntur, cæteroqui aliena non appetunt, neque accipiendi studio ducuntur; partim quidem bonitate quadam, & rerum turpium cautione: videntur enim quidam, (dicunt quidem certe) se ob id custodire sua, ne quando turpe aliquid facere adigantur. Horum autem est & is, qui cumimi sector dicitur, & quicumque talis est. Nomen autem inuenit inde, quod supra modum obstinatus est in eo, vt nemini quidquam largiatur.*

De

Digitized by Google

De auaritia disserere incipit, quæ, omnium malorum radix, *in sacris litteris nominatur*, quæ (*vt ait Salustius*) fidem, probitatem, cæterasque artes bonas subuertit: pro his superbiã, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere edocuit, & quasi malis venenis imbuta, corpus, animumque virilem effeminat, semper infinita, & insatiabilis est, neque copia, neque inopia minuitur. *Eam ait insanabilem esse: non enim sanatur copia, & affluentia rerum. Recte enim Solon.*

Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται.
Οἱ γὰρ νῦν ἡμέων πλεῖστον ἔχουσι βίον,
Διπλασίως σπεύδουσι. *Et Iuuenalis,*

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.
Et Horat. epist. 2. lib. 2.

Si tibi nulla sitim finiret copia lymphæ.
Narrares medicis. quod quanto plura parasti,
Tanto plura cupis: nulli ne faterier audes, &c. ex dicto Aristippi Plutoni περὶ φιλοπλουτίας. *Et idem.*

Semper auarus eget. Vt enim iis, qui aqua inter cutem laborant,

Quo plus sunt poëtæ plus sitiuntur aquæ: ita auari, quo plus habẽt, eo plus concupiscunt. De quo idem Horatius.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops, &c.
Itaq; dici potest Pluto.

Τὸ φάρμακόν σου τὴν νόσον μείζω ποιεῖ.
Ὅταν δὲ τὸ ὕδωρ πνίγῃ τὶ δεῖ ποιεῖν;

Digitized by Google

Καὶ τὰ μικρὰ ὅτι πολλῷ] *suspicabar legendum*, καὶ ὅτι μικρῷ, καὶ ὅτι πολλῷ: *nunc video ita & veterem Interpretem legere. Igitur siue paruo, siue magno fœnore pecuniam suam locet aliquis sordidus, & turpis lucri cupidus habendus est.*

IN CAPVT II.

Δόξαι δὲ ἂν ἀκόλουθον εἶναι καὶ περὶ μεγαλοπρεπείας] *Id est, videtur autem sequi, vt de magnificentia breuiter disseramus: nam hæc quoque videtur virtus quædam esse, quæ in pecuniis cernitur. Non tamen vt liberalitas ad quaslibet actiones, in quibus pecunia intercedit, pertinet: sed ad ea tantum, in quibus magni faciendi sunt sumptus. Vt enim ipso græco nomine indicatur, decorus sumptus est in rebus magnis.*

Περὶ τὰς δαπανηρὰς] *forte*, τὰ δαπανηρὰ *præcipue, cum addat in τούτοις.*

Nullius virtutis opera aut splendidiora, aut solidiora, & potentiora ad propagandam memoriam sui, quã magnificentiæ videntur. Illa enim templa, theatra, Basilicæ, arcus, aquæductus, porticus, thermæ, fornices, pyramides, obelisci, columnæ, quarum ruinas, fragmenta, vestigia, quæ temporis edacitati, & barbararum, atq; immanium gentium, effrenato furori super fuerunt, tot sæculis post, per hanc vrbem magna cum admiratione spectamus, nihil nobis aliud loquuntur, quam veteres illos Romanos, *vt alijs virtutibus, ita magnificentia,*

longe

longe cæteris omnibus populis, ac gentibus præstitisse. De qua virtute antequam explicare ingrediar ea, quæ ab Aristotele disputata sunt, pauca dicam necesse est, de quæstione quadam magnis olim inter homines doctissimos contentionibus agitata. Quæsitum est enim, sitne magnificentia certa quædam virtus distincta tum à cæteris, tum à liberalitate, an potius pars quidem liberalitatis, quæ sub ea, tanquã sub aliquo genere contineatur. *Ac ij quidem, quibus placet, eam esse partem quandam liberalitatis, his fere argumentis mouentur. Primum, quod eadem vtriq; materia proposita sit; vtraq; enim versatur in vsu pecuniarum. Deinde, quod Aristoteles ipse aperte ait liberalitatem quidem late patere, ac pertinere ad omnes actiones, in quibus pecunia intercedit: magnificentiam autem non: sed ad aliquas tantum, nimirum ad eas, quæ magnos sumptus requirunt. Si ergo liberalitas ad omnes pertinet, magnificentia ad aliquas tantum, quam rationem habet genus ad speciem, eandem videtur liberalitas ad magnificentiam obtinere. Tertio, quod idem Aristoteles ait: omnem quidem Magnificum necessario esse liberalem, sed non contra. id autem tale videtur, vt cum dicimus, omnẽ temperantiam esse virtutem, sed non contra: aut omnem hominem esse animal, sed non contra. Quarto, quod quamuis liberalitas in paruis, aut mediocribus sumptibus, magnificentia autem in magnis versari, cernique dicatur, tamen id satis non est, vt specie differant. Magis enim & minus, vt vulgo in scholis loqui solemus non*

Digitized by Google

constituunt diuersam speciem, quod facile multis exemplis ostendi potest. Postremo quod si in vsu pecuniæ duas virtutes esse statuimus, distinctas & separatas, vnam in parua, mediocriue pecunia, alteram in magna, eadem ratione duas virtutes in voluptatibus constituere oportebit, in paruis, & moderatis vnam alteram in magnis, & vehementibus: & vnam in paruis periculis, alteram in magnis, quæ si absurda sunt, vt vnam temperantiam in omnibus voluptatibus, vnam fortitudinem in omnibus periculis; ita in omni vsu pecuniarum, vnam versari liberalitatem necesse est, sed eius eam partem, quæ in magnis sumptibus honesti, & decori rationem habet, proprio quodam nomine magnificentiam vocari.

Quæ cum ita sint, mihi tamen hoc tempore probabilior eorum sententia videtur, qui eas duas esse virtutes existimant, magna quidem inter se, tanquã affinitate deuinctas, sed distinctas tamen, ac separatas. Primum, quod Aristoteles ipse de eis separatim disseruit, neq; vsquam docuit, magnificentiam, esse partem liberalitatis. Deinde quod si magnificentia esset pars liberalitatis, sequeretur, vt ea quoque vitia, quorum in medio sita magnificentia est, partes essent eorum, quæ liberalitati aduersantur, ita vt βαναυσία esset pars effusionis, μικροπρέπεια autem auaritiæ, quod tamen à vero abhorrere satis è sequentibus intelligetur. Habent omnino inter se magnam similitudinem, sed tamen qui acuti, perspicacesque sunt, earum inter se discrimen facile, vt spero, suis locis videbunt. Tertio, quod quarum virtutum

Digitized by Google

tutum fines diuersi sunt (de proximis, ac propriis cuiusq; finibus loquor, scio enim communem omniũ virtutũ esse honestatem) eas quoq; diuersas esse oportet. At alium sibi finem proponit Magnificus, alium liberalis. Nam liberalis quidem hoc vnum spectat, vt prosit, atque opituletur iis singulis, quos & egere, & dignos esse, qui subleuentur, videt. At magnificus, vt ipsum nomen indicat, magnitudinem, amplitudinem, pulchritudinem, splendorem, admirabilitatem operũ sibi proponit. & aut iis elaborat in rebus, quæ neq; priuatim, neque publice prosunt, sed tantum ad ornamentum, & pulchritudinem Ciuitatis pertinent, aut vtiles sunt non huic, aut illi, sed publice: aut etiam si cui proprie prodest, non tamen in agendo illius commodum spectat, sed eo tantum dirigit omnia, vt opibus suis aliquid amplum, memorabile, illustre, & in suo quodque genere singulare perficiat. Postremo, vt multa liberaliter fiunt, in quibus tamen nulla inest magnificentia, ita multa fiunt magnificentissime, in quibus nihil loci liberalitas habet. Diuus Augustus moriens gloriatus est, se, vrbem marmoream relinquere, quam lateritiam accepisset Qui si ea in re honestatem secutus est, quod equidem de eo facile adducor, vt putem, vere magnificus fuit. Num igitur illum eo nomine, vt liberalem cõmendabimus? Aliis quidẽ rebus fieri potest, vt liberalis fuerit, neq; ego ei liberalitatis laudem adimo, neque id nunc agitur, sed in vrbe magnificis ædificiis exornanda, nulla liberalitas fuit. Nisi forte illud audiendum, atq; accipiendum putamus,

Digitized by Google

quod sæpe à quibusdam dicitur, qui cum neque magnifici sint, neque liberales, vtramque tamen laudem falso sibi vendicare conantur. Infinita, inquiunt, vis est in vrbe hominum egentium, fossorum, fabrorum, architectorum, cæterorumq; id genus artificum, qui nisi nos ædificaremus, esurirent. Nonne igitur liberales sumus, cum eis alioqui cessaturis, & esurituris damus, vbi se exerceant, & alios egerenda, alios aggerenda humo, alios cædenda materia, alios lapidibus conuehendis, cædendis, complanandis, quadrãdis, collocandis, alios metandis, ac describendis ædificiis, alios deniq;, aliis rebus ita occupatos tenemus, vt interea lucrentur, vnde sibi, vnde vxoribus, vnde paruis liberis, vnde parentibus ætate fessis ea, quæ ad victum necessaria sunt, suppeditent. Mitto nunc id, quod verissime respondere possem totam illam orationem vanitatis, & mendacij plenissimam esse: nihil enim facilius est, quam docere istos, cum, vt ait Horatius, diruunt, ædificant, mutant quadrata rotundis, *nihil minus spectare, aut cogitare, quam, vt egenos homines in opere contineant, & pascant, id tantum habere propositum, vt animum suum expleant, eique obsequantur. Sed hoc vt dixi omitto. illud aio, si maxime hæc essent, aut etiam si isti vere essent magnifici, & in illis substructionibus suis nihil aliud, quam amplitudinem, & honestatem spectarent, liberales tamen propterea non fore. Non enim qui alij reddit, quod debet, sed qui de suo aliquid dat, liberalis est: neq; qui eum, cuius operam conduxit, debita mercede non fraudat, munificus est, sed qui fraudat, iniustus. Nam mercedem*

Digitized by Google

tedem persoluere, & quasi mutuum reddere, vt non in eo faciendo benignitas sit; sed in non faciendo iniustitia, & crudelitas. Liberam esse liberalitatem nomen ipsum indicio est; ita vt id tantum liberaliter dari dicatur, quod liberum est, etiam non dare. At operarum merces, si leges, & iudicia valent, etiam ab inuito exigi potest. Nihil igitur vetat, quin actio aliqua magnifica sit, quæ tamen liberalitatis laude careat. Ac videte ne quis forte vestrum secus hoc accipiat, quam à me dicitur. Non enim dico fieri posse, vt magnificus sit aliquis, qui non sit liberalis; quod si dicerem, Aristoteli ipsi aduersarer, sed actionem aliquam posse esse magnificam, quæ tamẽ nihil pertineat ad liberalitatem. Theatrum Marcelli, Theatrum Augusti, templum illud pulcherrimum à M. Agrippa conditum, quod etiam hodie intuentes admiramur, arx Hadriani, Thermæ Diocletiani, partim fuerunt, partim etiam sunt eiusmodi opera, vt eorum magnificentiam neque qui non viderit, mente concipere, neq; qui viderit verbis exprimere posse videatur. At in eis nihil sibi vendicare liberalitas potest. Oportebat autem si magnificentia liberalitatis pars esset, nullum posse esse opus magnificum à liberalitate seiunctum. Sunt igitur hæ duæ virtutes vicinæ quidem, & cohærentes inter se, sed tamen duæ, quarum & vtraque alteri propinqua est, & neutra tamen sub altera continetur.

Neque vero difficile est ad ea, quæ superius aduersus hanc sententiam allata sunt, respondere. Primum enim non si vtraque in pecuniis versatur, continuo efficitur

Digitized by Google

aut eandem esse, aut alteram sub altera contineri. Nam, ea ratione in artibus quidem valet. Consideratur corpus à Geometra, consideratur, & à Physico; sed ab hoc, vt mobile est, ab illo vt quantum est, vtque infinite diuidi potest. Et politicus hominem considerat, & medicus; sed hic, quatenus & bene valere potest, & ægrotare: ille quatenus ad societatem ciuilem aptus est, & felicitatis, ac miseriæ capax. Sic pecuniam tractat, & liberalis, & magnificus; sed ille vt instrumentum benigne faciendi iis, qui & egent, & indigni sunt, qui egeant: hic vt instrumentum ad perficienda magna, & clara opera, & quorum memoria in omnem posteritatem duratura videatur. Quod autem afferebatur ex Aristotele liberalitatem ad omnes actiones, in quibus pecunia intercedit, pertinere, id ita intelligendum est, & in acquirenda, & in accipienda, & in conseruanda, & in donanda, & in consumenda pecunia consistere & liberalitatem, & vitia, quæ cum ea pugnant: sæpe enim diximus, qua in re ternitur aliqua virtus, in eadem cerni, & vitia, quæ illi aduersantur. Quare & in accipienda pecunia, quærendáue, potest aliquis esse auarus, si vnde, aut quomodo eam paret, nihil pensi habeat: & prodigus si eam ne honestis quidem artibus parare, aut vnde honestum est, accipere velit, & liberalis, si modum teneat. Eadem dici possunt in ratione conseruandæ, donandaéue pecuniæ, & sumptuum faciendorum. Sunt autem hæc quinque genera τῶν περὶ τὰ χρήματα πράξεων. At magnificentia in donis tantum, & in sumptibus cernitur, neque iis quibuslibet, sed magnis, & ad quos ne adspiret

quidem

Digitized by Google

quidem liberalitas. Vere enim Aristoteles hoc loco ait eam ἀφιστᾶναι τῶν μεγάλων. περὶ δὲ τὰ μέτρια, καὶ τὰ μικρὰ ἡμᾶς ὡς δεῖ διαπόνεσθαι. Praetereaque alium finem sibi liberalitas, alium magnificentia proponit, vt iam diximus. Iam illud alterum, quod afferebatur, ex Aristotele, omnem magnificum esse necessario liberalem, sed non contra, cum eo ventum erit, explicabitur à nobis, ita vt omnes intellecturi sint, nullo modo ex eo effici, vt liberalitas eandem rationem habeat ad magnificentiam, quam ad speciem genus. Quartum argumentum ita demum aliquid concluderet, si nihil aliud inter has virtutes interesset; sed docuimus inter fines ipsos interesse. Ne postremum quidem quidquam necessario efficit: non enim temperans est, qui leues, & exiguas voluptates contemnens, à magnis, & vehementibus auferri se sinit, neque fortis, qui leuia pericula despicit, grauia reformidat: at liberalis etiam in parua pecunia vsu cerni potest, cum magnificus nisi in magnis opibus elucere non possit.

Positum sit igitur magnificentiam esse virtutem quandam per se, & à liberalitate distinctam. Nunc quid Aristoteles, de ea disserat, audiamus.

Τὸ δὲ μέγεθος πρός τι] *vt latius docetur in Categoriis. Magnus igitur dicetur sumptus, habita ratione eius, à quo fit, & rei, in qua fit.*

Τριηραρχῶ, καὶ ἀρχιθεωρῶ] *Imo vero maior sumptus faciendus est τῷ τριηραρχῷ. Legem tulerat Solon, vt quotannis deligerentur trecenti ex populo opulentissimi, qui ea munera publica obirent, in quibus maximi*

sumptus

Digitized by Google

sumptus necessario faciendi erant. Hi trierarchi vocabantur, quod triremes ad patriæ defensionem, gerendúmue bellum omnibus rebus necessariis, & hominibus instructas, priuatis sumptibus totum illum annum habere cogerentur. Quia vero euenire poterat, vt qui cuipiam è ciuibus incommodare, eumque ad paupertatem redigere vellent, eum suffragiis suis trierarchum crearent (ita enim quidem senex apud Aristophanem alij minans inducitur. ἐγώ σ' ποίησω τριηραρχεῖν) *ita huic rei occurrerat Solon. Quicunque creatus erat ex trecentis, si alios opulentiores præteritos esse existimabat, poterat, quemcumque volebat, è ciuibus in iudicium vocare, ab eoque petere, vt aut ipse munus illud susciperet, aut secum bona omnia permutaret. Qui autem prouocatus erat, alterum facere cogebatur. Hæc omnia constant ex orationibus Isocratis* περὶ ἀντιδόσεως. *Demost.* κατὰ μειδίου περὶ ἀντιδόσεως. περὶ δ' ὁπτριηραρχήματος, περὶ τοῦ στεφάνου τῆς τριηραρχίας. Θεωροὶ *autem dicebantur, tum qui mittebantur publice ad oraculum, aut ad panegyrin aliquam, tum qui sacra publica curabant, tum qui præerant ludis, & spectaculis. Horum princeps* ἀρχιθέωρος *dicebatur. Cum his habebant quiddam simile Romæ, ædiles curules.*

Εν ᾧ, καὶ περὶ ἁ] *Aspasius legit* περὶ ὃ, *ait hæc duo,* ἐν παραλλήλῳ, *dicta esse* ἐν ᾧ καὶ περὶ ὅ. *cui assentior.*

Πολλάκι δόσκον ἀλήτῃ] *Vlyxis apud Homerum verba sunt. odyss. ρ.*

Καί γαρ ἐγώ ποτε οἶκον ἐν ἀνθρώποισιν ἔναιον,
Ολβιον ἀφνειὸν καὶ πολλάκι δόσκον ἀλήτῃ

Τοίῳ

Digitized by Google

Τοίῳ ὁποῖος ἔοι καὶ ὅτευ κεχρημένος ἔλθοι

Ἀλήτας Cicero vocat in Philippicis eos qui vagam, inopemque vitam persequuntur.

Ὅ μὲν γὰρ μεγαλοπρεπὴς] In Topicis docetur, cui inest quod maius est, in eo etiam inesse, quod minus; quare qui maximos sumptus facit honestatis causa, quod est magnificentiæ, multo magis exiguos, aut mediocres faciet, quod est liberalitatis, non tamẽ contra. Et annota posse aliquem vnam virtutem habere, qui non omnes alias habeat, cum tamẽ Aristoteles credatur auctor esse illius sententiæ, quam postea tantopere adamarunt Stoici, nõ posse vnam virtutem habere, qui non habeat omnes. Sed hac de re disputandum erit lib. 6. Sunt autem quidam, qui, quod in ædificando, & in luxuriosis conuiuiis ingentem vim pecuniarum consumunt, vulgo persuadere conantur, se magnificos esse, & quamuis in ceteris rebus, ita sunt auari, ac tenaces, vt non tantum bonos viros, & honestarum artium cognitione præstantes egere patiantur, verum etiam multis persoluere nolunt ea, quæ debent: tamen putant à se facere hunc Aristotelis locum, & quantum in se est, conantur hominibus oculos eruere, atque efficere, vt quos auarissimos vident, eos liberales esse fateantur. Quicunq; magnificus est, inquiunt, liberalis est. sit ita sane. Nos magnifici sumus. Qua tandem re id ostenditis? Multum ædificamus, & mensam quotidie plurimis, & exquisitissimis epularum generibus oneramus. Quid ex eo? Liberales igitur sumus. Vos vero liberalitatem ne pictam quidem vnquam vidistis. Quod, ni ita est, dicite, quantum

Digitized by Google

tum quotannis in homines eruditos, in eos, qui nullo suo vitio pauperes facti sunt, in adolescentes studiosos, quorum studiis sola paupertas impedimento est, fouendos, ornandos, adiuuandos insumatis. Producite aliquos, à quibus virtutis, aut doctrinæ nomine paupertas vestris beneficiis depulsa sit. Proferte diaria vestra: inspiciamus quantum his nominibus expẽsum ferre possitis. sin horum nihil, neq; fecistis vnquam, neq; facturi estis, patimini eam, qua vsi estis argumentationem paulo aliter conformatam in vos retorqueri. Quicunque magnificus est, liberalis est. Vos liberales non estis: igitur ne magnifici quidem. Illæ autem insanæ substructiones; illæ Saliares mensæ, ad ostentandas opes vestras, & ad inanem quandam popularis gloriæ sitim diriguntur. De honestate ne per somnium quidem vnquam cogitastis. Non quicunque multum ædificat, magnificus est. Sunt viua, & spirantia exempla, ex quibus intelligi possit, nihil prohibere, quin iidem & maximi ædificatores sint, & maximi bonorum omnium extortores, legum omnium contortores. Græcum prouerbium est.

Πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι. *Ita multi sumptuosi sunt, pauci magnifici.*

Τῆς τοιαύτης δ' ἕξεως] *Neque* μικροπρέπεια, *neque* βαναυσία *latine nominari potest. Quare pluribus verbis vtriusque vis explicanda est. Sunt igitur* μικροπρεπεῖς, *qui suscipiunt quidem, & aggrediuntur res magnas, & illustres, sed sumptus, pro earum magnitudine non faciunt, lenti, cunctatores, procrastinatores, semper verentes ne nimium magnam vim pecuniæ consumant,*

magis-

Digitized by Google

magisque solliciti de minuendo sumptu, quam de augenda operis dignitate. Differunt autē ab auaris, quod auari talia ne aggrediuntur quidem. Dicti autem videntur, quod sæpe μικρῦτινος ἕνεκα τὸ πρέπον τῶν ἔργων ἀπολλύουσι.

Βάναυσοι *sunt sordidi opifices, ij proprie, qui ad caminum opera sua elaborant.* βαῦνος *enim caminus est:* ἄυω *vro. Et hoc nomen videtur expressisse Horatius, cum dixit,*

dum graues Cyclopum,
Vulcanus ardens vrit officinas.

Significauit enim Deum illum esse βάναυσον, ἤτοι ἄυοντα τὰς βαύνους τῶν κυκλώπων. *Quoniam autem eiusmodi homines si quando volunt, aut magnificum aliquod conuiuium exstruere, aut aliquid aliud suscipere, in quo magni faciendi sint sumptus, quia iudicio carent, & in talibus rebus inexercitati sunt, consumunt quidem magnam vim pecuniæ, sed sine vllo iudicio, ita vt plurimum insumant in res nihili, omittant autem ea, quæ præcipue procuranda erant. Idcirco omnes, qui idem faciunt,* βάναυσοι *vocantur. Idem vocantur* ἀπειρόκαλοι, *quod non teneant, quid sit in sumptu faciendo vere pulchrum, quid contra leue, ac nugatorium.*

Καὶ ὅσαι τοιαῦται] ἕξεις ἢ κακίαι.

Λαμπρυνόμεναι] *Iactantes, ostentantesque se, & inanem splendoris speciem captantes.*

Ὥσπερ γὰρ ἐν ἀρχῇ εἴπομεν] *Cuius disputationis in principio, aut vbi hoc omnino in superioribus dixerit, non sane memini. Sunt etiam libri veteres, in quibus*

pro,

Digitized by Google

pro, ἐν ἀρχῇ *legatur* ἔναγχος. *Ac mihi de talibus locis nonnunquam venit in mentem subuereri, ne mutila in his libris multa sint, quæ non aduertuntur, dum satis esse credimus quoquo modo sententiam eruere, aut exprimere potius, & extorquere, ex iis, quæ scripta reperimus. Quod quidem hic traditur, videtur habere hanc sententiam. Habitum omnem definite cognosci ex iis actionibus, quas edit, & ex iis rebus, in quibus versatur.*

Αἱ δὴ τοῦ μεγαλοπρεποῦς] *Non refero articulum* αἱ, *ad nomen*, δαπάναι, *vt ceteri omnes faciunt, sed ad id, quod antecessit* ἐνέργειαι, *vt significet proprias magnifici* ἐνεργείας *esse sumptus magnos, & decoros.*

Ἢ καὶ ὑπερβάλλειν] *vt in regia Solis apud Ouidium.*

Materiam superabat opus.

Καὶ ἔτι ἡδέως καὶ προετικῶς] *hoc est facile, cum quadam ad largiendum facilitate, prolixe.*

Ἡ γὰρ ἀκριβολογία μικροπρεπὲς] *Id est angusti, & pusilli animi est*, τὸ ἀκριβὲς ἔχει, τινὰ μικρολογίαν, καὶ ἐπὶ τῶν συμβολαίων, καὶ ἐπὶ τῶν λόγων. *ad finem primi minoris*, τῶν μετὰ τὰ φυσικά.

Περὶ ταῦτα τῆς] *puto legendum* περὶ ταῦτα δὲ, *& mecum facit Bernard. Felicianus.*

Οἷον χρυσὸς] *Pindar. 1. ode olymp.* ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ, &c.

Καὶ ἔστιν ἀρετὴ ἔργου μεγαλοπρέπεια] *illud* μεγαλοπρέπεια *puto redundat. vt enim dixit.* ἀρετὴν κτήματος εἶναι ἐν τῇ τιμῇ, οὕτω καὶ νῦν λέγει τὴν τοῦ ἔργου ἀρετὴν εἶναι ἐν μεγέθει.

Τὰ

Τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ἀναθήματα] *distinguendum est post vocem* θεοὺς, *neque enim satis emendate diceretur,* τὰ ἀναθήματα τὰ περὶ τοὺς θεοὺς. *sed* τὰ περὶ τοὺς θεοὺς. *Vocat omnia, quæ ad Deos colendos pertinent, deinde enumerat tria eorum genera,* ἀναθήματα, κατασκευὰς θυσίας. Ἀνατίθεσθαι *dicuntur ea, quæ Diis dicantur, atque ita reponuntur in templis, vt ab omnibus humanis, ac profanis vsibus penitus abdicentur. Latini* ἀναθεῖναι *dicunt,* ponere, *aut* suspendere, *quod talia plerunque ex arboribus, aut è tholis, aut è parietibus templorum suspenderentur: Tibul.*

Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus
Libatum agricolas ponitur ante Deos.

Horatius:

Vixi puellis nuper idoneus, &c.

Idem:

Me tabula sacer votiua, &c.
Suspendisse potenti
Vestimenta maris Deo.

Virgilius:

Et tibi multa sacra pendebit fistula pinu.

Talia igitur vocabantur ἀναθήματα. *Nam* ἀναθήματα *quidem nusquam legi nisi in sacris litteris. Interdum etiam porticus, & Basilicæ vocantur* ἀναθήματα. *Plutarchus in Catone Vticen.* ἡ δὲ καλουμένη πορκία βασιλικὴ τιμητικὸν ἦν ἀνάθημα τοῦ παλαιοῦ κάτωνος.

Κατασκευαὶ] *Arretinus pro* ἀναθήματα, κατασκευαὶ *videtur legisse* ἀναθήματα, καὶ τὰ σκεύη, *aut* ἀναθηματικὰ σκεύη, *quod si reciperemus, interpretaremur lebe-*

tas, tripodas, pateras, aliaque vasa sacris ministeriis dicata: sed eam scripturam non probamus. accipimusque κατασκευὰς extructiones templorũ & talium. Nonnunquam tamen κατασκευὴ significat etiam supellectilem, & vasa. Θυσίαι *autem sunt sacrificia, siue vt veteres latini loquebantur* supplicia, *& hecatombæ.*

Περὶ πᾶν τὸ δαιμόνιον] *Id est ad omnem cultum deorum. & quæcunque in Remp, honestæ gloriæ studio conferuntur.*

Χορηγεῖν] *id est ludos facere aut præbere. quid sit χορηγεῖν docet Libanius in argum. orationis κατὰ μειδίου.*

Διὸ πένης μὲν οὐκ ἂν εἴη μεγαλοπρεπὴς] *exemplum peti potest ex Plutarch. de Themistocle & Cimone. non enim videbantur tam magni sumptus decere Themistoclem, qui non erat ortus tam nobili genere.*

Ἢ ὧν αὐτοῖς] *aut per eos, quos ipsi aliqua necessitudine attingunt, Argyropylus videtur legisse* εὐθὺς αὐτοῖς.

Τὰ τοιαῦτα] *Lambinus, & D. Thomas, exponunt* tales opes, *ego malo sequi Aspasium, & Acciaiolum, qui exponunt,* talia opera, tales sumptus. *Docent igitur eos, qui aut ipsi iam talia quædam fecerint, aut ipsorum maiores, aut propinqui liberales esse debere, nõ enim oportet eos degenerare aut à seipsis, aut à suis.*

Ξένων] *non quoslibet hospites intelligit, sed magnos, & potentes, vt reges, & dynastas, qui quoquo veniunt magna pompa, magnoque & splendido apparatu publicè excipi aduenientes, & abeuntes deduci solent.*

Καὶ

Digitized by Google

Καὶ δωρεὰς, καὶ ἀντιδωρεὰς] Hoc quoque ad hospitalia munera pertinet, solebant enim & qui veniebant ad aliquem hospitem aduentu suo ei dona quædam offerre, & ij, qui à se hospites dimittebant, aliis quibusdam eos remunerari. Exempla apud Homerum, & Virgil. crebra sunt. sic Menelaus Odyss. Δ Telemachum alloquens.

Καὶ τότε, inquit, σ' οὔ τιμῶ, δώσω δέ τοι ἀγλαὰ δῶρα

Τρῆς ἵππους καὶ δίφρον ἐύξοον, αὐτὰρ ἔπειτα.

Δώσω καλὸν ἄλεισον, ἵνα σπένδῃσθα θεοῖσιν.

Ἀθανάτοις ἐμέθεν μεμνημένος ἤματα πάντα.

Et Telemacho illa dona sibi inutilia fore dicente, aliis eum prosequitur. Sic & apud eundem Phæaces abeuntem Vlyssem & deducunt splendide, & pulcherrimis muneribus donant. Apud Virgilium autem Æneas ad Didonem veniens, cum arcessi Ascanium iussisset.

Munera præterea Iliacis erepta ruinis
Ferre iubet pallam signis, auroque rigentem
Et circumtextum croceo velamen acantho.
Ornatus Argiuæ Helenæ, quos illa Mycænis
Pergama cum peteret, inconcessosq; hymeneos,
Extulerat, matris Ledæ mirabile donum:
Præterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim
Maxima natarum Priami, collique monile
Baccatum, & duplicem gemmis, auroque coronam.

Et in 3. Helenus cum discessurum Æneam multa monuisset.

Dona dehinc auro grauia, sectoque Elephanto,

Digitized by Google

Imperat ad naues ferri, stipatque carinis,
Ingens argentum, dodonæo[illegible]e lebetes,
Loricam consertam hamis, auroque trilicem,
Et conum insignis galeæ, cristasque comantes,
Arma Neoptolemi, sunt & sua dona parenti.
Addit equos, additque duces.
Nec minus Andromache digressu mœsta supremo,
Fert picturatas auri sub temina vestes,
Et Phrygiam Ascanio chlamydem.

Et in 7. Ilioneus ad Legem latinum ab Ænea missus orator.

Dat tibi præterea, inquit, *fortunæ parua prioris*
Munera reliquias Troia ex ardente receptas.
Hoc pater Anchises auro libabat ad aras.
Hoc Priami gestamen erat, cum iura vocatis
More dabat populis, sceptrumque, sacerque tiaras
Iliadumque labor vestes.

Neque minus regiæ Latini ἀντιδωρεαὶ.

Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci
Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis.
Aurea pectoribus demissa monilia pendent.
Tecti auro fuluum mandunt sub dentibus aurum.

Τοῖς ἀναθήμασιν] ἔστι γὰρ ἢ φιλίου, ἢ ξενίου Διὸς ὡσανεὶ ἀναθήματα.

Μεγαλοπρεπῶς δὲ καὶ οἶκον] *Cicer. 1. de off.* Et quoniam omnia prosequimur (volumus quidem certe) dicendum est etiam, qualem hominis honorati, & principis domum placeat esse, cuius finis est vsus, ad quem accommodanda est

est ædificandi descriptio, & tamen adhibenda dignitatis, commoditatisque diligentia. Cn. Octauio, qui primus ex illa familia consul factus est, honori fuisse accepimus, quod præclaram ædificasset in palatio, & plenam dignitatis domum, quæ cum vulgo viseretur, suffragata domino nouo homini ad consulatum putabatur.

Κατασκευάσαδαι] *non tantum ad ædificium pertinet, verum etiam ad instrumentum domesticum & supellectilem, eam enim Græci* κατασκευὴν *vocant.*

Καὶ ὅτι] *lego* ἐπεὶ, *vt & Felicianus. pendet autem oratio, vsque ad illum locum* διὰ τοῦτο.

Ἐρανισὰς] *de his plura dicentur lib. 8. Cetera partim satis aperta sunt, partim diligenter, & accurate ab Aspasio exponuntur.*

Καὶ ὅτι τῶν δαπανημάτων] *Felicianus legit* ἐπεὶ, *recte omnino. at Argyropylus* ὅτι *quod non placet.*

IN CAPVT III.

Ἡ μεγαλοψυχία] Μεγαλοψυχίαν *possumus verbum de verbo* magnanimitatem *interpretari, ea enim voce Cicero in iis, quæ extant, semel vsus est, in extremo primo de officiis. Sæpius tamen* magnitudinem, *aut* altitudinem, *aut* excelsitatem animi *dicit, aut* magnum animum, & excelsum. *Aristoteles 2.* ὑστέρων ἀναλυτικῶν, *subindicat duas esse species* μεγαλοψυχίας, *vnam* ἐν τῷ μὴ ἀνέχεσθαι ὑβριζομένους,

Digitized by Google

quomodo magnanimos fuisse dicimus Alcibiadem, Achillem, Aiacem. Alteram ἐν τῷ ἀδιαφόρως ἔχ) εὐτυχοῦντας, καὶ ἀτυχοῦντας, qualis fuit in Lysandro, & Socrate. Sed illa prior magis ex populari consuetudine, quam ex veritate hoc nomine affici videtur: posterior pars quaedam eius virtutis, de qua hic disseritur. Haec autem virtus vix videtur tota in hominem Christianum conuenire, quem semper summisse de se, & abiecte sentire oportet, vt scriptum est, cum omnia feceritis dicite vos seruos inutiles esse. *quaedam tamẽ magnanimi conditiones, quae ab Aristotele proponuntur, mirifice in hominem Christianum conueniunt, vt è sequentibus intelligetis.*

Δοκεῖ δὲ μεγαλόψυχος εἶναι, ὁ μεγάλων ἀυτὸν ἀξιῶν] *vt Socrates se dignum iudicauit, qui aleretur in Prytaneo, qui honos olympionicis tribuebatur, maximusque habebatur. vt Iphicrates, cuius sunt illa, ex oratione de statua, sibi ab Athenienſibus posita aduersus Harmodium,* vt quisque virtute præstat, ita nobilissimus habendus est, &c. *quae scripsi li. 8. var. lection. cap. 22.*

Ο γὰρ μικρῶν ἄξιος, καὶ τούτων ἀξιῶν σαυτὸν σώφρων] Σώφρων *hic est, moderatus, modestus. Sic Plato in Riualidus dicit hoc præcepto γνῶθι σαυτὸν, praecipi σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην, & Σωφρονίζειν est castigare & compescere.*

Εν μεγέθει δὲ ἡ μεγαλοψυχία] τὸ γὰρ καλὸν ἐν μεγέθει, καὶ τάξει, ait ἐν τῷ περὶ ποιητικῆς, *quem locum omnino vide, & in primo Politicorum.* τὸ καλὸν ἐν πλήθει καὶ μεγέθει εἴωθε γίγνεσθαι.

Χαῦ-

Digitized by Google

Χαῦνος] *inde est cauum, quod solidum non est, sed inane, vt,*

Cauo sub robore condunt,

Et:

Nox atra caua circumuolat vmbra.

Et:

Ni doceat volitare caua sub imagine formas.

Et:

Ille cauum conuersa cuspide montem.

Inde etiam vanum, *quod idem est, detracta prima litera, & duabus sequentibus per metathesin transpositis. Quare* χαύνους *interpretatur*, vanos & inanes homines, *&* χαυνότητα inanitatem, aut vanitatem. *Horatius:*

Inanes hoc iuuat.

Persius:

O quantum est in rebus inane!

Cic. in Bruto. Nihil est in me inane (*id est*, χαῦνον) neque enim debet, sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, gratulatioque me commouet, propterea quod popularem me esse in populi salute præclarum est. *Salustius:* Huic homini non minor inerat vanitas, quam audacia. *Sic Liuius:* vanum ingenio χαῦνον. *Tacitus in vita Agricolæ:* Nec Agricola prosperitate rerum in vanitatem vsus. *& lib. 1. de Libone Druso:* Improuidum Iuuenem, & inanibus lætum.

Παρασείσαντι] *Victorius cap. 2. li. 22.* dimissis manibus.

Digitized by Google

nibus. *Plautus in Epidico. noster, de progressu animantium.* καὶ οἱ θέοντες θᾶττον θέουσι. παρασείοντες τὰς χεῖρας. *Machon, apud Athenæum lib. 6.* ἵνα μὴ παρασείων, καὶ μακρὰν ἑκάστοτε ὁδὸν βαδίζων τὰς γνάθους διαστρέφῃς.

Τοῖς ἀγαθοῖς] τῷ ἀγαθῷ *vetus interp. legit.*

* * *

IN CAPVT V.

Πραότης δέ ἐστι] *Dicturo* περὶ πραότητος, *prius* περὶ ὀργῆς *disputandum videtur. Tenebo autem hunc ordinem, vt primum dicã, quid sit ira. Secundo, quam fœda, turpisque sit. Tertio quam late pateat. Quarto quibus de causis excitetur. Quinto quam multorum malorum causa sit. Sexto sit ne tollenda an moderanda. Septimo docebo idem videri Stoicos, & Peripateticos dicere, sed non eodem modo. Postremo proponam aliquot remedia aduersus iram.*

I. *Quid est ira? Non tractabo hoc loco finitionem illam Physicorum, qui aiunt:* Iram esse feruorem sanguinis circa cor, *sed sequar eam, quæ conuenientior est huic instituto, dicamque.* Iram esse cupiditatem vltionis. *Vtraque traditur ab Aristotele primo* περὶ ψυχῆς. *At lib. 2. Rhet. Iram ita definit.* ἔστω δὲ ἡ ὀργὴ ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένης, διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν τῶν εἰς αὐτὸν, εἰ εἰς αὐτοῦ τινα μὴ προσηκόντως. *Cicero.* Ira est libido puniendi eius, qui videatur læsisse iniuria. *Stoici,* ὀργὴ ἐστὶν ἐπιθυμία τιμωρίας τοῦ δοκοῦντος ἠδικηκέναι, οὐ προσηκόντως.

II. De

II. *De illius deformitate ita Seneca.* Vt autem scias insanos esse, quos ira possedit, ipsum illorum habitum intuere. Nam vt furentium certa indicia sunt, audax, & minax vultus, tristis frons, torua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color versus, crebra, & vehementius acta suspiria, ita irascentium eadem signa sunt. Flagrant, & micant oculi, multus ore toto rubor, exæstuante ab imis præcordiis sanguine, labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent, ac subriguntur capilli, spiritus coactus, ac stridens, articulorum seipsos torquentium sonus, gemitus, mugitusque, & parum explanatis vocibus præruptus sermo, & complosæ sæpius manus, & pulsata humus pedibus, & totum cõcitum corpus, magnasque iræ minas agens, fœda visu, & horrenda facies deprauantium se, atque intumescentium. Nescias vtrum magis detestabile vitium sit, an deforme. *Vt igitur Hippocrates ait grauissimum esse morbum, qui ægrotantis faciem maxime mutat; ita sciamus licet, grauissime ægrotare animum, cum in corpore tanta sit commutatio.*

III. *Hæc praua animi affectio latissime diffunditur. Non omnes metuimus: non enim imbecilliores; non omnibus inuidemus, at omnibus irascimur, notis, ignotis, inimicis, amicis, superioribus, paribus, inferioribus, liberis, seruis, senibus, pueris, viris, mulie-*

Digitized by Google

ribus, fratribus, vxori, patri, liberis, bestiis, rebus inanimis, Deo denique ipsi. Cæterarum rerum exempla quotidiana sunt, & in oculos incurrunt. Bestiis autem irasci nos fatebitur, si quis secum cogitet, quam sæpe iratus fuerit equo, aut mulo, quo vehebatur, quam sæpe cani, aut feli, aut præteruolantibus muscis. Itaq; dictum Socratis. An si equus, aut mulus me calce perculisset, ei irascerer? *non in omnes valet. Quid? non sæpe scripturi, aut calamo irascimur, aut atramento? Xerxes dicitur mare iratus verberasse, & compedes, quasi eis Neptunum vincire posset, in aquam demisisse. Misit etiam ad montem Athonem litteras, quibus ei, si se impediret, minabatur.* Ἄθω δαιμόνιε ὑρανομήνη μὴ ποιεῖν ἐμοῖς ἔργοις λίθυς μεγάλυς, καὶ δυσκατεργάστυς. εἰ δὲ μὴ, τεμὼν ῥίψω σεαυτὸν, εἰς τὴν θάλασσαν. *Iratus Ioui Caligula clamabat.* ἢ, μ' ἀνάειρε, ἢ, ἐγώ σε. &

Ζεῦ πάτερ ὔ τις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος. *Obsidente Tyrum Alexandro, Tyrij Apollini Deo suo irati, simulacrum illius aurea catena deuinxere, aræque Herculis cuius numini vrbem dicauerant, inseruere vinculum, quasi illo Deo Apollinem retenturi. Curtius lib. 4.*

IV. Διττὰ τὰ κινητικὰ τῆς ὀργῆς τὰ μὲν ἐντὸς, τὰ δὲ ἐκτὸς. τὰ ἐντὸς τρία, ἡ κράσις, *vt qui sunt calidi, & sicci natura, & biliosi, facile irascuntur, & ebrij, & qui esuriunt, aut sitiunt, aut diu vigilarunt.* ἡ ἀσθένεια, *vt pueri, mulieres, senes, ægroti, conualescentes.* τὸ ἔθος, *quod maximam vim habet. Horat.*

animum

Digitized by Google

animum rege, qui nisi paret
Imperat, hunc frenis, hunc tu compesce catenis.

Τὰ ἐκτὸς τεία. *opinio iniuriæ. Aristoteles lib. 5.* Opinione iniustitiæ ira commouetur, *opinio contemptus.* Καὶ τὸ ἄλλο συμβαίνειν ἐκεῖνα περὶ ἃ σπουδάζομεν, ἢ ὡς βουλόμεθα, *vt qui currere vult, irascitur equo tardo, qui dormire, muscis, qui legere, libro minutioribus literis scripto. Et Plutar.* Διὸ καὶ γυναῖκες ἀνδρῶν ὀργιλώτεραι, καὶ νοσοῦντες ὑγιαινόντων, καὶ γήρα ντες ἀκμαζόντων, καὶ κακῶς πράττοντες εὐτυχούντων, ὀργιλώτατος δὲ ὁ φιλάργυρος πρὸς τὸν οἰκονόμον, ὁ γαστρίμαργος πρὸς τὸν ὀψοποιὸν, ὁ ζηλότυπος πρὸς τὸ γύναιον, ὁ κενόδοξος κακῶς ἀκούσας, &c. *Nero qui se canente discederent, aut dormitarẽt, in eos erat implacabilis. Alexander, quod erat gloriæ cupidus, cum legerentur illa Homerica,*

Ζεῦ πάτερ ἢ Αἴαντα λαχεῖν ἢ τυδέος υἱὸν
Ἢ αὐτὸν βασιλῆα πολυχρυσοῖο μυκηνῆς.

Occidissem, *inquit, &c. non adulantes sibi Clytum, & Callisthenem interfecit.*

V. Ira plurimorũ, & grauissimorũ malorũ causa est.

Horat. *Ira Thyesten exitio graui*
Strauere, &c.

Seneca cap. 2. lib. 1. de Ira. Iam vero; si effectus eius, damnaq; intueri velis, nulla pestis humano generi pluris stetit. Videbis cædes, ac venena, & reorum mutuas sordes, & vrbiũ clades, & totarum exitia gentium, & principum sub Ciuili hasta capita venalia, & subiectas

Digitized by Google

ctas tectis faces, nec intra mœnia coërcitos ignes, sed ingentia spatia regionum hostili flamma relucentia. Aspice nobilissimarum ciuitatum fundamenta vix notabilia. Hæc ira deiecit. Aspice solitudines per multa milliaria sine habitatione desertas; has ira exhausit. Aspice tot memoria proditos duces, mali exempla fati. Alium ira in cubili suo confodit, alium intra sacra mensæ ira percussit, alium inter leges, celebrisque spectacula fori lancinauit, aliũ filij parricidio dare sanguinem iussit, alium seruili manu regium aperire iugulum, alium in cruces membra diuidere. Adhuc singulorum supplicia nãrro. Quin tibi si libuerit, relictis, in quos ira viritim exarsit, aspice cæsas gladio conciones, & plebem immisso milite contrucidatam, & in perniciem promiscuam tot populos capitis damna passos.

VI. VII. De sexto & septimo iam in libro secundo disserui.

VIII. Remedia vero hæc esse poterunt. Socrates speculum esse dicebat. Ac sane monet quemq; aspectus sui.

Primo, Exemplum in Minerua abiiciente tibias neminem fugit. Sed qui potest eo animo in speculum inspicere, iam non videtur iratus.

Secundo, Vtilius est, quam sæpissime de iræ turpitudine cum pacato animo sumus, cogitare.

Tertio, Considerare leuitatem causarum. Seneca,

Friuo-

Digitized by Google

Friuolis turbamur, & inanibus, aurum color rubicundus excitat, ad vmbras aspis exurgit, vrsos, leonesque mappa proritat. Omnia quæ natura fera, ac rabida sunt, consternuntur ad minima. Idem inquietis, ac stolidis ingeniis euenit, rerum suspicione feriuntur.

Quarto, Num quid ipsi quoq; tale fecerimus, aut iterum possimus facere.

Quinto, Fugere occasiones. Augustus vasa vitrea comminui iussit. Fugiendi, qui incitare nos ad iram possint. Vide de Cælio oratore apud Senec. lib. 1. de Ira, cap. 8.

Sexto, Mora. Consilium ab Athenodoro Philosopho ipsi Augusto datum, de Alphabeto Græco. Est autem turpe non posse rationem in nobis, quod in stultissimis valet mora.

Septimo, Considerare quam sæpe vtilius sit dissimulare, quam vlcisci. nec est semper verum illud, veterem ferendo iniuriam irritas nouam.

Octauo, Exempla magnorum virorum, & sapientum sententiæ. Exemplá. Catoni causam agenti Lentulus in os, mediamq; frontem, quantum potuit, attracta pingui saliua inspuit. Plutarchus, Demochares parrhesiastes Philippo. Senec. lib. 3. de Irac. cap. 23. Tum Philippus, ite, *inquit,* annunciate Athenienſibus, multo superbiores esse, qui ista dicunt, quam qui impune dicta audiunt. *Antigonus, ducibus, militibus, manipularibus,* Longe discedite, ne vos rex audiat. *Idem,* maledicite Antigono, sed bene

Digitized by Google

bene precamini ei, qui vos audiuit. *Cæsar Catullo ignouit, Augustus Timageni. Lycurgus, qualis in eum extiterit, qui oculum ipsi effoderat, narrat Plutarchus.*

Sententiæ, vt Philæmon.

Ὡς οὐδὲν ἥδιον οὐδὲ μουσικώτερον
Ἢν τοῦ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν.
Ὁ λοιδορῶν ἐὰν, ὁ λοιδορούμενος
Μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖται λοιδορῶν.

Euripides.

Δυοῖν λεγόντοιν θατέρου θυμουμένου,
Ὁ μὴ ἀντιτείνων τοῖς λόγοις, σοφώτερος.

Menander.

Ἅπαν θ' ὃς ὀργιζόμενος ἄνθρωπος ποιεῖ
Ταῦθ' ὕστερον λάβοις ἂν ἡμαρτημένα,

& similia quæ paßim occurrunt.

Finis Commentariorum in lib. 4. Ethicorum Aristotelis.

ARI-

Digitized by Google

ARISTOTELIS ETHICORVM AD NICOMACHVM

LIBER QVINCTVS

IN QVO

DE IVSTITIA ET IVRE ACCVRATISSIME DISPVTATVR

M. Antonio Mureto interprete.

Digitized by Google

M. ANTONIVS MVRETVS AVDITORIBVS SVIS.

CVM hunc Aristotelis librum vobis explicaturus essem, multis de caussis mihi faciendum putaui, vt eum prius latine à me conuersum esserem. primum quoniam etsi, in cæteris libris explicandis conatus eram efficere, vt ne ij quidem qui græcarum litterarum rudes sunt, aditum sibi ad me audiendum peregrinitate sermonis occlusum esse quererentur, non obscuris tamen multorum sermonibus aures meæ quotidie verberabãtur, conquerentium, crebro illo vocũ græcarum interiectu retardari intelligentiam suam: planiora sibi multo, & expeditiora omnia fore, si latine dicerẽtur. horum igitur studio aliquid tribuendum esse duxi. deinde submolestum ipsi mihi nõnunquam erat, verum vt fatear, tantum quotidie operæ

Digitized by Google

peræ ac temporis in reddendis singulis vocibus ponere: vt mihi quoque satius videretur, semel illo labore defungi. Nã cum singulæ disputationes nostræ in vnius horæ curriculum concludantur, ex eoq; ipso aliquid sæpe multis occasionibus delibetur, ac detrahatur, adhibenda parcimonia est, videndumque omni studio, vt id saltem quod datur, quam possumus optime & vtilissime collocetur. Iam è tam breui tempore non multum potest tractãdis rebus relinqui, si aliquid ex eo singula verba decerpant. Præcipue autem hic liber propter mirificam quandam rerum ac sentẽtiarum subtilitatem postulare qnodammodo videbatur, vt, quò liberiores animi nostri totos se ad eas penitus cognoscendas darent, illa altera pars laboris & vobis, & mihi demeretur. Fuere & aliæ huius mei cosilij caussæ, quas nihil necesse habeo pluribus persequi. Dedi autem operam quantum quidem in me fuit, vt Aristotelis non sententiam modo exprimerẽ, sed genus ipsum dicẽdi, quoad liceret, imitarer. Nam cum suo quisq; modo, & loquatur, & scribat,

Digitized by Google

aliosq; angusta, pressa, concisa, alios ampla, copiosa, redundans delectet oratio: non satis probo consilium eorum, qui, cum Aristoteles siccitatem quandam tenuitatemque dicendi, contra Cicero copiam & vbertatem adamauerit, neque quidquã tam dissimile sit, quam eorum inter se dicendi genus, Aristotelem tamẽ interpretantes, quia se, quam possunt Ciceronis similimos esse cupiunt, quæ ab illo & breuiter, & sub obscure dicta sunt, ea huius more dilatant, atque diducunt. Sed suum cuiq;, vt dicitur. Ego an, quod volui, assecutus sim, nescio, aut potius id non assecutum esse me, scio: certe quidẽ, quod in hoc genere optimum est, id me secutum esse, ac propositum habuisse cõfido. Neque damno industriam eorum, qui aut ante me, aut post me (siquidem iam duodecim anni sunt, cum huius libri interpretatio mea primum edita est) in his rebus latine tractandis elaborarunt: quorum etiam quidam auxilio ad eam rem meo vsos esse se, non diffitentur. Neque tantum, vt ille dixit, posterior dies prioris discipulus est, sed etiam magister.

Multa

Digitized by Google

Multa aliter olim excipiebam, aliter hodie accipio: græcos etiam libros multo pluribus locis deprauatos esse video, quã tunc arbitrabar. Itaque necesse est, multa longe secus in eorum interpretationibus, quam in mea, legi. De quibus non intelligentes modo, sed etiam eos, qui sibi tales videntur, quorum omnis ætas magnam copiam extulit, iudicaturos esse prospicio. Horum ego neque alteros reiicio, neque alteros extimesco. est eiusdem ingenij, & eruditorum admonitiones amare, & indoctorum maledicta contemnere. Vbi, & cur à cæteris dissenserim, vos quidem quotidie ex me ipso, cæteri autem ex commentario, quem, cum primum licebit, edituri sumus intelligent. Romæ, Kal, Martij, Anno M. D. LXV.



Digitized by Google



ARISTOTELIS ETHICORVM AD NICOMACHVM

LIBER QVINCTVS

M. Antonio Mureto interprete.

CAPVT PRIMVM.

DE Iustitia autem & iniustitia quærendum est: tum cuiusmodi in actionibus sitæ sint, tum cuiusmodi mediocritas iustitia, & ius quarum rerum medium sit. In his autem rebus exquirendis eandem viam rationemq; teneamus, quam in superioribus secuti sumus. Videmus igitur omnes iustitiæ nomine eiusmodi quendam habitum significare velle, quo homines propensi sunt ad agenda quæ iusta sunt, quoque ea & agunt, & volunt. eodemq; modo iniustitiam dicere habitum quo res iniustas & agunt, & volunt. Quocirca nobis quoque principio posita sint hæc ad naturam vtriusque adumbrandam. neque enim eodem modo se res habet in scien-

Digitized by Google

ſcientiis facultatibuſq; & in habitibus: nam facultas quidem & ſcientia videtur eadem contrariorum eſſe: at non idem habitus contrariorum. exempli cauſſa, à bona valetudine ea tantum efficiuntur quæ ipſi conuenientia ſunt, non etiam quæ contraria. Dicimus enim valenter ambulare aliquem, cum ita ambulat, vt is qui bene valet. Sæpe igitur contrarij quidem habitus ex contrario, ſæpe etiam ipſorum habituum ex rebus quæ eis ſubiectæ ſunt cognitio capitur. Nam etſi bona corporis habitudo nota ſit, mala quoque nota ſit: & ex bene habitis corporibus bona corporis habitudo, ex ipſaque viciſſim bene habita corpora. Si enim bona habitudo eſt carnis ſoliditas: malam, eſſe carnis raritatem neceſſe eſt, & bene habitum id, quod habet vim efficiendæ ſoliditatis in carne. conſequitur autem plerumque, ſi altera pluribus modis dicantur, vt & altera quoque. Vt ſi iuſtum, etiam iniuſtum. Videtur autem multis modis dici iuſtitia & iniuſtitia. Sed quia propinqua eſt homonymia ipſarum, latet: neque ita, vt in iis, quæ longe diſtant, perſpicua eſt. magna enim eſt formæ diſſimilitudo, vt conſtat clein vocari homonymos & iugulum, & clauim. Sumptum igitur ac poſitum ſit, quot modis dicatur iniuſtus. Videtur autem iniuſtus eſſe, & is qui legi non paret, & is qui plus ſibi ſumit quam par eſt, neque conſeruat æqualitatem. Vnde conſtat iuſtum quoque fore tum eum qui legi obtemperat, tum eum qui conſeruat æqualitatem. Quare iuſtum quidem eſt tum id quod legè præſcribitur, tum id quod æquale eſt: iniuſtum autem tum id

Digitized by Google

quod aduersum legem committitur, tum quod inæquale est. Quando igitur iniustus pluris quam par est, auidus est, in bonis hæc ipsius affectio cernetur: non tamen in quibuslibet: sed in iis demum in quibus prospera aduersaque fortuna. quæ sunt illa quidem semper simpliciter, & absolute bona: sed huic aut illi non semper. Homines autem ea & optant, & persequuntur, at non ita oportet, sed optare quidem vt ea quæ simpliciter bona sunt, sibi quoque bona sint: sequi autem ea, quæ sibi bona sunt. At iniustus non semper id quod plus est sequitur, sed & id quod minus, in iis quæ simpliciter sunt mala. Verum quoniam videtur, & minus malum quodammodo bonum esse: pluris autem cupiditatem in bono dicimus, propterea videtur tum quoq; pluris cupidus esse. est autem iniquus (hoc enim complectitur, & commune est) & contra legem facit. Quando autem qui contra legem facit iniustus est, qui vero ei obtemperat iustus: perspicuum est, omnia legitima iusta quodammodo esse. nam & ea quæ à scientia legum ferendarum definita sunt, legitima sunt, & eorum vnum quodq; iustum esse dicimus. Leges autem omnibus de rebus publice loquuntur spectantes, aut id quod communiter omnibus vtile est, aut id quod optimatibus, iis ve qui principatum in ciuitate obtinent, seu propter virtutem, seu quo alio tali modo. Quare vno quidem modo iusta ea dicimus, quæ ad fœlicitatem eiusq; partes ciuili societati conficiendas ac conseruandas valent. Imperat autem lex, & ea facere quæ sunt fortis viri, vt non deserere ordinem, neq; fugere, neque abii-

Digitized by Google

abiicere arma; & quæ temperantis, vt non facere adulterium, neque alienæ pudicitiæ illudere; & quæ mansueti, vt non percutere, neque maledicere: itidemque in cæteris virtutibus ac vitiis illa quidem iubens, hæc autem prohibens: recte quidem ea quæ recte posita est, deterius autem ea quæ temere inconsiderateque lata. Hæc igitur iustitia est illa quidem perfecta virtus, non tamen simpliciter, sed ad alium relata. Ideoque sapissime iustitia virtutum præstantissima videtur; ac neque hesperus, neque lucifer ita admirabilis esse. Et in prouerbio est, Iustitia in sese virtutem amplectitur omnem. & eo maxime perfecta virtus, quoniam perfectæ virtutis vsus est. perfecta autem est, quoniam, qui ea præditus est, etiam in alium virtute vti potest, non tantum ipse secum. Multi enim suis quidem in rebus virtute vti queunt, in iis autem quæ ad alium pertinent, non queunt. & propterea recte à Biante dictum videtur, Magistratus virum patefaciet. nam qui magistratum gerit, alium iam spectat, & in vitæ communione versatur. Atque ob eam ipsam caussam iustitia vna ex virtutibus alienum esse bonum videtur; quoniam ad alium pertinet. ea enim agit, quæ alij vtilia sint, vt principi, aut communi. Ergo pessimus quidem ille est, qui improbitate, & in se ipsum, & in amicos; optimus autem, non qui in se ipsum, sed qui erga alium virtute vtitur. id enim difficile est. Hæc igitur iustitia non pars virtutis, sed tota virtus est: nec quæ ei aduersatur iniustitia, pars vitiositatis, sed tota vitiositas. Quid autem virtus, & hæc iustitia inter

Digitized by Google

se differant, constant ex iis quæ diximus. est enim eadem quidem, sed non eadem vtriusque ratio: nam qua ratione ad aliam pertinet, iustitia est; qua talis quidam habitus est, simpliciter virtus.

CAPVT II.

QVærimus autem eam iustitiam quæ pars virtutis est: est enim quædam, vt dicimus, itidemq; de iniustitia ea, quæ pars est vitiositatis. Esse autem, id argumento est, quod qui agit aliquid eorum quæ ad cætera vitia pertinent, iniuste ille quidem facit, sed nihil amplius consequitur. Vt is qui clypeum per ignauiam abiecit, aut asperitate ductus est ad maledicendum, aut illiberalitate, ne pecunia iuuaret alium, retardatus. cum autem plus aliquid consequitur, sæpe nullo tali vitio peccat, at ne omnibus quidem, & aliquo tamen. vituperamus enim eum: idque iniustitiæ nomine. Est igitur alia quædam iniustitia, vt pars quædam totius: & iniustum quoddam, pars illius totius iniusti, quo quidquid contra legem fit continetur. Præterea si duorum vnus quidem lucri causa cum aliena vxore rem habeat, & insuper aliquid mercedis accipiat; alter autem id faciat cum sumptu ac detrimento suo, vt cupiditatem expleat, hic quidem intemperans potius, quam pluris auidus, esse videatur; ille autem iniustus, sed non intemperans. constat autem id ex eo euenire, quod lucrum facit. Præterea omnia alia iniuste

facta

facta referimus semper ad aliquod vitium: vt si quis adulterium fecit, ad intemperãtiam; si eum qui sibi proximus erat in acie, deseruit, ad timiditatem; si percussit, ad iram. at si lucrum fecit, ad nullum vitium, præterquam ad iniustitiam. Vnde constat, præter totam illam iniustitiam, aliam quandam esse illius partem synonymam, quoniam vtriusque definitio in eodem genere est: ambarum enim vis est in quadam relatione ad alium. sed hæc quidem in honore, aut pecuniis, aut salute, aut si quo vno nomine possimus hæc omnia complecti, cernitur, & in ea voluptate quæ capitur ex lucro; illa vero in iis omnibus in quibus versatur vir bonus. Non vnam igitur esse iustitiam; & esse aliam quandam, præter eam quæ tota virtus est, constat. quæ autem ea, & cuiusmodi sit, intelligendum est. Duobus modis iniustum dici ostendimus: tum quidquid contra legem fit, tum quod ab æqualitate discedit: itemque iustum & quidquid ex lege fit, & quod æquale est. Cum igitur iniustum priori illo modo accipimus, tum ea de qua prius dictum est iniustitia exsistit. Quoniam autem ab æqualitate discedere, & contra legem facere non est idem: sed eorum alterum habet eam rationẽ, quam pars ad totum: (nam facit quidem contra legem quicumque, ab æqualitate discedit: sed non quicumq; contra legem facit, ab æqualitate discedit) fit etiam, vt iniustum, & iniustitia non eadem sint, sed alia ab illis; sintque hæc quidem vt partes; illa vero, vt tota. Pars enim est hæc iniustitia totius iniustitiæ: eodemque modo hæc iustitia illius iustitiæ. Quare de ea iustitia & in-

Digitized by Google

iustitia, quæ partium rationem obtinent, itemque de iusto & iniusto dicẽdum est. Ergo iustitia illa quidem, quæ per totam virtutem pertinet, & iniustitia, quarum illa omnis virtutis, hæc omnis vitij erga alium vsus est, omittatur. nam & quæ ex eis iusta iniustaq; sunt, quomodo definienda sint, constant. Fere enim pleraque eorum quæ præscribuntur legibus, sunt ea officia, quæ ex omni virtute ducuntur. Vnicuique enim virtuti conuenienter viuere iubet lex: vnum quodque otium sequi vetat. Totius autem virtutis efficientia sunt ea præcepta legum, quibus disciplina ciuium ea quæ rempublicam spectat, ad eamq; dirigitur, continetur. Sed de priuata cuiusque disciplina, qua quis simpliciter & absolute vir bonus est, vtrum ad ciuilem facultatem, an ad aliam quandam pertineat, posterius disputandum erit. Non enim fortasis idem est bonum virum esse, & bonum ciuem quocunq; in loco. Iustitiæ autem illius quæ virtutis est pars, & eius quod ex ea iustum dicitur, vnum quidem genus est, quod cernitur in distribuendo honore, aut pecunis, aliisue rebus quæ diuidi possunt inter eos qui eiusdem reipublicæ communione coniuncti sunt. In iis enim fieri potest, & vt alter altero plus minusue, & vt æquam vterque partem ferat. alterum quo negotia quæ inter se contrahunt homines diriguntur. Huius autem partes sunt duæ. Nam eorum quæ interse homines contrahunt, quædam sponte fiunt, quædam inuite. Sponte quidem, quæ talia sunt, vt venditio, emptio, mutuum, fideiussio, commodatum, depositum, locatio & conductio, Sponte autem fieri dicuntur, quo-

Digitized by Google

quoniam talium negotiorum principium, sponte instituitur. Eorum autem quæ fiunt inuite partim clamdestina sunt, vt furtum, adulterium, veneficium, lenocinium, serui alieni, circumuentio, aut corruptio, per insidias allata nex, falsum testimonium; partim violenta, vt verbera, vincula, mors, rapina, debilitatio, maledictum, contumelia,

CAPVT III.

QVando autem & iniustus inæqualis est, & iniustum inæquale, constat esse & medium aliquod inæqualis. id autem est æquale. Quacunq; enim in actione est plus & minus, est & æquale. Si igitur iniustum, inæquale est, iustum æquale esse oportet. quod & videtur omnibus, etiam si ratio, cur ita sit, non afferatur. Cum autem æquale medium sit, iustum quoq; medium quoddam erit. est autem æquale quod minimum sit, in duobus. quare necesse est, iustum, quod & medium, & æquale est, & ad aliquid referri, & aliquibus tale esse. Ac, qua quidem medium est, quorundam est, ea vero sunt plus, & minus: qua autem æquale est, in duobus cernitur: qua denique iustum, & quibusdam, & ad alios relatum. Necesse igitur est, iustum, quod minimum sit, in quattuor versari. Nam & quibus iustum est, duo sunt; & ea in quibus, duo. Eademque erit æqualitas, & iis quibus, & in iis quibus. vt enim altera inter se affecta sunt, sic & altera. Si enim æquales non sint, æqualia non habebunt. immo vero inde exsistunt pugnæ, & expostu-

Digitized by Google

expostulationes, cum aut qui æquales sunt, non æqualia, aut qui non æquales, æqualia ferunt, & ex distributione consequuntur. Præterea ex eo quod pro dignitate sit, idem aperte colligitur. Omnes enim fateantur in distributionibus, id quod iustum est, pro dignitate esse oportere. Ipsam tamen dignitatem non eadem in re omnes collocant. Sed ij quidem qui popularem statum reipublicæ probant, in libertate; qui paucorum potentiam, in diuitiis, aut in nobilitate; qui optimatum, in virtute. est igitur iustum analogum quiddam. analogum enim non tantum proprium est numeri monadici, sed omnino, numeri. analogia enim est æqualitas proportionum: idque quod minimum sit, in quattuor. ac diiunctam quidem in quattuor esse, manifesto apparet. sed & continens. vno enim vt duobus vtitur, & bis dicit. exempli caussa, vt prima ad secundam, sic secunda ad tertiam. bis igitur dicta est secunda. Itaque si bis ponatur secunda, quattuor erunt analoga. est autem, & iustum, quod minimum sit, in quatuor: & eadem ratio. distant enim similiter quibus & quæ. erit igitur, vt primum extremum ad secūdum, sic tertium ad quartum. & vicissim igitur, vt primum ad tertium, sic secundum ad quartum. Itaque, & totum ad totum, quod quidem distributio copulat. ac si quidem sic componantur, iuste copulat. copulatio igitur primi extremi cum tertio, & secundi cum quarto, est ius illud, quod in distributione versatur, ac medium. analogum enim medium est. ius autem analogum. Vocant autem mathematici talem analogian geometricam. in geometria enim euenit, vt

&

Digitized by Google

& totum ad totum eandem rationem habeat, quam vtraque pars ad alteram. Non est autem continens hæc analogia. non enim fieri hic potest, vt idem numero sit extremum, cui & quod. Ius igitur hoc analogum est: iniustum autem, quod non est analogum. est autem alterum plus, alterum minus. quod quidem euenit etiam in rebus ipsis. Nam qui iniuriam facit, plus boni consequitur; qui accepit, minus. in malo autem contra. nam minus malum, comparatum ad maius, boni rationem obtinet. est enim minus malum magis expetendum maiori. expetendum est autem bonum, & magis maius. Hoc igitur vnum iuris genus est.

CAPVT IV.

Reliquum est alterum, in corrigendo situm: cui locus est in iis, quæ homines inter se tum sponte tum inuiti contrahunt. Huius autem iuris alia quædam ratio est, quam superioris. Nam illud quod in rerum communium distributione positum est, semper retinet eam quam diximus analogian. Et enim si communis pecunia distribuenda sit, eadem proportio seruanda erit, quam inter se habent ea quæ à quoque illata sunt. & iniustum illud quod huic iuri aduersatur, est, quod non retinet proportionem. Hoc autem ius quod in contrahendis negotiis situm est, æquale quidem est quiddam, & iniustum, inæquale. non enim ad illam tamen analogiam, sed ad arithmeticam. nihil enim refert, vir bonus hominē nihili, an homo nihili virum bonum fraudauerit:

Digitized by Google

dauerit: neque adulterium fecerit vir bonus, an is, qui nulli rei est. Sed in ipsam tantum damni differentiam intuetur lex: vtiturque iis vt æqualibus: si ille quidem iniuriam facit, hic autem iniuria afficitur: & si ille quidem læsit, hic autem læsus est. Itaq; iniustum illud, cum inæquale sit, ad æqualitatem perducere conatur. si quidem, & cum hic percussus est, ille percussit, aut etiam interfecit, hic autem mortuus est, diuisa est perpessio, & actio in partes inæquales. at conatur eam damno ad æqualitatem perducere, de lucro detrahens. Dicitur enim proprie loquendo etiam in eiusmodi rebus (quamquam quibusdã satis proprium, & ad eam rem aptum nomen non videtur) lucrum, vt in eo qui percussit, & damnum in eo qui percussus est. sed tum demum cum dimensa est perpessio, vocatur alterum quidem damnum, alterum autem lucrum. Itaque pluris, & minoris æquale medium est. lucrum autem & damnum alterum plus est, alterum minus, contrarie. boni quidem plus, & mali minus, lucrum: contrarium autem, damnum. Inter quæ medium est æquale, quod iustum esse dicimus. Ergo ius quidem id quod corrigendi vim habet, medium est inter damnum, & lucrum. quocirca cum aliqua de re ambigunt, ac controuersantur, ad iudicem confugiunt. Ire autem ad iudicem est, ad ius ipsum ire. Iudex enim, si hoc nomen tueri, ac sustinere vult, est quasi ius animatum. & quærunt iudicem medium. ac vocant eos nonnulli medianos. vt, si medium assequantur, ius suum assecuturi. Ius igitur medium quiddam est: si quidem, & iudex. Iudex autem exæquat:

Digitized by Google

quat: & vt, si linea in partes inæquales diuisa sit, quo maior pars dimidiam superat, id aufert, & addit ad minorem partem. cum autem bifariam diuisum est totum, tunc aiunt se suum habere, cum æquas partes acceperunt. æquale autem medium est maioris & minoris ad analogiam arithmeticam. atque ob id ius à græcis dicitur dicaon, quoniam est, dicha, id est duas in partes æquales diuisum. vt si quis dicat dichaon, & ab iisdem iudex vocatur dicastes quasi dichastes. Si enim duorum æqualium ab altero ablatum aliquid sit, & additum ad alterum, fit vt duobus tantis maius fit alterum. si enim detractum modo esset, non autem additum, vno tantum maius esset: medio igitur maius est, vno, & medium eo à quo ablatum est, vno. hæc igitur nobis nota erit ad cognoscendum, quid tum auferre oporteat ab eo, qui plus habet, tum addere ei qui minus. quo enim quis mediũ superat, hoc addere oportet ei qui minus habet: quo autem medium superatur, id auferendum à maximo. Sint tres lineæ inter se æquales A A B B C C. ex linea A A detrahatur pars A E, & addatur ad C C, sitque C D. Ita tota linea D C C lineam E A superat parte C D & parte C F. ergo, & lineam B B parte C D.

a	e	a	
b		b	
c	f	c	d

TRALATA *autem sunt hæc nomina damnum, & lucrum ex eo quod sponte contrahitur. nam habere plus suo, lucrum facere dicitur.*

Digitized by Google

tur. minus autem quam principio, damno affici, vt in venditione, & emptione, aliisque quæ per legem fieri possunt, quod si neque plus neq; minus, sed ipsa ex se ipsis effecta sint, sua se habere aiunt, ac neque damnum, neq; lucrum facere. Itaq; lucri cuiusdam, & damni medium est ius in iis, quæ non sponte contrahuntur: quod tantundem habeat vterq; contrahentium posterius, quantum prius habuerat.

CAPVT V.

Videtur autem quibusdam antipeponthos, id est talio, siue reciproca quædam perpessio, ius esse simpliciter, & absolute, vt Pythagorei dixerunt: definiebant enim, simpliciter ius talionem. talio autem neque ad id ius, quod in distribuendo, neq; ad id, quod in corrigendo situm est, accommodari potest. quanquam volunt Rhadamanthyos quoque id ius fuisse, Tum fuerit lex recta, ferat si quisque quod egit. multis enim locis consonum non est. Vt si quis magistratum habens percussit alium, non oportet eum vicissim percuti. & si quis magistratum percussit, non percuti modo eum oportet, sed & puniri. Præterea multum interest id, quod sponte fit, & quod inuite. sed in communitatibus rerum vltro citroque permutandarum id ius, quod talio dicitur, continet societatem analogia, non autem æqualitate. Factis enim proportione reciprocis manet coniunctio ciuitatis. Aut enim quærunt, quod sibi mali factum est reponere: sin minus, seruitus esse videtur: aut quod boni: sin minus,

Digitized by Google

minus, tollitur officiorum vicissitudo. officiorum autem vicissitudine fit, vt vna maneant. quo circa, & Gratiarum templum in propatulo statuunt, vt fit remuneratio. Id enim gratiæ proprium est. vicissim enim officio aliquo demereri oportet eum qui gratificatus est, & ipsum denuo aliud gratificandi principium facere. efficit autem remunerationem analogiæ consentaneam coniunctio per diametrum. verbi caussa sit architectus vbi A, sutor vbi B, domus vbi C, calceus vbi D.

a	*b*
Architectus	*Sutor*
c	*d*
domus	*calceus*

PORTET *igitur architectum a sutore opus illius accipere, & vicissim ei suum dare. Ergo si primum exæquata fuerint hæc ad analogiam, deinde fiat antipeponthos, id est mutua acceptio, erit quod dicitur: sin minus, non æquum est, neq; consistere potest. nihil enim prohibet præstantius esse vnius opus opere alterius: oportet igitur hæc exæquari. hoc autem locum habet etiam in aliis artibus. tollantur enim funditus, nisi & is qui facit, faciat tantum & tale, & is qui accipit, accipiat hoc, & tantum, & tale. non enim ex duobus medicis constat societas, sed ex medico & agricola, omninoque aliis, & non æqualibus. sed eos exæquari oportet. quare oportet omnia, quorum permutatio est, quodammodo comparabilia esse, cuius rei causa nummus in vsum venit: qui quodammodo mensura*

Digitized by Google

efficitur omnium rerum. omnia enim metitur. Ergo, & quanto quæque res pluris minorisúe sit: & quot calcei domũ, aut alimentum adæquent. Oportet igitur quam rationem habet architectus ad sutorem, tot calceos cum domo aut alimento comparari. nisi enim id fiat, non erit permutatio, neque communitas. id autem non erit, nisi quodammodo æqualia sint. quare oportet vnam aliquam esse communem omnium rerum mensuram, vt prius dictum est. ea autem est reuera quidem indigentia, quæ omnia continet: si enim nullius rei indigeant: aut non similiter, aut non erit permutatio, aut non eadem. Successit autem nummus quasi compacto in indigentiæ locum: ob idq; vocatur nomisma, quod non natura, sed nomo, id est lege, valet, & in nobis est mutare eum, atque inutilem efficere. erit autem mutua illa acceptio, cum exæquata erunt omnia, vt quam rationem habet agricola ad sutorem, eandem habeat opus sutoris ad opus agricolæ. In figuram autem analogiæ ducendi sunt, cum permutaturi erunt. alioqui alterum extremum vtramq; exsuperantiam habebit. sed cum sua habent, sic tamen sunt æquales, & ad communitatem apti: quoniam hæc æqualitas in ipsis effici potest.

agricola	*sutor*
a	*b*
alimentum	*opus sutoris adæquatum cum*
c	*d* (*alimento*

Velata autem hac accipiendi vicissitudine, tolleretur vitæ communio. Indigentia autem contineri societatem hominum, ac si

vnum

vnum quiddam sit, ex eo intelligi potest, quod cum aut vterque, aut alter altero non indiget, non permutant: vt cum eius, quod quis habet, alter indiget, verbi caussa, vini, exportandi frumenti sit potestas. hoc igitur exaquari oportet. In permutationē autem futuram si nunc non indiget, fore eam, si indiguerit, nobis quasi sponsor est nummus. Oportet enim, hunc ferenti, licere id quo eget accipere. Idem autem accidit etiam nummo. neque enim semper tantundem valet. stabilior tamen videtur esse. Quare oportet esse omnibus rebus pretia constituta. Ita enim semper erit permutatio, & quæ eam consequitur, communicatio. Nummus igitur symmetra omnia efficiens, adæquat. Neque enim communicatio sine permutatione, neque permutatio sine æqualitate, neque æqualitas, sine symmetria esse potest. Reuera igitur ea, quæ tantopere distant, symmetra fieri non queunt, sed quantum ad vsum satis est, queunt. Vnum igitur aliquid esse oportet, idq; hominum instituto, vnde, & nomisma vocatur. Id enim omnia efficit symmetra, cum omnia metiatur. Sit domus pretium quinque minæ: lecti autem mina vna: lectus igitur ipsius domus quincta pars erit. Quare constat, quot lecti domum exæquent: nempe quinque. Hanc autem ante nummi vsum fuisse rationem permutandi, perspicuum est. nihil interest enim, dentur ne lecti quinque pro vna domo, an quanti sunt lecti quinque. Quid igitur iustum iniustumque sit, & mutua illa perpessio, quæ antipeponthos dicitur, quemadmodum ad iustum affecta sit, dictum est. His autem definitis, constat iustam actionem faciendæ &

Digitized by Google

accipiendæ iniuriæ mediam esse. alterum enim est plus habere, alterum minus. Iustitia autem mediocritas est, non eodem modo, quo virtutes illæ, de quibus antea disputauimus, sed quia medij est. iniustitia autem extremorum. Et iustitia quidem est habitus, ex quo dicitur propensus ad consulto agendum id quod iustum est, & ad ius tribuendum tum sibi, si cum altero contrahat, tum alteri cum altero contrahenti, non ita, vt sibi plus eius quod expetendum est, minus autem alteri, & eius quod noxium est, contra, sed & sibi, & alii id quod ad analogiam æquum est. Contra iniustitia ad id quod iniustum est. Id autem est nimium, & parum commodi & damni non seruata proportione. Itaque iniustitia est nimium & parum: quia est & eius quod nimium est, & eius quod parum. In sua quidem caussa nimium sibi tribuens eius, quod simpliciter vtile est, eius quod noxium est, parum. in aliorum autem negotio, generaliter quidem, eodem modo: discedit autem à proportione nunc in hanc, nunc in illam partem. Iniuriæ autem minus extremũ est iniuriam accipere: maius iniuriam facere. De iustitia igitur & iniustitia, quæ vtriusque natura sit, item que de iusto & iniusto, hoc modo à nobis vniuerse disputatum sit.

CAPVT VI.

QVando autem fieri potest, vt quis iniustum quidam faciat, neq; dum tamen iniustus sit, quæ nam sunt illæ iniustæ actiones, quas qui suscipit, iam iniustus

Digitized by Google

ſtus eſt in vno quoq; iniuſtitiæ genere, vt fur, aut adulter, aut latro? an ſic quidem nihil intererit * *nam & fieri poteſt, vt quis cum muliere aliqua rem habeat, ſciens quænam ea ſit, neque tamen à ſuſcepto ſic agendi conſilio, ſed à libidinis motu actio illa tanquam à principio fluxerit. Ille igitur facit quidem iniuſtum quiddam, neque tamen iniuſtus eſt: vt neque fur, & ſi furatus eſt: neque adulter, & ſi adulterium fecit, eodemque modo in ceteris. non eſt autem ignorãdum, totam hanc quæſtionem eſſe de eo iure quod ſimpliciter ius eſt, id eſt de iure ciuili. id autem eſt inter eos qui vitæ ſocietatem inierunt, ne qua re ad viuendum neceſſaria egerent, liberi & æquales, aut ad analogiam, aut ad numerum. Itaque quibus hoc non eſt, eis inter ſe non eſt ius ciuile: ſed ius quoddam & tantum ex quadam ſimilitudine ita vocatum. eſt enim ius inter eos quos inter etiam lex. lex autem inter eos in quibus iniuſtitiæ locus eſt. iudicium enim iuſti & iniuſti diſceptatio eſt. In quos autem cadit iniuſtitia, ij etiam iniuſte facere poſſunt. Id autem eſt plus ſibi tribuere eorum quæ ſimpliciter bona ſunt, minus eorum quæ ſimpliciter mala. Quare non hominem imperare ſinimus, ſed rationem. quoniam ſibi ipſi id facit, & efficitur tyrannus. eſt autem magiſtratus cuſtos iuris. quod ſi iuris, & æqualitatis. Quoniam autem nihil ex eo videtur amplius conſequi, ſi quidem iuſtus eſt: neque enim plus ſibi tribuit eius quod ſimpliciter bonum eſt, niſi ſibi proportione debeatur, ideo alij laborat. ac propter eam cauſſam aiunt iuſtitiam alienum bonum eſſe: vt & antedictum eſt. Danda*

Digitized by Google

igitur ei aliqua merces. ea vero honor est & decus. Quicunque autem iis contenti non sunt, hi tyranni fiunt. Ius autem domini in seruos, & patris in liberos non idem est atque hæc, sed simile. neque enim proprie dicitur iniustitia in ea quæ sua cuiusque sunt. Mancipium autem & filius vsque eo dum adoleuerit, seiunctusque sit, tanquam pars patris est. iam nemo est qui lædere se consulto velit, quare nullius in se ipsum iustitia est. ergo ne iniuria quidem, neque ius ciuile. lege enim constat, & in iis est qui eam naturã habent, vt inter ipsos communis lex esse possit. Eos autem esse dicebamus quibus est inter ipsos imperandi & parendi æqualitas. Quare magis cum vxore, quam cum liberis & cum seruis, est iuris communitas. Id enim est ius œconomicum: quod tamen ipsum quoque aliud est à ciuili.

CAPVT VII.

Ciuile autem ius partim naturale est, partim legitimum. Naturale quidem quod vbicunq; terrarum idem valet. non quod ita statutum sit aut secus. legitimum autem, quod à principio quidem nihil interest sic fiant an secus: vbi autem constitutum fuerit, interest. vt mina redimi captiuos, aut capram Ioui immolare non oues, & quæ præterea de singulis rebus lege sanciunt. vt Brasidæ sacra facere, & quæcunq; populi suffragiis scita sunt. Videntur autem quibusdam omnia talia esse. quia quod naturale est, immobile est, & quocumque in loco eandem vim habet, vt ignis vrit & hic & apud Persas.

iura

Digitized by Google

iura autem mutari vident. neque tamen omnino id ita se habet: sed aliqua tantum ex parte. quanquam apud Deos quidem fortasis nulla ex parte ita se habet, apud nos autem est quidem aliquid naturale mobile, non tamẽ omne, sed nihilo minus aliud natura valet, aliud non natura. Quod autem eorum, quæ aliter habere se possunt, naturale sit, quodq; non natura, sed lege & consensu hominum valeat, etiam si vtraq; peræque mutabilia sint, constat. eademq; distinctio etiam ad alias res accommodari poterit. Natura enim dextra manus fortior est: etsi euenire potest vt omnes homines æque vtraque manu vtantur. Ea autem iura quæ ex consensu, & vtilitate nata sunt, similia sunt mensuris. non enim omnibus in locis æquales sunt vini frumentiq; mensuræ: sed vbi quidem emũt, maiores: vbi autem vendunt, minores. Eodem modo quæ iura non naturalia sed humana sunt, non quocumq; in loco sunt eadem. quando ne reipublicæ quidem status. etsi vnus tantum est omnibus in locis natura optimus. Vnumquodque autem ius, & vnumquodque legitimum eandem rationem habet, quam vniuersum ad singula. nam ea quidem quæ aguntur multa sunt. illorum autem vnumquodq; vnum, vniuersum enim est. Differunt autem iniuria & iniustum: itidemq; dicæoma, id est, iuste factum & iustum. nam iniustum quidem est aut natura, aut lege. id autem ipsum post quam factum est, iniuria est. prius autem quam fiat, nondum, sed iniustum. Similiter etiam dicæoma. sed tamen commune nomen quo quidquid iuste factum est vocatur, est potius dicæopragema; dicæo-

Digitized by Google

ma autem proprie est correctio iniuriæ. Horum autem singula quas quotq; species habeant, & cuiusmodi versentur in rebus, posterius quærendum erit.

CAPVT VIII.

CVm iusta iniustaque sint ea quæ diximus, tum demum quis iniuste agit, & iuste, cum ea sponte facit. at cum inuitus, neq; iniuste neq; iuste facit, nisi casu & ex consecutione quadam. ea enim agunt, quibus vt iusta iniustáue sint, accidit. iniuriam autem & iuste factum id demum esse definiuimus, quod sponte fit. si enim sponte factum sit, tunc demum vituperatur, simulq; iniuria est. Quare erit quidem aliquid iniustum, neq; tamen iniuria: nisi illud quoq; adsit, vt sponte fiat. Sponte autem fieri dico, vt supra dictum est, quod quis eorum quæ in sua potestate sita sunt, agit, sciens, neque ignorans, neq; quem, neq; quo quasi instrumento, neq; cuius rei caussa: vt quem verberet, & quo, & quam ob caussam. atq; eorum quodq; non ex consecutione quadam, neq; per vim. vt si quis apprehensa alicuius manu alium verberet, is, cuius est manus, non agit sponte. neq; enim in ipso situm est. Fieri autem potest, vt pater sit is qui percutitur: qui autem percutit, sciat quidem hominem esse, aut esse aliquem eorum qui adsunt, sed patrem esse nesciat. eademq; distinctio adhibita intelligatur, & in fine ad quem dirigitur actio, & in tota deniq; actione. Quod igitur ignoratur, aut non ignoratur quidem, sed in ipso situm non est, imo per vim fit, inuite fit. Multa enim

Digitized by Google

enim eorum etiam quæ natura fert, scientes & agimus & patimur, quorum nihil neque sponte nostra, neque nobis inuitis fieri dicendum est: qualia sunt senescere, aut mori. Vt autem iniusta, ita iusta quoque multa sunt non proprie ac per se, sed ex quadam tantum consecutione. Nam & si quis inuitus ac metu depositum reddat, neque iustum facere dicendus est, nisi ex euentu: & eodem modo is qui necessitate subactus atque inuitus depositum non reddit, ex euentu tantum dicendus est iniuriam inferre, & iniustum facere. Eorum autem quæ sponte fiunt, partim capto prius consilio facimus; partim non capto. ac capto quidem consilio ea, de quibus prius deliberauimus; non capto autem, cum deliberatio nulla antecessit. Cum igitur trium generum sint ea damna, quæ in societatibus inferuntur: ea quidem, quæ cum ignorantia coniuncta sunt vocamus errata: cum quis neque scit quem, neque quo instrumento, neque cuius gratia se quid facere putabat, id euenit, sed quod non putasset. exempli caussa, non vt vulneraret, sed vt pungeret: aut non illum, aut non illo modo. Cum igitur præter opinionem damnum illatum est, infortunium est: cum autem non præter opinionem quidem, sed tamen sine malitia, erratum. aberrat enim, cum in ipso est principium caussæ. infortunatus autem est, cum extra. Cum autem sciens quidem, sed nulla antegressa deliberatione, iniuria est. vt quæcumque per iram aliosque omnes animi motus necessarios, aut naturales eueniunt hominibus. Nam qui eis impulsi lædunt alium, ac peccant, iniuriam illi

Digitized by Google

quidem faciunt: sunt q̃ talia facta iniuriæ, nondum tamen propterea iniusti, neq̃ improbi sunt. neq̃ enim damnum est per improbitatem datum. Qui autem capto consilio lædit, iniustus est, & improbus. Quocirca bene quæ per iram facta sunt non iudicantur facta cõsulto. non enim prior lædit, qui per iram facit, sed qui irascendi causam dedit. Præterea vero ne ambigitur quidem factum sit nec ne sit, sed an iure factum. Ira enim opinione iniustitiæ commouetur. Neq̃ in iis quæ per iram facta sunt in controuersiam venit, factum sit nec ne: vt in contractibus, vbi necesse est alterum improbum esse, nisi obliti id faciant: sed cum de facto inter ipsos conueniat, de iure tota contentio est. At qui consulto, & cogitato aliquid fecit, non ignorat. Quod si quis capto consilio alium lædat, iniuriam facit. & qui tales iniurias facit, iniustus iam est: cum aut ab analogia discedit, aut ab æqualitate. Itidemq̃ iustus est, qui capto ita agendi consilio id quod iustum est facit. Vt autem iustum aliquid facere dicatur, satis est si sponte faciat. Iam eorum quæ inuite fiunt, quædam venia digna sunt, quædam non sunt. Nam quæcunque non inscientes tantum, sed etiam per inscientiam peccant homines, ignoscenda sunt: quæ autem non per inscientiam, sed inscientes quidem, per aliquam tamen affectionem animi, neque naturalem, neque humanam, ignoscenda non sunt.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT IX.

QVod si satis iam distincte à nobis accipienda inferendaq; iniuria disputatum est, dubitare posset aliquis, primum quidem, sitne ita vt dixit Euripides, cuius illud est sane admirabile, & abhorrens ab opinione communi:

Genitricem vt interfecerim, breui eloquar.
Sponte [illegible] iusq;, aut ipsius, sed non mea.

VTRVM enim reuera fieri potest, vt quis suapte sponte accipiat iniuriam, an non potest? sed vt quisquis iniuriam facit, sponte facit, ita quicumque accipit, inuitus accipit? & numquid, vt omnis iniuria sponte fit, ita de accipienda iniuria vniuerse alterutrum dicere possumus, aut omnem sponte accipi, aut omnem ab inuitis: an quædam sponte accipiuntur, quædam ab inuitis? eademque dubitari possunt de ratione obtinendi iuris sui. Nam quisquis agit iuste, sponte agit. quare consentaneum est, eorum, quæ vtrique opponuntur, similem esse rationem: vt aut & sponte accipiant iniuriam homines, & sponte ius suum obtineant, aut vtrumque inuiti. Sed illud admirabile videri potest, si quisquis ius suum obtinet, sponte illud obtinere dicatur. sunt enim quibus ius suum non sane sua sponte tribuitur. Nam id quoque dubium esse alicui possit, vtrum quisquis iniusti aliquid perfert, ei fiat iniuria: an vt in agendo, sic in perpetiendo quoq; se res habeat. In vtroq; enim potest aliquis

ex

Digitized by Google

ex euentu tantum quodam iusti particeps esse. similisq; iniusti ratio est. neque enim idem est, iniustum aliquid facere, & iniuriam facere; neque iniustum aliquid perpeti, & iniuriam accipere. idemque dicendum est de ratione iusti agendi, & obtinendi ius suum. Fieri enim non potest vt quis afficiatur iniuria, nisi sit qui iniuriam faciat; neque vt quis ius suum obtineat, nisi sit qui iuste agat. Quod si iniuriam facere nihil aliud est, quam sponte aliquem lædere: sponte autem ladit, qui scit, & quem, & quo, & quomodo: incontinens autem sponte ipse se lædit: sequitur, vt & sponte accipiat iniuriam, & vt quis ipse sibi iniuriam facere possit. est autem hoc quoque vnum ex iis quæ in quæstionem vocari solent, fieri ne possit, vt quis ipse se iniuria afficiat. præterea potest quis suapte sponte propter incontinentiam suam ab alio ladi, qui sponte eum lædat: vt sponte iniuriam accipere posse videatur. An vero recta non est ea, quam supra posuimus, definitio: sed ad illa, lædere ita, vt scias, & quem, & quo, & quomodo: addendum præterea est, præter eius qui læditur voluntatem? læditur ergo aliquis, & iniustum aliquid perfert suapte sponte: sed sua sponte iniuriam accipit nemo. nemo enim id vult, ne incontinens quidem: sed præter voluntatem suam agit. neque enim vult quisquam, quod bonum esse non censet. at incontinens id agit, quod agere non oportere iudicat. Qui autem sua dat; vt Homerus ait Glaucum dedisse Diomedi aurea pro æreis, quæque centum bobus æstimarentur, pro iis, quæ nouem, ei nulla fit iniuria. In ipsius enim arbitrio est dare, iniuria

Digitized by Google

ria autem affici non in ipso est, sed esse oportet qui iniuriam faciat. iniuriam igitur sponte quidem non accipi constat. Restant duo explicanda ex iis, quæ proposuimus: Vter tandem iniuriam faciat, iu ne qui præter dignitatem plus tribuit, an qui plus habet: & possitne quis sibimetipsi iniuriam facere. nam si illud est, quod priore loco diximus, facitque iniuriam, non qui plus habet, sed qui tribuit: sequitur, vt si quis sciens, & sponte plus alteri, quam sibi tribuat, iniuriam ipse faciat sibi, quod quidem moderati homines facere videntur. etenim vir bonus facile de suo iure decedit. An ne hoc quidem simplex est? fieri enim non potest, vt alterius boni plus consequatur, vt gloriæ, aut eius, quod simpliciter honestum est. Præterea dissoluitur hoc ea, quam tradidimus, faciendæ iniuriæ definitione. nihil enim patitur præter suam voluntatem. Quare iniuria non afficitur propterea: sed, si forte, læditur solum. Constat autem fieri iniuriam ab eo qui distribuit, non semper ab eo, qui plus habet. neq; enim, vt cuiq; inest, quod iniustum est, iu iniuriam facit: sed in quo inest sponte id facere: id est, vnde est actionis principium, quod quidem est in eo, qui distribuit, non in eo qui accipit. Præterea quando facere multis modis dicitur: & quodammodo etiam inanima interficiunt, & manus, & seruus eius qui mandauit: hæc iniuriam quidem non faciunt, etiam si res iniustas faciant. Præterea si quis ignorans iudicauit, non facit iniuriam, quod ad ius legitimum attinet, neq; iniustum iudicium est: sed tamen quodammodo iniustum. Aliud enim est ius legitimum,

Digitized by Google

timum, aliud primum. at si sciens iudicauit iniuste, plus ipse quoque consequitur, dum aut amico gratificatur, aut inimicum vlciscitur. Vt igitur, si quis partem ferret eius, quod iniuste tribuit, ita is quoque, qui ea in iudicando secutus est plus habet. Nam, & in illis, qui agrum adiudicauit, non agrum, sed pecuniam accepit. Homines autem in sua potestate positum esse putant iniuste agere: quocirca, & facile esse, iustum esse. id autem secus est. Nam facile quidem est, & in ipsis situm, cum vxore vicini rem habere, & percutere alterum, & manu pecuniam dare: sed certo quodammodo affectos hæc facere, neque facile est, neque in ipsis situm. Eodem quoque modo nullam magnam sapientiam putant esse, nosse quæ iusta, quæque iniusta sint: quia ea, de quibus loquuntur leges, intelligere difficile non est. At ea iusta non sunt nisi ex consecutione: sed ita demum iusta, si certo quodam modo fiant, & certo quodam modo tribuantur. Id autem operosius est, quam quæ salubria sunt nosse. Nam illic quoque mel, & vinum, & elleborum, & vstionem, & sectionem facile est nosse: at nosse quomodo hæc ad sanitatem adhibenda sint, & cui, & quando, ita difficile est, vt medicum esse. Ob id autem ipsum etiam iusti hominis esse existimant nihilominus iniuste agere. quoniam nihilominus, ac magis etiam, potest iustus eorum vnumquodque facere. nam & rem habere cum muliere, & percutere. & vir fortis clypeum abiicere, & in fugam versus vtramlibet in partem currere. At timide agere, & iniusta agere,

non

Digitized by Google

non hæc facere est, nisi ex consecutione: sed ea facere certo quodam modo affectum. Vt medicare & sanare, non aut secare, aut non secare, aut medicamenta adhibere, aut non adhibere est, sed certo quodam modo ea facere. In iis autem iura locum habent, qui participes esse possunt eorum quæ simpliciter bona sunt, quique præterea eorum & plus minus, quam sat est, consequi possunt. Nam aliis quidem nimium tribui non potest, vt fortasse diis: aliis autem nulla eorum particula vtilis est, vt insanabilibus, & malis: immo eis obsunt omnia. aliis autem vsque ad aliquem modum. idque humanum est.

CAPVT X.

SEquitur vt de æquitate, & de æquo bono, quam rationem æquitas ad iustitiam, quam æquum bonum ad ius habeat, disseramus. Iudicientibus enim neque idem omnino, neque aliud genere videtur. Atque interdum quidem id quod æquum bonum est, & eiusmodi hominem laudamus. Itaque Græci nomen epiices, quod nos æquum bonum dicimus, etiam ad alia quæ laudant transferunt, & epiices vocant quod bonum est, & nomine epiicesteron significant aliquid melius esse. Interdum autem rationem sequentibus mirum, atque absurdum videtur, si æquum bonum, cum sit quiddam diuersum à iure, laudabile est. aut enim ius non est, aut epiices non est bonum, si aliud est:

Digitized by Google

est: aut si vtrumq; bonum est, idem est. Hæc igitur fere sunt, quæ de æquo bono dubitari solent. Quæ omnia quodammodo vere dicuntur, neq; inter se dissident. Nam & æquum bonum ita quodam iure melius est, vt ipsum quoq; ius sit: neq; ita est iure melius, vt sit aliud quoddam genus. Idem igitur & ius est, & æquum. Cumq; ambo sint bona, melius est æquum bonum. Inde autem oritur dubitatio, quod æquum bonum, ius quidem est; non tamen ius legitimum, sed legitimi iuris correctio. Cuius rei hæc caussa est, quod lex omnis generalis est. Quibusdam autem de rebus vniuerse, & generaliter recte præcipi non potest. Quibus igitur in rebus generaliter loqui necesse est: id autem recte fieri non potest, accipit lex id, quod plerumq; fit, non illa quidem peccati nescia, ac nihilominus recta est. culpa enim non in lege, neq; in legislatore, sed in ipsa rei natura est. Iam enim talis est rerum agendarum materia. Cum igitur lex quidem vniuerse loquitur, accidit autem postea aliquid præter generale illud, tunc rectum est, qua parte prætermisit aliquid legislator, atq; aberrauit, vniuerse locutus, corrigere quod omissum est: quod & legislator ipse diceret si præsens adesset, & si sciuisset, lege cauisset. Quare ius quidem est, & iure aliquo melius. non tamen iure simpliciter. sed eo peccato quod ex generali sermone natum est. Atq; hæc est natura æqui boni, correctio legis, qua parte manca est, quia generaliter loquitur. Nam hæc caussa est cur non omnia legibus comprehensa sint: quod de quibusdam lex ferri non potest. Quocirca psephismate opus est. Intermi-

Digitized by Google

terminatæ enim rei interminata est & regula: vt & ædificationis Lesbiæ regula plumbea. nam transfertur, & inflectitur ad figuram lapidis, neque eadem manet: quomodo & psephisma ad ea quæ aguntur. Quid igitur sit æquum bonum, & quid ius, & quo iure melius, constat. Ex quo perspicuum etiam est, quis sit vir æquus & bonus, qui enim talia consulto sectatur, agitque, neque summum ius in deteriorem partem sequitur, sed de suo concedit, tamen etsi lex à se facit, æquus est: & habitus ille æquitas, quæ iustitia quædam est, non alius aliquis habitus.

CAPVT XI.

ECquid autem sibimetipsi aliquis iniuriam facere possit, necne possit, ex iis, quæ diximus, cõstat. Nam eorum, quæ iusta sunt, partim quidem omni virtuti conuenientia legibus constituta sunt. exempli caussa, lex non iubet, quemquam sibi mortem consciscere; quæ autem non iubet, vetat. Præterea cum quis cui contra legem nocet, neq; vicissim nocet, & sponte nocet, iniuriã ei facit, sponte autem, qui scit, & cui, & quomodo. At qui se per iram interficit, sponte id facit, contra rectam legem, quod lex non finit. iniuriam igitur facit. at cui? an non sibi, sed ciuitati? sponte enim patitur. iniuria autem sponte afficitur nemo. Quare etiam eum ciuitas multat: & ignominia quædam inuritur ei, qui sibi necem consciuit: vt qui ciuitatem iniuria affecerit. Præterea qua ratione iniustus est is tantum, qui iniuriam

Digitized by Google

facit, non qui omnino vitiosus est, fieri non potest, vt se quis iniuria afficiat. est enim hoc aliud ab illo iniustitiæ genus: quo qui iniustus est, ita vitiosus est, vt ignauus: non vt qui omni vitio contaminatus est. Ne in hoc quidem igitur genere iniuriam facit. sequeretur enim, vt idem eidem simul & detrahi, & adiici posset. quod fieri nequit. sed semper in pluribus esse iustum, & iniustum necesse est. Præterea vt quis iniuriam facere dicatur, & sponte faciat oportet, & capto consilio, & prior. qui enim, quod sibi factum est, idem vicissim facit, iniuriam facere non videtur. at qui ipse se lædit, eadem simul & patitur, & facit. Deinde sequeretur fieri posse, vt quis suapte sponte acciperet iniuriam. Accedit, quod nemo iniuriã facit, quin certam aliquam iniuriam faciat. at nemo cum vxore sua adulterium facit, nemo parietem suum perfodit, nemo sua furatur. Denique dissoluitur hoc, sibi quenquam iniuriam facere, iis quæ iam definita & constituta sunt de eo, possit ne quis sua sponte iniuriam accipere. Constat autem, vtrumq; malum esse, & accipere iniuriam, & facere. alterum enim est minus, alterum plus medio habere: quod quidem est, vt in medicina salubre, in arte exercendorum corporum bene habitum. Sed tamen peius est iniuriam facere. est enim cum improbitate cõiunctum, & vituperandum, & aut cum improbitate absoluta, & proprie dicta, aut ei finitima. Non enim quidquid spõte fit cum iniustitia coniunctum est. at accipere iniuriam, sine improbitate, & sine iniustitia est. Quare per se quidem minus malum est iniuria affici: ex consecutione autem nihil prohibet,

quin

Digitized by Google

quin sit maius malum, sed de hoc ars non laborat: quin immo lateris dolorem maiorem morbum esse dicit, pedis offensione. Etsi contra interdum euenire potest ex consecutione: si eueniat, vt is qui alicubi offendit, propterea quod ceciderit, capiatur ab hostibus, & moriatur. Tralatione autem quadam, & similitudine est ius quoddã non quidem alicui erga se ipsum, sed partibus quibusdam ipsius inter se. neq; vero quodlibet ius: sed quale est quo dominus in seruum, aut paterfamilias in familiam suam vtitur. His enim rationibus distat ea pars animi quæ ratione prædita est, ab ea quæ caret. quæ intuentibus videtur esse aliqua iniustitia erga se ipsum. quod in iis fieri potest, vt aliquid alienum ab appetitionibus suis perferat. Vt igitur imperanti, & parenti, sic his quoq; ius inter se quoddam est. De iustitia igitur, cæterisq; virtutibus moralibus hoc modo explicatum sit.

Digitized by Google

M. ANT. MVRETI IN QVINCTVM LIBRVM ETHICORVM ARISTOTELIS COMMENTARIVS.

De Iustitia autem, & iniustitia] Cum contraria, qua ratione contraria sunt, inter se conferantur, eorum autem, quorum vis, & natura in contentione, ac comparatione ad alterum sita est, vnum sine altero definite cognosci non queat, ita vt vtrunque, aut neutrum ignorari oporteat, necessario fit, vt omnibus in rebus contrariorum tractatio, & cognitio ad eundem artifitem pertineat. Sic paris, & imparis cognitio arithmeticorum est, recti, & curui geometrarum, sic quid consonum, quid dissonum sit, musicus, quid salubre, quid insalubre, medicus iudicat: sic denique hæc nostra philosophia, & eius alumna Iurisprudentia non iusti modo, sed etiam iniusti cognitionem complecti se se, ac tradere profitetur. Hæc causa est cur, & Aristoteles de iustitia, & iniustitia quærendum esse dixerit, & l. iustitia Dig. de iust. & iure. Vlpianus iurisprudẽtiam definiens non iusti modo eam, verum etiam iniusti scientiam vocauerit. Cum autem paullo post traditurí simus, iustitiã, iniustitiamq; duobus modis dici, interdum enim

Digitized by Google

enim iustitiæ nomine totã virtutem, iniustitiæ totam vitiositatem intelligi, interdum iustitiam certam quãdam virtutem, iniustitiam certum quoddam vitium vocari, non est ignorãdum, hoc posteriori modo vtrumque nomen hic accipi. Quærendum igitur esse ait, Tum cuiusmodi in actionibus sitæ sint, *omnes enim virtutes morales, & quæ eis aduersantur vitia in agendo cernuntur: vt temperantia, & intemperantia in capiendis, prætermittendisq; voluptatibus: fortitudo, & ignauia in subeundis, refugiendisq; periculis: liberalitas, & auaritia in dandis, accipiendisq; pecuniis: eademq; cæterarum ratio. Actiones autem in quibus iustitia, & iniustitia versantur, sunt διανομαὶ, καὶ συναλλάγματα, id est, distributiones, & negotia, quæ inter homines contrahũtur, vt è sequentibus magis intelligetur.* Tum cuiusmodi mediocritas, iustitia, & ius, quarum rerum medium sit. *Non enim eodẽ modo mediocritas est iustitia quo cæteræ virtutes, de quibus antea disputatũ est. Primum quod in illis non spectatur mediocritas ex rebus ipsis, sed ex animo eius, qui agit. Non enim qui mediocria pericula subit, fortis est, neque qui mediocri voluptate fruitur, temperans: sed qui in maximis periculis, maximisque voluptatibus moderationem animi retinet, neque illa supra modum extimescit, neque has immodice concupiscit. At iustitia rerum ipsarum medium inquirit, modo geometrica ratione, modo arithmetica, vt suo loco docebimus. Deinde eæ quarum naturam hactenus pertractauimus, medium quodammodo locũ inter duo extrema vitiosa,*

Digitized by Google

quorum vnum ab altero distinctum est, obtinent : vt fortitudo inter audaciam, & timiditatem, liberalitas inter effusionem, & auaritiam : at iustitiæ vna aduersatur iniustitia. Postremo in cæteris quicunq; à medio abest, in vitio est, siue medium non attingat, siue transeat. huius alia ratio. non enim qui minus consequitur quam par est iniustus est, sed is qui sibi plus occupat, quiq; alium fraudat. Ius *autem* Medium *est, inter plus & minus. qui enim neque plus, neq; minus aut tribuit, aut consequitur, quam oportet, is ius suum cuique tribuere, & ius suum obtinere dicitur: atq; ita accipitur nomen iuris in definitione Iustitiæ apud Iurisperitos.*

In his autem rebus exquirendis] *Nimirum vt non accuratas, exquisitasque rationes consectemur, quas harum rerum tractatio non capit, sed probabilibus nitamur, eisque contenti simus. Itaque cum ea vel maxime probabilia sint, quæ videntur omnibus, apte admodum, & conuenienter instituto suo, exorditur à communi quadam omnium hominum opinione de Iustitia, hoc modo:*

Videmus igitur omnes] *Est autem hæc quædam nominis ipsius interpretatio potius, quam rei definitio. neque obscurum est ex analyticis, prius aut intelligendum, aut explicandum esse τὸ τί ὅτι ἐν ὀνόματος, quam intelligi explicariue possit τὸ τί ὅτι ἐν πράγματος. Iustitiam igitur vocant omnes, non impetum quendam animi, neque susceptam ad tempus voluntatem agendi ea quæ iusta sunt, sed* Habitum quo homines

Digitized by Google

mines propensi sunt, *& suapte sponte inclinantur ac feruntur* ad agenda, &c. *Neque tantum eo propendent: sed etiam, cum omnis virtutis laus in actione consistat, ea, quoties datur occasio,* & agunt, & volunt. *Quod postremum eo additum est, quia voluntas in hac virtute præcipue spectatur: eiusq; maior etiam, quam ipsarum actionum, habetur ratio. Multis enim modis euenire potest, vt etiã homo iniustissimus multa faciat, quæ iustitiæ consentanea sint: vt simulate, vt pro errorem, vt infamiæ, aut supplicij metu. Potest etiam euenire vt homo iustissimus, aut iustum aliquid nõ faciat: vt si casu aliquo ad inopiam redactus, non reddat mutuum: aut etiam iniustum aliquid faciat: vt si prætor falsas testamenti tabulas secutus, aduersus quas nihil satis firmi ab eo, qui eas impugnat allatum sit, secundum eas bonorum possessionem dederit, & hæreditatem à legitimo hærede abiudicatam alij addixerit. Et horum tamen neuter erit iniustus. dum & illo eo animo sit, vt velit, si quo modo possit, creditori satisfacere: & hic nihil aliud spectare, quam, vt Vlpianus loquitur, l. Illicitus Dig. de off. præsidis.* fidem eorum quæ probãtur. *Ideoq; præclare idem Iurisconsultus,* iustitiam esse, *ait,* cõstantem, & perpetuam voluntatem ius suum cuiq; tribuendi. *Non. n. satis est ad iustitiæ laudem, vt quis suum cuiq; tribuat: nisi id & facere velit, & constanter, ac perpetuo, & vt Aristot. ἀφ' ἕξεως velit. Atq; hæc constans, & perpetua voluntas iustitia est, etiam si quis casu aliquo impeditus suum cuique tribuere non possit, dum in eo nulla ipsius culpa sit.*

Digitized by Google

Quanquam autem, vt hoc præteriens admoneam, in illa Vlpiani definitione verbum tribuendi, *magis videtur exprimere τὸ διανεμητικὸν, pertinet tamen etiam πρὸς τὸ διορθωτικὸν. nam is quoque, qui mutuum, commodatum, depositum reddit, qui pro re empta pretium soluit, suum ius alteri tribuere videtur. Sed, vt ad institutum redeam, ea, quæ ante dixi, cogitantes veteres illos puto interdum legibus, edictisq; cauisse, non, ne quis quid faceret: videbant enim fieri posse ab inuitis: & inuite factis veniam dandam esse: neque etiam, ne quis quid facere vellet: voluntas enim legibus alligari non potest, & nudæ voluntatis, siue vt Vlpianus loquitur, l. cogitationis Dig. de pœnis,* cogitationis pœnã nemo patitur: sed ne quis quid fecisse vellet. *quo loquendi genere significabant voluntatem, quæ foras erupisset, seque iam actione aliqua prodidisset. Eius quod dico, exempla hæc sunt. Liuius lib. 39.* Edixerunt deinde, ne quis quid fugæ causa vendidisse, neue emisse vellet. *Macrobius lib. 2. Saturnaliorum.* Lapidatus à populo Vatinius, cum gladiatorium munus ederet, obtinuerat, vt ædiles edicerent, ne quis in arenam, nisi pomum, misisse vellet. *& ex illa consuetudine dictum est ab Horatio:*

Ne quis humasse velit, Aiacem Atrida vetus cur?

quod tamen vsque adhuc à nullo eorum, qui commentarios in illum poëtam scripserunt, animaduersum est. & à Catone in tradendis villici officiis. Ne quid emisse velit insciente domino, neu quid domi-

num

num celauisse velit. *Et mox:* Haruspicem, augurem, hariolum, chaldæum ne quem consuluisse velit. C. *Graccus in oratione de legibus promulgatis (citat Gellius cap. 3. lib. 10.)* Caleni vbi audierunt, edixerunt, ne quis in balneis lauisse vellet, cum magistratus Romanus ibi esset. *Terentius Hecyra.*

Interdico, ne extulisse extra ædes puerũ vsquã velis.

Supersunt etiam pauca quædam, quæ in his Aristotelis verbis considereemus. primum illud, hanc iustitiæ, vt Michaël Ephesius eam vocat, ὑπογραφὴν, tum in eam iustitiam, quæ omnem virtutem complectitur, tum in eam, quæ pars virtutis est, communiter conuenire. In illis autem verbis exprimendis, ἀφ' ἧς πρακτικοὶ τῶν δικαίων εἰσὶ, non Lambinus modo, & Perionius, sed ipse quod magis mirum est, Argyropylus lapsus est: ita enim vertit: quo homines apti sunt ad res iustas agendas. *At non iustitia, sed natura ipsa homines ad res iustas agendas aptos, & idoneos efficit. & iniustissimi quoque apti sunt ad agenda ea quæ iusta sunt: alioqui ne iniusti quidem esse possent. Sed vox πρακτικοὶ hoc loco significat propensionem quandam, &, vt præclare interpretatus est S. Thomas,* inclinationem ad opus iustitiæ. *sic lib. 4.* λογιστικὸς, φυλακτικὸς, πρακτικὸς, θαυμαστικὸς, ἐπαινετικὸς, *dicitur non qui aptus, & idoneus, sed qui propensus est ad accipiendum, ad custodiendum cetera.*

Habere autem dubitationem aliquam potest, cur Aristoteles ad explicandam iustitiam, & iniustitiam,

Digitized by Google

iusti & iniusti *nomina adhiberit, quæ videntur nihilo notiora & clariora esse iis, ad quæ illustranda, & patefacienda afferuntur: cum coniugata sint. Sed hoc facile dissoluemus, si reuocabimus in memoriam id quod in categoriis, vbi de qualitate agitur, doceri solet, multo nobis notiora esse concreta, & composita simplicibus, &, vt vulgo vocantur, abstractis: & vt Græci expeditius, & significantius dicunt,* τὰ μετέχοντα τῶν μετεχομένων.

Neque enim eodem modo] *Quoniam iustitiam ad ea, quæ iusta, iniustitiam ad ea, quæ iniusta sunt, propensos efficere homines dixerat, docet nunc, aliam scientiæ, & facultatis, aliam habitus esse rationem. Nam eadem est facultas, seu potestas contrariorum, vt idem sensus albi, & nigri, idem calidi, & frigidi, idem dulcis, & amari: eadem etiam scientia contrariorum: vt Galenus principio Artis paruæ ait, medicinam esse scientiam salubrium, insalubrium, & neutrorum. at non etiam idem habitus contrariorum, sed contrarius. non enim eadem corporis constitutio, aut quattuor humorum, ex quibus constamus temperatio efficit, & integritatem, ac firmitatem sensuum, & eorundem imbecillitatem: & facilem cibi concoctionem, & cruditatem: & vt partes corporis suum quæque munus sine vlla difficultate obeant, & vt in eo obeundo laborent: immo vero vt hæc inter se cõtraria sunt, ita efficiuntur ab habitibus contrariis: partim à bona valetudine, partim à mala. Itaque quem incedere videmus erecto corpore, firmis passibus, non anhelantem, non insistentem nisi cum libet,*

eum

eum valenter ambulare dicimus: at quem tremebundum, lapsantem, ægre trahentem vestigia, tertio quoque passu recipiendæ animæ caussa, interquiescentem: nunquam eum valenter ambulare dicemus. Atque hæc vt videtur, horum Aristotelis verborum sententia est: sed in eis quædam præterea diligentius excutienda, & examinanda sunt.

Primum igitur non iniuria suspicetur aliquis, hæc in Platonem dirigi, cuius in disputationibus scientia, facultas, & virtus *non satis accurate interdum distingui videntur. Itaque in extremo Hippia minore, Socratis verba sunt.* Responde mihi denuo. nonne iustitia facultas quædam est, aut scientia, aut horum vtrumq; ?an non necesse est, vnum certe aliquod eorum esse iustitiam? *cui quidem interrogationi hoc loco ita respondere Aristoteles videtur. Illa vero neque scientia est, neque facultas. nam si eorum alterutrum esset, contrariorum esset, & actionum tum iustarum, tum iniustarum efficiens: quod secus est. iustæ enim actiones, vt dixi, à iustitia, iniustæ ab iniustitia manant. Quod autem* ἐπιστήμας scientias *verti, vt fere ceteri solent, scio esse qui non probent, contendantq;* scientiam *latine dici,* scientias *non dici. Ego autem non sum nescius, eas etiam, quæ à nobis* scientiæ *dicuntur, à latinis scriptoribus, adeoque à Cicerone ipso sæpissime* artes *vocari. neque mihi peccare visus essem hoc quidē loco, si eo vocabulo vsus essem. præsertim cum hic non habeatur ratio discriminis illius, quod alibi constituitur inter* ἐπιστήμην & τέχνην:

immo

Digitized by Google

immo vero vtraque vt ſæpe alias, eodem nomine comprehendantur. Sed in iis diſputationibus, quibus Philoſophi τὰς ἐπιστήμας, καὶ τὰς τέχνας, tam accurate diſtinguunt, quæſo quomodo me, latine loquens, explicabo, niſi artes, & ſcientias *dixero? Nam quod id negant à bonis latinitatis auctoribus vnquam factum eſſe, videlicet fugit eos, ita ſcriptum eſſe in Catone maiore.* Quid multa? ſic mihi perſuaſi, ſic ſentio: cum tanta celeritas animorum ſit, tanta memoria præteritorum, futurorum prudentia, tot artes, tot ſcientiæ, tot inuenta, non poſſe eam naturam, quæ eas res continet, eſſe mortalem. *ita enim legitur in optimæ notæ libris, non, vt in vulgatis,* tot artes, tantæ ſcientiæ, *& ita legiſſe conſtat eruditiſſimum virum Theodorum Gazam, qui ita interpretatus eſt:* τοσαῦται τέχναι τοσαῦται ἐπιστῆμαι. *Sed hæc fortaſſis alicui γραμματικώτερα videantur: quæ tamen prætermittenda non erant. Nunc ad rerum explicationem reuertamur.*

Quod dicitur eandem eſſe ſcientiam contrariorum, *ita verum eſt, vt ſit tamen quædam adhibenda diſtinctio. Nam cum contrariorum neutrum altero melius aut præſtantius eſt, tum æque vtrunque ab eodem artifice conſideratur; vt par, & impar ab arithmetico: cum eorum alterum bonum eſt, alterum malum, tum ars illud per ſe conſiderat, hoc autem non niſi κατὰ συμβεβηκός. vt in ſalubri, & noxio, in iuſto, & iniuſto videri poteſt. Eſt etiam cum cura inſpiciendum, ac diſtinguendum quod hic dicitur.* eandem eſſe facultatem

Digitized by Google

cultatem, seu potestatem contrariorum. *Primum enim* potestas *alia est efficiendi, alia accipiendi quasique patiendi.* Potestas patiendi, siue accipiendi *eadem est contrariorum: & hoc est quod sæpe à philosophis dicitur, contraria γίνεσθαι περὶ τὸ αὐτὸ ὑποκείμενον. Exempli caussa, quod potest bene valere, potest & ægrotare. Idem enim est ὑποκείμενον & bonæ, & malæ valetudinis, nempe corpus animalis. Idem virtutis, & vitij, animus humanus. Et hoc est, quod docetur in categoriis,* substantiam, cum vna eademque numero sit, vicissim excipere contrarias qualitates. *sic in materia prima inest potestas excipiendi formam ignis, & formam aquæ. Quare si de hac potestate intelligamus, recte, & vere dicitur, eandem esse potestatem contrariorum. id est in quocunque inest vũ, ac potestas excipiendi vnum è contrariis, in eodem esse etiam potestatem accipiendi alterum. Sin de potestate efficiendi sermo sit, distinguendum est. Earum enim aliæ sunt logicæ, aliæ alogi: id est aliæ cum ratione coniunctæ, aliæ rationis expertes. Quibus nihil cum ratione commune est, eæ agunt quadam necessitate naturæ, & si sit in quod agant, neq; quicquam impediat, necessario agunt. vt ignis si paratum sit in quod agat, neque impediatur, necessario agit. tales autem potestates non continent in se efficientiam vtriusque contrarij: sed alterius tantum. vt ignis non potest & calefacere, & refrigerare, sed tantum calefacere. At eæ quæ cum ratione coniunctæ sunt, cohibent in se efficientiam vtriusque contrarij: vt grammaticus potest & emenda-*

te,

Digitized by Google

te, & vitiose loqui: medicus & quo leuetur morbus dare, & quo intendatur. Quibus de rebus Aristotelis hæc verba sunt ex octauo τῶν μετὰ τὰ φυσικά, *qui latine nonus est. Constat etiam* potestatum *alias esse cum ratione coniunctas, alias quæ cum ea nihil commune habeant. Atq; eæ quidem quæ cum ratione coniunctæ sunt, omnes sunt eadem contrariorum. quæ autem sine ratione sunt, vna vnius: vt calidum habet tantum vim calefaciendi: at ars medendi, eadem est & morbi, & bonæ valetudinis. Alia quædam quæ puto ad hanc totam rem intelligendam non inutilia esse, iam pridem disputata sunt à me capite septimo libri octaui Variarum lectionum.*

Sed quærendum est, quomodo hæc inter se conueniant, esse eandem scientiam contrariorum, & tamẽ non esse eundem habitum contrariorum. Nam si scientia est habitus, vt est, & eadem est scientia contrariorum: sequitur vt & idem sit habitus contrariorum. Hoc vulgo ita dissoluunt, vt dicant nomine habitus hic intelligi solum habitus practicos, non autem eos, qui sunt cognitionis & intelligentiæ, qualis est scientia. Sed mihi magis probatur alia solutio: qua docetur, nullum omnino habitum, ne scientiam quidem ipsam, ea ratione qua habitus est, esse cõtrariorum. Nam scientia duobus modis considerari potest, qua ratione refertur ad ea, quæ sciri possunt, & qua ad ipsam scientiam, relata ad ea quæ sciri possunt, scientia est: & sic est eadem contrariorum: percipit enim contraria, vt iam docuimus. Relata ad ipsum scientem est habitus, id est certa quædam

-quali-

Digitized by Google

qualitas acquisita, ac comparata, quæ firmiter in illius animo inheret: & hoc modo non est contrariorum, id est non efficit contraria. Vt enim bona valetudo non efficit in corpore ea, quæ malam valetudinem comitari solent, sed ea tantum, quæ sibi conuenientia sunt: ita scientia non efficit in animo ea quæ inscientiæ & ignorationi coniuncta sunt, vt errorem, vt impotentiam docendi, vt instabilitatem & inconstantiam opinionum: sed ea tantum, quæ sibi propria sunt: id est liberat animum erroribus, eum in quo est aptum ad docendum facit, stabile & firmum de iis, quæ sciuntur iudicium efficit: ita vt semper de iisdem eadem, & dicat & sentiat, quemadmodum ait Socrates in Gorgia. Scientia igitur, quatenus est præceptio quarundam rerum sibi propositarum, est eadem contrariorum: at quatenus est certa quædam animi conformatio, & firme inherens affectio, non est contrariorum, id est non efficit in eo contraria. τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ λέγεται ὀπτήμιν, 2. *Topicorum.*

Restat, vt exponam, quæ me caussa commouerit, vt hoc loco ab omnibus aliis interpretibus discedere ausus sim, etiamque græca ipse aliter legerim, quam in omnibus peruulgatis libris leguntur. Cum enim eorum nullus sit in quo non ita legatur ἕξις δ' ἡ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐ, *eamque scripturam omnes interpretes sequantur: ego pro* ἡ ἐναντία *legendum censeo* ἡ αὐτὴ: *idque in interpretando sum secutus. Mouit me primum ipsa orationis consecutio &* ἀκολουθία, *quæ, si quis diligenter inspiciat, postulat, vt* ἡ αὐτὴ, *non* ἡ ἐναντία *legatur. deinde*

Digitized by Google

de sententia ipsa, quæ quamuis eadem quam nos volumus è vulgata quoque scriptura vtcunque elici potest, multo tamen planius multoque vt ita dixerim, rotundius exprimitur ea quam nos sequimur. Immo vero vt recte & vere dicitur ἐναντία ἐναντίων ἰήματα, *Hippocr.* ἐν τῷ περὶ φυσων, *ita vere dici potest*, ἐναντίαν εἶναι ἕξιν τῶν ἐναντίων. *Exempli caussa, contrariæ actiones à contrariis habitibus proficiscuntur. Itaq; principio suspicabar, legendum esse,* ἕξις δ' ἡ ἐναντία τῶν ἐναντίων, *deleta tantum particula, quæ negandi vim habet. Vt hoc diceret Aristoteles, non modo non esse eundem habitum contrariorum, sed esse contrarium. Sed cum postea reperissem in margine vnius eorum librorum quibus vtor, notatum hominis eruditissimi manu, in quibusdam veteribus libris legi* ἡ ἀντὶ τῶν ἐναντίων, *non habui dubium, quin ex* ἀυτὶ *factum esset* ἀντὶ, *librariorum errore propter characterum & soni vicinitatem: deinde ex* ἀντὶ, *cum vox illa hoc loco nullam idoneam sententiam efficeret,* ἐναντία, *duabus litteris principio, vna ad finem addita. Duo præterea fuerunt, quæ me ita in hac sententia confirmarunt, vt omnem dubitationem sustulerint: vnum, quod Michaëlem quoque Ephesium ita legisse probabili argumẽto adducor vt credam. hunc enim locum tractans, his verbis vtitur.* ὅτι δὲ αἱ ἀρεταὶ ἕξεις λεγόμεναι οὐκ εἰσὶ τῶν ἐναντίων αἱ αὐταὶ, ἔδειξε Σαφῶς ἐπὶ τῆς ὑγιείας ἀρετὰς οὔσης σώματος. *profecto enim, si ita legisset, vt nunc vulgo legitur, non dixisset* αἱ αὐταὶ, *sed potius* ἐναντίαι. *Alterũ quod cum liber quartus moralium ad Eudemum cum hoc nostro vnus idemque*

que sit, is qui eum olim interpretatus est, Leonardus Aretinus manifeste ostendit, se in libro suo scriptum habuisse ἐν αὐτῇ, non, vt vulgo nunc legitur, ἐν ἐναντίᾳ. Huius emendationis meæ approbatorem, atque adstipulatorem habeo Ioannem Antonium Lucatellum, acutissimo hominem ingenio, & in Philosophiæ studio diligentissime exercitatum. In illo autem Aristotelis quod paulo post sequitur, Valenter ambulare, *est ita ambulare, vt ipsa ambulatio significationem bonæ, ac firmæ valetudinis habeat.*

Sæpe igitur contrarij] *Quoniam ex eo quod iniustitia multis modis dicitur, demonstraturus est, iustitiam quoque multis modis dici, & earum vtriusq; naturam è* subiecto, *id est, iusto, iniustoque, explicaturus, ne cui forte ea docendi ratio absurda, & aliena videatur. prius admonet, eam & aptam, & vsitatam esse. Sæpe enim euenit, vt duorum contrariorum habituum vnus altero aut notior sit, aut facilior cognitu: ac tum commoda docendi via est, ex eo quod notius est, ad id quod minus notum progredi. neque dubium est, quin ea in quibus habitus insunt, quæ vulgo* subiecta *dicuntur, quam vocem ne nos quidem in docẽdo refugiemus, notiora habitibus ipsis, aut certe ad cognoscendum faciliora sint. igitur ex eis quoque ad ipsorum habituum cognitionem peruenitur. Atque illud in omnibus fere iis contrariis, quorum alterum bonum est, alterum malum, animaduerti potest, maiorem & acriorem esse sensum mali, quam boni: meliusque sentiri bonum ab iis, qui malum quoque senserunt. vt magis sentiunt pacis*

Digitized by Google

commoda qui experti sunt belli calamitates: meliusque intelligunt quantum boni sit in bona valetudine, qui aliquando ægrotarunt. Quod M. Tullius in oratione ad Quirites post reditum, copiosissime, & ornatissime, vt solet expressit his verbis. Et si homini nihil est magis optandũ, quam prospera, æquabilis, perpetuaque fortuna, secundo vitæ, sine vlla offensione, cursu: tamen, si mihi tranquilla & placata omnia fuissent, incredibili quadam, & pene diuina, qua nunc vestro beneficio fruor, lætitiæ voluptate caruissem. *Cumq; enumerasset magnam partem eorum, quæ in vita iucundissima sunt, addit.* Quibus ego omnibus antea rebus sic fruebar, vt nemo magis. Sed tanquã bona valetudo iucundior est eis, qui è graui morbo recreati sunt, quam qui nunquam ægro corpore fuerunt, sic ea omnia desiderata magis, quam assidue percepta, delectant. *Cui loco alterum ex eodem oratore geminum citat Ammianus Marcellinus lib. 15. quem ipsum quoque lubet adscribere.* Et quamquam optatissimum est perpetuo fortunam quam florentissimam permanere: illa tamen æqualitas vitæ, non tantum habet sensum, quantum cum ex sæuis, & perditis rebus ad meliorem statum fortuna reuocatur.

Nam & si bona] Quod dixerat, ostendit exemplis. proponit enim duo contraria, bonam corporis habitudinem, & malam: quarum qui vtramlibet nouerit,

ambus

Digitized by Google

ambas nouerit. vtraque etiam è corporibus ipsis agnosci potest. ac vicissim qui, quid bona habitudo sit, tenet, is etiam quæ sint bene habita corpora intelligat. Ex vno autem contrariorum alterum intelligi posse, docent etiam Iurisconsulti, vt Caius lib. 1. institutionum lib. 1. Dig. de iis qui sunt sui, vel alieni iuris. Videamus, *inquit*, de iis personis, quæ alieno iuri subiectę sunt. nam si cognouerimus quæ istæ personæ sunt, simul intelligemus, quæ sui iuris sunt.

Euexian, *quo verbo hic Aristoteles vtitur, malui interpretari vt Argyropylus* bonam corporis habitudinem, *quam vt alij*, bonam constitutionem. *Propterea quod bona corporis constitutio videtur potius esse ὑγίεια. at longe aliud est euexia. etenim bona corporis cõstitutio potest esse etiam in iis qui gracili, ac tenui sunt corpore, neque multa carne, neque admodum densa, atque compacta. at tales nunquam dicemus euecticos. Sed eos qui carnem habent multam, & solidam, vt neque ab aëre lædi facile possint, neque à ceteris rebus externis. talem euexian olim sibi, miserrimum hominum genus, athletæ plurimo cibo, plurimisque laboriosissimis exercitationibus comparabant, vt postea spectante populo grauissimos ictus, quibus se mutuo contundebant, facilius excipere, ac perferre possent. Itaque Hippocrates aphorismo tertio primæ partis pronuntiat euexian, cum ad summum peruenerit, summe periculosam esse. Extat & libellus Galeni περὶ εὐεξίας, quem qui legerit, sciet aliud esse euexian*, aliud bonam corporis constitutionem. *Docet autem Ga-*

Digitized by Google

lenis duplicem esse euexian: vnam quæ simpliciter, & absolute dicitur, alteram athleticam: quarum illa quidem est optima corporis constitutio, & vt ipse loquitur ὀπίτασίς τις τῆς ὑγιείας, altera posita est in copia, & firmitate carnis. & de hac posteriore Aristotelem loqui constat. Hanc latini interdum corpulentiam *vocant. Plinius.* Somno concoquere corpulentiæ vtilius, quam firmitati. *Et euecticos homines, corpulentos. Plautus Epidico.*

Euge corpulentior videre, atque agilior.

Talem quandam corporis affectionem significat Cicero *in Antonio, cum in secunda Philippica ait eum esse* gladiatoria totius corporis firmitate. *Plautus in eadem, quam modo citaui fabula.*

Quid herilis noster filia valet?

Pugilice, atque athletice.

Interdum habitudinem. Terentius.

Viden me ex eodem ortum loco?

Qui color, nitor vestitus, quæ habitudo est corporis. Habitudinem dixit euexian. & in eadem fabula.

Haud similis

Virgo est Virginum nostrarum, quas matres student

Demissis humeris esse, vincto pectore, vt gracilæ sciet.

Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt, deducunt cibum.

Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas. Habitiorem dixit εὐεκπικτέραν. quod ipse statim ita expleßit.

Quid tua istæc? noua figura oris. papæ.

Color

Digitized by Google

Color versus. corpus solidum & succi plenum.
Eodemque modo Lucillius.

Hic corpus solidum inuenies, hic stare papillas
Pectore marmoreo.

Itaque hoc nos secuti, diximus πυκνότατα σαρκὸς, carnis soliditatem: *quam alioqui Pliniano verbo vsi,* spissitatem, *aut* spissitudinem *dicere poteramus.* Sabinus Massurius lib. 7. memorabilium *(citat Gellius lib. 4. ca. 20.)* Censores P. Scipio Nasica & M. Pompilius cum equitum censum agerent, equum nimis strigosum, & male habitum, sed equitem eius vberrimum, & habitissimum viderunt. Et cur, *inquiunt,* ita est, vt tu sis, quam equus curatior? Quoniam, *inquit,* ego me curo: equum Statius meus. *malè habitum equum dixit macilentum, & tenuem, equitem autem habitissimum, εὐεκπικώτατον, id est, pinguem, & nitidum & bene curata cute, vt alicubi de se loquitur Horatius. Duobus etiam modis dicitur* cachexia, *vno modo, vt hic Aristoteles loquitur, quædam raritas carnis, & assimilis spongiis mollitudo, quæ in quibus est, delicati sunt, & ad omnem cœli ac ceterarum externarum rerum accipiendam iniuriam paratiores. altero modo genus quoddam tabis, quod differt à phthisi & ab atrophia: eo quod* phthisis *quidem est, cum à capite in pulmones descendens destillatio eos exulcerat.* atrophia *quoties corpus non alitur, descendentibus semper aliquibus, nullis vero in eorum locum succedẽtibus. quo malo affectos Plinius vocat* qui cibũ non sentiunt.

Digitized by Google

Cachexia *vero, cum malus corporis habitus est: ideoque omnia alimenta corrumpuntur. quod fere fit, cum longo morbo vitiata corpora, etiam si illo carent, refici tamen, & recipere pristinum robur non queunt. quem malum corporis habitum principium esse subeuntium cutem aquarum, Paulus Ægineta testatus est. vt doctissime disseruit Marcellus Virgilius lib. 1. commentariorum in Dioscoridem, ex quo hæc prope ad verbum descripta sunt.* Euectica *interpretor corpora ipsa bene habita, non autem causas efficientes τῆς εὐεξίας, vt alios accipere, & interpretari scio. Nam quamuis illa quoq; dicuntur euectica quæ valent ad euexian comparandam, vt exercitationes corporis, vt certa quædam viuendi ratio: tamen hoc quidem loco ita hoc verbum accipere non possumus. Illa enim nullo modo dici possunt ὑποκείμενα τῆς εὐεξίας. at tale aliquid requirunt ea, quæ ab Aristotele proposita sunt paullo supra. Dixit enim,* interdũ è contrario contrarium cognosci, interdum habitum è rebus subiectis. *prioris exemplum posuit in bona habitudine, & in mala. posterioris hoc exemplum esse voluit, quod ipsa euexia cognoscitur ἐκ τῶν εὐεκλικῶν. Oportet igitur τὸ εὐεκλικὸν εἶ) ὑποκείμενον τῆς εὐεξίας. id aliud esse non potest, quam corpus in quo ipsa euexia est tanquam in subiecto. & si autem puto notius esse eam vocem apud gracos hoc quoque modo aceipi, quam vt id accuratius docere necesse sit, vnum tamen locum Platonis proferam, in quo ita accipitur. est autem lib. 3. de legibus, his verbis.* τὸ δέ γ' ὄζειν ἀγαπητὸν πολλάκις, εἰ καί τις μὴ λύπης

μὴ

μὴ μεγάλης δύναιτο εὐεξίας τε καὶ ὑγιῆ σώματα ἀπεργάζεσθαι. *Quod si quis putet hanc interpretationem ab Aristotele ipso refelli, cum subiungit* euecticon esse id, quod habet vim efficiendæ soliditatis in carne: *cogitet id demum esse bene habitum corpus, quod habet in se vim insitam & internam efficiendi assidue in se ipso carnis soliditatem. Ita quidem vt ego accipio, sine dubio accepit vetus interpres, qui euecticon interpretatus est* bene habens: *& è posterioribus homo accuratus, & eruditus Ioan. Bernardus Felicianus. Sed & ii, quem supra nominaui, Ioan. Antonius Lucatellus, cum de hac tota re, rogatu meo, diligenter cogitasset, in eadem se quoque sententia esse respondit.*

Consequitur autem plerumque] *Hoc quoque præceptum dialecticum est, & primo* Topicorum *accurate tractatur. exempla nota sunt, & obuia. Sed tamen docendi causa aliqua proponamus.* Graue *multis modis dicitur. nam* graue corpus *dicitur, quod suapte natura inferiorem locum petit. at* grauem hominem *vocamus in quo inest autoritas & fides. sic &* leue *quidem* corpus *dicetur, quod sursum fertur:* leuis *autem* homo, *abiectus, & nulla auctoritate preditus.* Acutum *aliter de ferro, aliter de ingenio dicitur. eadem igitur ratio erit* obtusi. *Sed cur addidit Aristoteles,* plerumque? *quia hoc etsi in plurimis verum est, non est tamen in omnibus. Etenim* volo & nolo, *vt latino vtamur exemplo, contraria sunt: (contraria enim hoc loco dicimus, quæ quomodocunque opponuntur) & tamen alterum eorum multis modis dicitur, alterum*

Digitized by Google

non item. Volo *enim aliter dicit qui vult, aliter qui volat. non eadem alterius ratio. volatui enim nihil est contrarium. Primo topicorum hoc exemplum adhibetur, cuius vim, Latini sua lingua assequi non queunt.* φιλεῖν *&* μισεῖν *contraria sunt. eorum tamen prius duobus modis dicitur, posterius vno tantum. nam* φιλεῖν, *est* amare. *est etiam* osculari. *Vnde* φίλημα, osculum. *& nomen scorti apud Plautum,* philemation, *quasi tu basiolum dicas, & in epigrammatis,*

Εἰ με φιλεῖς ὦ φίλε, μή με φίλει.

Aduersatur autem amori odium, osculationi nihil. Hæc ergo causa est, cur addiderit, plerunque. *Sed quid est, quod* altera *dixit, non, vt alij interpretati sunt,* alterum? *Duo cum duobus comparantur. & contrarium ipsum per se cum altero contrario: & subiecta ipsa contrarie affecta. id est, vt in eodem exemplo insistamus,* iniustitia, & iniustum, *cum* iustitia & iusto. *Aristoteles enim in libro* περὶ ἀντικειμένων, *qui non extat, sed citatur à Simplicio, tradidit, iustitiam quidem & iniustitiam contraria esse: iustum autem & iniustum non satis proprie dici contraria, sed contrarie affecta. Ait igitur, si altera, id est iniustitia & iniustum dicuntur pluribus modis, sequi, vt & altera, id est, iustitia & iustum. & si autem in redditione satis esse duxit, subiecta ipsa ponere: iustum, & iniustum. mox tamen subiunxit* iustitia & iniustitiam, *dicens:*

Videtur autem multis modis dici] *Homonyma sunt, vt in Categoriis docetur, quæ vocantur quidem eodem nomine: sed ita tamen vt id nomen eis non eadem ratione*

Digitized by Google

tione tribuatur. vt homo verus, & homo pictus. cum enim vterque homo *dicatur, longe tamen alia vnius, alia alterius ratio. nam homo verus eo homo dicitur, quod animal est consilij particeps. at pictus, quod imago quædam veri hominis, & adumbrata similitudo.* Homonyma *autem quædam ita distant, & dissimilia sunt, vt ipsorum homonymia cuiuis perspicua sit, neque ita sit quisquam retuso ingenio, vt non intelligat ea non eadem ratione eodem nomine affici. vt aliter dici* pedem *animalis, aliter* pedem *lecti, aliter* pedem *veli, aliter* pedem *carminis. aliter* linguam *animalis, aliter* linguam *quæ excurrit in mare, aliter* linguam *græcam, aut latinam. Aliter* oculum *in homine, aliter in vitibus. Aliter* manum *hominis, aliter* manum *militum, aliter in illo Ciceronis:* Manum Alexidis amabam. *aliter* canem *marinum, aliter venaticũ, aliter sydus. aliter* taurum *in illo Tibulli,*

Quantus & intonsos Taurus alat Cilicas:

Aliter in illo Virgilij.

Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere:

Aliter in illo Manilij.

At quos prima creant nascentis sydera tauri.

At quædam homonyma quidem sunt, sed ita vicina & finitima, vt homonymia ipsorum, non tam facile cognosci queat. Vt ens *dicitur homonymos, id est, vt vulgo loquuntur,* æquiuoce, *de substantia & accidente: neque tamen id quiuis facile intelligit.* motus siue

Digitized by Google

mutatio *homonymos dicitur de ortu, interitu, incremento, imminutione, commutatione, quam* alterationem, *& mutatione loci, quam* lationem *vocant. Sed eam latentem homonymiam peruidere non cuiuslibet ingenij est.* Bonum *aliter dicitur quod honestum est, aliter quod iucundum, aliter quod vtile. ea quoque obscura homonymia est. Sic ait Aristoteles duobus modis dici iustitiam & iniustitiam. Sed quia vtraq; iustitia, & vtraq; iniustitia valde alteri vicina est, magnamq; cum ea similitudinem habet, fieri, vt homonymia illa minus pateat, neq; ita facile percipi possit, vt in iis, quæ cum eodem nomine vocentur, magna tamen eis inter se est dissimilitudo. Cum igitur homonyma, nisi principio distincta, & declarata sint, obscuritatem, & confusionem in disputando parere soleant, recte, atque ordine, antequam in rem ipsam ingrederetur, vtramque sibi distinguendam esse duxit. Sed cum exemplo ostendere vellet, qualia essent homonyma ea, quorum homonymia facile cernitur, id exemplum posuit, quod in latina oratione vsui esse non potest. Quare de eo mihi pauca dicenda sunt: ne quid non satis explicatum omittatur.*

Græci sua lingua vocant clein, *quem latini* iugulum, *id est os, quod à summo humero ad imum collum pertinet: & eodem nomine vocant* clauim. *Vnde iocus elegans Philippi Macedonum regis, cui cum læsus in bello iugulus esset, medico à quo curabatur, assidue nummorum aliquid poscenti:* At tu, *inquit,* quantumuis sume: habes enim in manu tua meam

meam clauim. *hoc latine friget : quia latini ad significandum* iugulum, clauis *nomine non vtuntur: Græce autem propter illam nominis ambiguitatem elegantissime dicitur. Omisi hoc loco quasdam voces Aristoteli græce loquenti necessarias, in latina oratione, vt opinor, superuacaneas.* ἤ τι ὑπὸ τὸν αὐχένα τῶν ζώων, καὶ ᾗ τὰς θύρας κλείουσι. *Nam latini neque clauem vocant eam, quæ subest collo animalium, neque iugulum, quo claudunt fores. Sed hæc vt re distincta sunt, ita etiam nominibus distinguunt. Talia sunt in primo Topicorum* ὄνος, *quo nomine & asinus, & lapis molaris indicatur: & apud Alexandrum, & Simplicium* κόραξ.

Sumptum igitur, ac positum sit] *Sumi dicuntur ea quæ non probantur, sed tanquam certa, & indubitata ponuntur. Vt hic non probatur duobus modis dici iniustum: sed ex vsitata loquendi consuetudine, tanquam omnibus notum sumitur. Sæpe autem apud Demosthenem, & alios* ἀδικεῖν, *&* παραγορεῖν *pro eodem ponuntur. & apud Xenophontem primo commentariorum, vbi legitur,* ἀδικεῖ σωκράτης ὃς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσφέρων. ἀδικεῖ δὲ καὶ τοὺς νέους διαφθείρων: ἀδικεῖν *non est plus sibi aut pecuniæ, aut honoris, aut talium vel sumere, vel deposiere: sed simpliciter aduersus leges facere. Est igitur iniustitia quædam quæ complectitur quicquid aduersus leges: & contra iustitia quædam quæ est obtemperatio legibus, non in eo tantum, ne tibi aliiue plus aut minus tribuas quam par est, sed in iis omnibus,*

quæ

Digitized by Google

quæ legibus sancita sunt. & ab hac iustitia Aristides præclarum illud iusti *cognomen inuenit. Est etiam alia* iniustitia, *quæ in eo proprie cernitur, si plus tibi sumas quam par est, aut quo alio modo non serues proportionem: & ei quoque aduersatur alia quædam* iustitia, *quæ posita est in conseruanda ac retinēda æqualitate. Vnde τὸ ἴσον καὶ τὸ δίκαιον sæpenumero apud eosdem coniunguntur. vt κατὰ μειδείαν. Demosthenes τῶν ἴσων, καὶ τῶν δικαίων ἕκας ἡγεῖται ἑαυτῷ μετεῖναι, ἐν δημοκρατίᾳ.*

Quando igitur iniustus] Pluris auiditas in rebus malis non dicitur. nemo enim sibi deposcit plus mali. Cum malum ipsum nemo, qua ratione malum est, appetat. Iniustus igitur, cum pluris auidus sit, in bonis quibusdam cernatur, necesse est. non tamen in omnibus. neque enim si quis cupiat doctior esse aliis, aut fortior, aut temperantior, & in eo vires omnes contendat, vt iis rebus cæteros vincat, iniustus propterea habendus erit: imo eo vir melior, quo maius studium ponet, in quam maxima copia eius generis bonorum comparanda. neque etiam si quis forma studeat anteire cæteros, aut bona valetudine, aut celeritate, aut denique aliis corporis bonis. Sed si quis plus eorum bonorum, in quibus prospera aduersaque fortuna locum habet, vt pecuniæ, bonoris, auctoritatis, potentiæ sumere quam par est, atque occupare conetur, aut etiam in iisdem rebus inter alios diuidendis ac distribuendis ab æqualitate discedat, is demum iniustus habendus est.

Quare sunt illa quidem simpliciter] Stoici ea bona quæ

Digitized by Google

na quæ à fortuna tribui, & auferri possunt, negabant bona esse: neque ea, quæ iis aduersarentur mala. Sed illa quidem prœgmena *vocabant, id est,* producta sine præposita, *hæc* apoprœgmena, *id est, reiecta. Bonum etiam nihil esse, quod eum in quo esset, meliorem non faceret: quodque etiam malus consequi posset. Itaque præter animi bonum nihil esse dicebant. Alia est Aristotelis sententia. nam ea quoque simpliciter, & per se bona ait esse: sed interdum hominum vitio fieri mala. quam sententiam, Terentius in Heautontimorumeno optime, & elegantißime expreßit.*

Quid relliqui est, quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona?

Parentes, patriam incolumen, amicos, genus, cognatos, diuitias.

Atque hæc perinde sunt, vt illius animus qui ea possidet.

Qui vti scit, ei bona: illi qui non vtitur recte, mala.

Hoc ipsum est, quod ait Aristoteles: ea simpliciter, & per se semper bona esse: sed huic aut illi non semper: vt enim lib. 1. dictũ est, multis opes, multis forma, multis corporis vires exitio fuerunt.

Homines autem ea & optant] Aureola παρίκλασις, *qua hominum stultitia notatur, qui ea sibi optent, eaque omni studio persequantur, quæ bona sibi, an minus, futura sint, nesciunt. Simulque docetur, quid à Deo petere, & quibus in rebus consequendis studium collocare oporteat. Optandum enim, & à Deo petendum est, non vt tribuat nobis opes, honores, liberorum*

copiam

Digitized by Google

copiam, & similia: quibus sæpe quanquam per se bona sunt, carere tamen melius quam abundare. tum aliis de causis, tum quia hæc omnia, nisi iusti ac boni viri simus, nobis nihil aliud sunt, quam iniustitiæ instrumenta: vt is qui à virtute alienus est, eo miserior, atq; infelicior sit, quo in maiore talium bonorum copia affluentiaq; versatur. vt præclare scriptum est à Platone lib. 7. de legibus: τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν λεγόμενα ἀγαθὰ, οὐκ ὀρθῶς λέγεται. λέγεται γὰρ ὡς ἄριστον μὲν ὑγιαίνειν, δεύτερον δὲ κάλλος, τρίτον δὲ ἰσχὺς, τέταρτον δὲ πλοῦτος. μυρία δ' ἄλλα ἀγαθὰ λέγεται. καὶ γὰρ ὀξὺ ὁρᾷν καὶ ἀκούειν, καὶ πάντα ὅσα ἔχεται τῶν αἰσθήσεων εὐαισθητως ἔχειν. ἔτι δὲ καὶ τὸ ποιεῖν, τυραννοῦντα, ὅ, τι, ἂν ἐπιθυμῇ, καὶ τὸ δὴ τέλος ἁπάσης μακαρίοτητος, τὸ πάντα ταῦτα κεκτημένον, ἀθάνατον εἶναι, γενόμενον ὅτι τάχιστα. ὑμεῖς δὲ καὶ ἔγωπα τάδε λέγομεν, ὡς ταῦτά ἐστι ξύμπαντα, δικαίοις μὲν καὶ ὁσίοις ἀνδράσιν ἄριστα κτήματα, ἀδίκοις δὲ κάκιστα ξύμπαντα, ἀρξαμένῳ ἀπὸ τῆς ὑγιείας. καὶ δὴ καὶ τὸ ὁρᾶν, καὶ τὸ ἀκούειν, καὶ αἰσθάνεσθαι, καὶ τὸ παράπαν ζῆν, μέγιστον μὲν κακὸν, τὸν ξύμπαντα χρόνον ἀθάνατον, καὶ κεκτημένον πάντα τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ, πλὴν δικαιοσύνης τε καὶ ἀρετῆς ἁπάσης. ἔλαττον δὲ, ἂν ὡς ὀλίγιστον ὁ τοιοῦτος χρόνον ἐπιζώῃ. *Non hæc igitur optanda sunt: sed optandum vt hæc cum bona sint suapte natura nobis quoque bona sint. Ea autem optanda, & sequenda simpliciter quæ nobis sunt bona, quæque ita bona sunt, vt nemini mala esse possint. quod idem Plato diuine, vt solet, conclusit paucis verbis libro tertio de legibus:* Optandum est, *inquit*, non

vt

vt ea omnia quæ nos volumus eueniant: sed vt ea velimus quæ velle debemus. *Sic Iuuenal.*

—Nocitura petente
Militia nocitura domi—
Euertere domos totas optantibus ipsis
Dij faciles, &c.

Quadere fusius etiam disputatur in Alcibiade secundo, siue ille Platonis, siue Xenophontis est: vbi merito laudatur hæc precandi formula.

Ζεῦ βασιλεῦ τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις, καὶ ἀνάλκτοις
Αμμὶ δίδου, τὰ δὲ δεινὰ, καὶ εὐχομένοις ἀπάλεξον.

At iniustus non semper] *Obiicere poterat aliquis, iniustum nihilo magis πλεονέκτην esse, quam μειονέκτην, Vt enim in bonis quod plus est sequitur, ita in malis quod minus. Vt si conferendum sit tributum ad vsus reipub. si sumptus faciendus è communibus pecuniis, si nauis aliqua cõmunis absorpta sit, minus se iacturæ facere, quam cæteros, volet. Sed id dissoluit Aristoteles: aitq; eum tum quoq; videri sibi plus boni deposcere, cum mali minus perferre vult, nam minus malum cum maiori comparatum, bonum quodammodo videtur.*

Est autem iniquus] *Ostendit, quibus nominibus vocari possit ad omnem ambiguitatem tollendam. potest igitur vocari* ἄνισος, *id est*, iniquus, *siue* inæqualis. *quod quidem nomen commune est, complectiturque & plus, & minus. nam siue plus, siue minus sibi aliquis aut sumat, aut deposcat, ab æqualitate discedit. potest etiam vocari* παράνομος. *quo nomine significa-*

tur

Digitized by Google

tur apud Græcos quicunque quomodocunque aduersus leges aliquid facit. Cum autem scripsisset Aristoteles: ἔστι δὲ ἄνισος· τοῦτο γὰρ περιέχει, καὶ κοινὸν ὅτι καὶ παράνομος. *quidam qui videret, verba illa interiecta habere aliquid obscuritatis, addidit ad ea breuem declarationem, supplens orationem, additis iis, quæ præterea intelligi debere opinabatur. hoc modo.* τοῦτο γὰρ ἡ παρανομία, ἤτοι ἡ ἀνισότης. περιέχει πᾶσαν ἀδικίαν. καὶ κοινὸν ὅτι πάσης ἀδικίας. *atque hæc postea ita recepta sunt à plerisque omnibus, quasi ab Aristotele ipso scripta essent. Cum tamen & declarationem tantum quandam verborum Aristotelis contineant: & eam non satis accuratam. neque enim ad verbum* περιέχει, *addendum est supplendæ orationis causa,* πᾶσαν ἀδικίαν, *sed* τὸ πλέον, καὶ τὸ ἔλαττον. *vt cohæreat cum eo quod proxime dictum est. quomodo etiam Michaël Ephesius interpretatur. Ea igitur resecuimus idque iam pridem testati sumus, cap. 8. lib. 6. variarum lectionum. Veteres libri Aldini magis etiam hoc confirmant, habent enim & aliud hoc ipso loco scholion insertum textui.*

Quando autem qui contra legem facit] *Argumentum est à casibus. sed eius vis in latina oratione non æque, atque in Græca perspicitur. nam Græci vocant* νόμιμον, *id est,* legitimum, *eum qui legibus paret. Cum igitur omnis* legitimus *(ita enim nobis semel loqui liceat) iustus sit, sequitur vt & omnia legitima quodammodo iusta sint. Cur autem addiderit illud,* quodammodo, *alia ratio redditur à Michaële Ephesio, alia à Dino Thoma. Ille eo id factum esse ait, quod quædam*

Digitized by Google

dam quæ aliarum virtutum sunt propria, quatenus legibus iubentur, iusta dicuntur. Exempli causa qui alienis vxoribus se abstinet, omnemq; illicitum veneris vsum refugit, quatenus id facit temperans est: quatenus in eo legibus obtemperat, iustus. Qui fortiter pro patria dimicat, neque abiicit arma, neque ordinem in acie deserit, proprie, ac per se fortis est: sed quatenus in eo legis præscriptum sequitur, iustus. Diuus Thomas hoc alio trahit. putat enim additam esse particulam, quodammodo, *quia in quibusdam rebus publicis quædam iusta sunt, cum legibus comprehensa ac sancita sint, quæ tamen simpliciter, & absolute iusta non sunt. Vt in statu populari iustum est, omnium, qui liberi sint, æquã esse auctoritatem: quod tamen pro se ac simpliciter iustum non est. Vtraq; interpretatio defendi potest. atq; ego quidẽ vtroq; respexisse Aristotelem puto.*

Nam & ea] *Occurrere videtur dubitationi cuidam, quæ ex iis, quæ modo dicta sunt, existere posse videbatur. Nam si omnia quæ legibus continentur legitima sunt, & omnia legitima iusta, sequitur vt omnia, quæ legibus continentur iusta sint. quo posito videtur nihil esse tam tætrum, tam horribile, tam nefarium, quod non iustum effici possit, si tyrannus id aliquis, aut stultus populus iusserit. Qua de re ita Cicero primo de legibus.* Iam verò illud stultissimum, existimare omnia iusta esse, quæ scita sint populorum institutis, *aut* legibus. Etiamne si quæ leges essent tyrannorũ? si triginta illi Athenis leges imponere voluissent, aut si omnes Athenien-

Digitized by Google

ses delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco ea legis iussa haberentur? Nihilo credo magis illa, quam interrex noster tulit, vt dictator quem vellet ciuium, indicta causa, impune posset occidere. *& paullo infra.* Quod si populorum iussis, si principum decretis, si sententiis Iudicum, iura constituerentur, ius esset latrocinari, ius adulterare, ius testamenta falsa supponere, si hæc suffragiis, aut scitis multitudinis probarentur. Quæ si tanta potestas est stultorum sententiis atque iussis, vt eorum suffragiis rerum natura vertatur, cur non sanciunt, vt quæ mala perniciosaq; sunt, habeantur pro bonis & salutaribus? aut cur, cum ius ex iniuria lex facere possit, bonum eadem facere non possit ex malo? *Ait igitur se ea demum legitima & iusta dicere, quæ à ferendarum legum scientia definita sunt. Nam vt non continuo salubre est, si quis quid medicinæ imperitus imperauerit: ita nec legitimum, si quis quid legibus sanxerit, ad libidinem suam: sed ita demum, si id quod constitutum est, apte & scienter constitutum sit.*

Leges autem omnibus] *Paullatim eo progreditur, vt manifeste doceat, in ea iustitia, quæ est obtemperatio legibus omnem virtutem quodammodo contineri. Nam cum dixerit omnia quæ legibus scita sunt iusta quodammodo esse, ait nunc, nullum esse boni viri officium, nullum virtutis munus, de quo non leges aliquid statuant, ac definiant. Quod enim ait,* omnibus de rebus,

rebus, *intelligendum est de omnibus officiis vitæ, περὶ πάντων τῶν πρακτῶν. At quod scriptum est in libris nostris* publice loquuntur, *ita enim interpretatus sum, ἀγορεύουσιν, in quibusdam legitur* ὁρίζουσιν, *id est,* definiunt: *neque desunt, quibus ea vera scriptura videatur, & melius cohæreat cum eo, quod paulo ante dixit, τὰ ὑπεισμένα ὑπὸ τῆς νομοθετικῆς. hanc autem alteram putant fluxisse è scholiis Michaëlis, qui ita scribit in hunc locus.* ἀλλὰ μὴν περὶ πάντων οἱ νόμοι ὁρίζουσι τῶν κατὰ τὰς ἀρετὰς, καὶ πῶς ἀγορεύουσι. *Sed vtrum sit, constat syllogismum ita institui posse.* Quæcunque legibus comprehẽduntur, quodammodo iusta sunt. omnia autem virtutis officia legibus comprehenduntur. omnia igitur virtutis officia quodammodo iusta sunt. *Ostendit etiam qui sit finis legum: Cum ait eas spectare, aut id quod communiter omnibus vtile est, aut id quod optimatibus, aut iis qui principatum in ciuitate obtinent, seu propter virtutem, seu quo alio tali modo. In quo non videtur multum abesse à sententia Thrasymachi qui apud Platonem primo de rep. pronuntiat iustum esse in quaque Ciuitate id quod vtile est potentiori. Non enim dubium est ferri leges ab iis, quiplus possunt. Vbi igitur summa rerum penes populum est, ibi leges ad vtilitatem populi dirigũtur, vbi penes paucos, ad vtilitatem paucorum; vbi penes vnum, ad vtilitatem illius. Itaque putabat Thrasymachus principes, rectoresque populorum in scisendis legibus nihil aliud spectare, aut propositum habere, quã commodum suum:*

Digitized by Google

neq; curare cõmoda eorum quibus præsunt, nisi quatenus ex eis aliquid etiam cõmodi ad ipsos redundat. Atq; in eam sententiam accipiebat id quod ab Homero multis locis dictum est, reges esse populorum pastores. *Vt enim pastor studet oues suas, quam optime pascere, à furibus, lupisq; defendere, ab eis frigus, imbrem, æstum, cæterasq; cœli iniurias propulsare, easq; quam maxime potest curatas, & nitidas habere, non quod eis bene cupiat, sed vt ex earum lacte, lana, fœtibus, carnibus ipse quam maximum lucrum capiat: ita Reges, cæterosq; qui imperarent, curare quidem, vt bene sit populis suis, non tamen ipsorum populorum causa: sed quoniam intelligunt in eo sitam esse potentiam suam: quoque populus copiosior, & abundantior est, eo plus ab eo tributorum, ac vectigalium exigi posse. Sed eam orationem Socrates diligenter refellit, ostenditque omnem qui in quacunque re imperat, si officio suo fungi velit, alienam in eo vtilitatem spectare, non suam. Medicus cum imperat pharmaca ægrotis, non suam, sed illorum vtilitatem respicit. quod etiam si mercedem aliquam ex eo consequitur, non tamen potest lucrum illud spectare ea ratione qua medicus est, sed ea tantum, qua artifex est cogendæ, ac conciliandæ pecuniæ, & quidem vt Græci loquuntur, χρηματιστής. Nauta in regenda naui, non suam, sed vectorum salutem propositam habet: & quãuis ipse quoque cum eis seruetur, portumq; attingit, id tamen euenit, non qua ratione regendæ nauis peritus est, sed qua ipse quoq; vnus ex iis qui vehuntur. Pastor, quatenus pastoris munus exequitur, id tantum spectat*

vt

Digitized by Google

vt oues saluberrimas, pinguissimas, nitidissimas habeat. quod si ea res cum ipsius vtilitate lucroq; coniuncta est, quoniam ita demum ipse quoq; ex eis maximam pecuniam facit: at quatenus lucrum illud facit, non iam amplius pastor, sed quidam quasi mercator est. Ipsum quidem pastionis munus nusquam alio, quam ad ouium ipsarum salutem refertur. Peruenit autem ad eum quoque vtilitas, quia earum non tantum pastor est, sed etiam dominus. Sic & Princeps, rectorque Ciuitatis, cui populi, *vt ait Homerus*, commissi, ac concrediti sunt, *si vult is esse qui dicitur, in ferendis legibus debet, non quid sibi, sed quid iis, quos regit, vtile sit, intueri. In hanc fere sententiam Socrates. Aristoteles autem videtur hoc loco non abhorrere à sententia Thrasymachi, si verba tantum leuiter inspicias: siquidem vt ille iustum esse ait, quod vtile est ei qui in Ciuitate plus potest, ita hic leges ad vtilitatem potentioris referri, ac dirigi, eumque finem sibi propositum habere. Sed si sententiam ipsam Aristotelis bene penitus inspiciamus, longe aliud eum, aliud Thrasymachum sentire intelligemus. Nam Thrasymachi sententia tyrannica, & inhumana est: eum qui se aliorum rectorem profiteatur, in eo munere obeundo seruire vtilitati sua, negligere alienam: nisi quatenus ea sibi quoque fructuosa est. Quid igitur est cur magistratus tantam venerationem habeant? cur tanto opere colãtur? cur prope in Deorum loco, ac numero habentur? Quis ei magnum ullum habere honorem potest, quem sibi tantum seruire, ac consulere, cogitare nihil aliud nisi de commodis suis.*

Digitized by Google

& omnia sua causa facere arbitretur? An quisquam eum consulem esse ducat, qui sibi, non reipublicæ consulat? Immo vero ij semper in Ciuitatibus, clari, ac præstantes viri habiti sunt, qui cum ad reipub. gubernacula admoti essent, in illius præclari muneris procuratione commodorum suorum obliti de vtilitate publica toto, vt dicitur pectore cogitarunt. Qui autē ita imperat, vt nō de publica, sed de sua vtilitate laboret, ac solicitus sit, vt populorum, quos regit, domos exinaniat, facultates exhauriat, sanguinem, & medullam ipsam, si potest exugat & exsorbeat, vt non pro populo excubet, sed populo incubet, vt in legibus ferendis non ad dignitatem, & ad id quod publice expedit, sed ad fiscum, & ad prædam suam, oculos intentos habeat: eum nos non rectorem, sed raptorem: non pastorem, sed lupum: non Regem, sed Tyrannum: non hominem, sed importunissimam, & taterrimam belluam, sed pestem ac perniciem Ciuitatis esse dicemus. Recte enim dicebat optimus Imperator Traianus, idem esse in republica Fiscum, quod in corpore lienem. non posse eum supra modum crescere, quin cætera membra contabescant. Longe igitur abest Aristoteles ab hac tam turpi, immaniq; sententia. neque cum dicit leges spectare id quod vtile est iis qui in Ciuitate imperant, eam vtilitatem dicit, quæ cum cæterorum damno ac detrimento coniuncta sit: sed eam potius, quæ totius Ciuitatis salus continetur. Quod vt magis perspiciatur, vt ar similitudine & perspicua, & valde, nisi me fallit animus, ad id quod docere institui, accommodata.

Cogi-

Digitized by Google

Cogitemus rempub. aut Ciuitatem similem esse corporum nostrorum, & singulos ciues singularum corporis partium rationem obtinere. Vt igitur non omnium corporis partium eadem est dignitas, ita neque ciuium. In corpore nostro quædam sunt non magni momenti, vt pili, vt vngues, vt dentes. Itaque capillum tondemus, vngues resecamus, dentes ipsos, si quando aut computruerunt, aut vehementius condoluerunt, eximi, euellique patimur. Tales sunt quidam etiam in republica ciues. Aliæ quædam partes sunt magni illæ quidem momenti, quasque nemo sanus non carissimas habet: sed tales tamen, vt sine eis viui possit: cuius generis sunt, aures, oculi, nares, manus, pedes. Itaque hæc quanquam valde amamus, tamen & dolorem sæpe aliquem eis afferri patimur, & eorum quædam interdum, salutis nostræ causa, æquo animo amittimus. Aliæ sunt in quibus vitæ ac salutis, quasi domicilium constitutum est: ita vt eis noceri sine manifesto interitus periculo non queat. tale sunt cerebrum, cor, pulmones, iecur. Ac quod sunt hæc in corpore, hoc sunt principes, ac rectores in republica. Quæ illis in corpore partibus vtilia, ac salutaria sunt, ea talia toti corpori censenda sunt. Sic & quicquid vtile est bono principi, idem etiam toti reipub. vtile est. Quod si casus aliquis partium vtilitatem separet ac distrahat: vt aliquid exempli causa, vtile sit oculis, aut cruribus, sed cordi, aut pulmonibus noceat, nemo dubitat, quin iis sit potius, in quibus plus momenti ad vitam est, consulendum. Sic & in reipublicæ procuratione ea potissimum quæren-

Digitized by Google

da sunt, quæ vere vtilia sint iis, à quibus ea gubernantur. Ex eis enim cæterorum quoque salus, & incolumitas pendet. Neque pugnant quæ à Socrate disputantur, cum iis, quæ hoc loco Aristoteles tradit, dum vtraque recte intelligantur. Sed Aristoteles, quasi aliud agens, tetigit tria genera rerumpublicarum, statum popularem, gubernationem optimatum, & imperium vnius. de quibus singulis alio loco dicendum erit. cum autem ait, Seu propter virtutem, seu quo tali modo, *ostendit, non vnam esse rationem eorum populorum qui ab vno reguntur. Quidam enim sunt, apud quos qui virtute cæteris aut antecellit, aut certe antecellere putatur, ei aut populi, aut certorum quibus eligendi ius est, suffragiis summa omnium rerum potestas permittitur: vt fit in pontificibus maximis, & vt aiunt fieri apud Polonos. & fortassis ita creantur imperatores. Apud alios Imperium hæreditarium est, & cuicuimodi sit, is qui mortuo principi suus, ac legitimus hæres est, imperat. vt fit in Gallia, & Hispania, & in plærisque Italiæ Ciuitatibus. & apud Lacedæmonios quamuis Reges suffragiis deligebantur, tamen erant semper ex genere Heraclidarum. Narrat etiam Aristoteles, quosdam Indorum populos in mandandis Imperiis olim formæ pulchritudinem, & corporis proceritatem solitos sequi.*

Quare vno quidem modo] Vel ex hoc perspici potest ea demum dici vtilia principibus, quæ publice vtilia sunt, siue, vt ipse hoc loco loquitur, ciuili societati. *Felicitatis autem partes quas dicat ex nullo melius,*

quam

Digitized by Google

quam ex ipso cognosci potest. Cuius è primo libro rhetorices hæc verba sunt. Εἰδὴ ὅτιν εὐδαιμονία τοιοῦτον, ἀνάγκη αὐτῆς εἶ) μέρη, εὐγένειαν, πολυφιλίαν χρηστοφιλίαν, πλοῦτον, εὐτεκνίαν, πολυτεκνίαν, εὐγηρείαν. ἔτι τὰς τοῦ σώματος ἀρετὰς, οἷον ὑγίειαν, κάλλος, ἰσχὺν, μέγεθος, δυνάμιν ἀγωνιστικὴν, δόξαν, τιμὴν, εὐτυχίαν, ἀρετὴν. ἢ καὶ τὰ μέρη αὐτῆς, φρόνησιν, ἀνδρείαν, δικαιοσύνην, σωφροσύνην, *quamquam enim illæ partes felicitatis magis singulos attingere videntur, non obscurum tamen est easdem esse partes felicitatis publicæ: & leges id spectare, vt hæc omnia, quoad eius fieri potest, aut in omnibus, aut in quamplurimis ciuibus reperiantur. Ac primum videre est, quasdam leges pertinere ad conseruandam nobilitatem ciuium. vt olim Romæ cautum erat, ne patribus cum plebe ius connubij esset, quamquam id postea sublatum est; & postea lege Iulia senatoribus libertinas, aut infames vxores ducere non licebat. L. lege Iulia Dig. de rit. nupt. Apud Venetos quoque non quascunque vxores hodie fas est nobilibus ducere. & ignominia quædam inuritur, si quis parum se dignam duxerit. ad amicitias parandas, & conseruandas pertinent leges omnes quæ de collegiis licitis latæ sunt. ad diuitias, omnia in quibus census, & facultatum ratio habetur. Vt apud Athenienses ij qui pauperrimi erant quos* thetas *vocabant nullum magistratum gerere poterant. & in hac vrbe prima classis erat opulentissimorum, & senator ex censu legebatur, eques ex censu. & decoctoribus in quattuordecim primis theatri gradibus sedere non licebat. quæ omnia excitare videntur ciuium animos ad*

Digitized by Google

rem familiarem honestis artibus parandam, conseruãdam, amplificandam. ad bonos liberos, illa lex Solonis, qua cauebatur, ne filius eum parentem, qui ipsum nulla arte imbuendum curasset, alere cogeretur. ad eorum copiam pœna τῆς ἀγαμίας apud Lacedæmonios, in hac vrbe leges de maritandis ordinibus, lex papea, poppea, immunitates quæ tribuuntur iis, qui tres, aut plures liberos habent. ad corporis virtutes, leges publicorum certaminum, ac ludicrorum. & apud Lacedæmonios leges περὶ τῆς ῥωμασίας. & illa quæ olim fuit apud Gallos, qua multabatur is cui venter supra modum excreuisset. Idem in ceteris facile videri potest. neq; nos omnia persequi, sed tantum rem ipsam propositis aliquot exemplis illustrare voluimus.

Imperat autem lex] Distinctius & enucleatius explicat id quod antea vniuerse dixit, leges omnia virtutum officia præscribere. proponit enim aliquot virtutes, ostenditque ea quæ cum illis coniuncta sunt legibus imperari. Atque in iis proponendis, quæ fortis viri esse ait, non iniuria suspicetur aliquis eum respexisse ad sacramentum quo olim Athenis ephebi adigebantur. eius enim hoc principium erat. οὐ καταισχυνῶ τὰ ὅπλα τὰ ἱερὰ, οὐδ' ἐγκαταλείψω τὸν παραστάτην ὅτῳ ἂν στοιχήσω. Ceterum deserere ordinem, quod Græci aut λιπεῖν τὴν τάξιν dicunt, vt hic, aut etiam vno verbo iuncto λιποτακτεῖν, duobus modis dicitur. nam & in acie, qui ordines turbat, locumque suum non obtinet, dicitur λιποτακτεῖν, & is qui munus aliquod publicum deserit ac subterfugit cum suæ partes sunt illius obeundi. Vlpianus in Olynthiacam

Digitized by Google

thiacam tertiam, λειποτάκτης, ὁ παρὰ τὴν μάχην καὶ τὸ στρατόπεδον τὴν τάξιν καὶ τοὺς συναστρατευομένους ἀπολιπών. Plato in symposio. ἐρῶν γὰρ ἀνὴρ ὑπὸ παιδικῶν ὀφθῆναι, ἢ λιπὼν τάξιν, ἢ ὅπλα ἀποβαλὼν ἥττον ἂν δήπου δέξαιτο, ἢ ὑπὸ πάντων τῶν ἄλλων. Posterioris significationis exempla aliquot sunt in oratione κατὰ μειδίου, vide etiam orationem Lysiæ κατ' ἀλκιβιάδου λειποταξίου. Prioris generis λειποτακτῶν pœna erat, vt interficerentur, & abiicerentur insepulti, quemadmodum Eustathius tradit in ô Iliados. posterioris generis pro muneris quod subterfugerant magnitudine pœnam infligi solitam puto. Militiæ quidem desertores varie puniri solitos è iurisconsultorum libris cognosci potest. L. non omnes desertores Dig. de re milit. De iis autem qui se in fugam dedissent, ita proditum est: eum qui in acie prior fugam fecit, spectantibus militibus, propter exemplum, capite puniendum esse. Fugit tamen aliquando Demosthenes, defenditque se illo notissimo versu,

Ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται.

Qui fugerit pugnabit etiam denuo.

Arma autem non tantum abiici, sed ne amitti quidem, aut alienari honeste posse, vel ex Modestino iurisconsulto intelligitur, à quo scriptum est, militem, qui in bello arma amisit, vel alienauit, si summo iure cum eo agat Imperator, capite puniri, sin humanius, militiam mutare. L. desertorem Dig. eod. tit. Immo vero cum cetera fere quæ in hostium potestatem venerũt, iure postliminij reuerti, ac recuperari possint, id in armis non obtinet. consuerunt enim ea non sine flagitio amitti. L.

2. de

Digitized by Google

2.de capt.postlim.& red.ab host. Ac puto apud Lacedæmonios, præcipue obseruatas esse summa diligentia eas leges, quæ ad fortitudinem pertinebant. eorum enim tota reipublicæ ratio ad virtutem bellicam potissimum dirigebatur: vt est apud Platonem 1.de legibus. Itaque multas mulieres Lacedæmonias legimus, cum filios suos abiectis armis è bello redeuntes vidissent, lanceas eis per pectora exegisse, eosque manibus suis confodisse. quarum etiam vna filio in bellum proficiscenti clypeum tradens: Fili, inquit, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς. id est, aut hunc ad me facito referas, aut in hoc ad me referare. Ergo hac disciplina imbuti trecenti ad Thermopylas, cum se infinitæ Persarum multitudini certi mortis opposuissent, diuque cum illis conflixissent, ad postremum non victi, sed vincendo fatigati, ipsis interfectoribus suis terribiles occiderunt. in quos Simonides:

Dic hospes Spartæ nos te hic vidisse iacentes:
Dum sanctis patriæ legibus obsequimur.

Leges igitur inuictam illam, & cedendi nesciam in eis animi fortitudinem effecerũt. Sed ea omnium Græcorum, Latinorumque monumentis satis superque celebrata est: nosque de ea plura & diximus alias, & dicturi sumus.

Imperant etiam leges ea quæ sunt temperantis: vt non facere adulterium. id autem qui fecissent, aliter olim apud alios puniebantur. Apud Locrenses ei qui adulterij conuictus esset, eruebantur oculi, conditore eius legis Zaleuco: de quo illud memoriæ proditum est, cum eam legem tulisset, primum qui aduersus eam commiserit,

Digitized by Google

ferit, fuisse filium ipsius. In quem cum pater, vt lege ageretur, imperasset, populus ipse misericordia motus, pro filio patrem deprecatus est. Ille vlterius inflecti non potuit, quam vt iuberet, vnum oculum filio erui, alterum sibi. Ita vnum ex oculis filij populo, vnum ex suis legi dedit: & paterna caritate patefacta, seueritatem tamen in obseruanda lege retinuit. Demonassa Cypriorum Regina lege sanxerat, vt mulier adulterij conuicta, tonderetur, & in lupanari ad omnium libidinem prostitueretur. Huius quoque filia prima maternæ legis pœnam tulit. Gortynij adulterum conuictum reliquo vitæ tempore lana coronatum infamiæ causa incedere iubebant: neque ei ad publicos honores patebat aditus. Lepræi adulteros triduo vinctos per ciuitatē ducebant: mulieres autem vndecim diebus in foro discinctas, & veste amictas pellucida stare cogebant, & vtrosque notabant infamia. Apud Arabas & Osroënos non tantum adulterij conuictæ occidebantur: sed ne impune quidem ferebant quæ aliquam suspicionem adulterij dedissent. Eusebius lib. 6. περὶ παραδοξ. Atheniensium legibus adulterum deprehensum interficere fas erat, vt è Plutarcho in vita Solonis, & Lysia in oratione de cæde Eratosthenis constat. id quod ita demum intelligendum est, si deprehensus esset ἐν ἔργῳ. L. Quod ait lex. Dig. ad l. Iul. de adult. cresc. seu vt ait iocans Lucianus, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχων. Alias pœnas videre poteris apud Horatium Sat. 2. lib. 1. & Scholiasten Aristophan. εἰς πολιτ. Lacedæmoniorum autem leges in hac parte mihi quidem absurdæ, ac ridiculæ videntur. Nam cum filios optimos,

&

Digitized by Google

& robustissimos habere cuperent, intelligerent autem id fieri non posse, si aut vterque, aut alter parentum vel ætate confectus, vel alioqui imbecillo corpore esset, hanc rationem, quam dicam, tenebant. Si quis apud eos senex, aut alioqui parum validus vxorem formosam ac florētem habebat, permittebat ei vt iuuenem aliquem honestum, ac formosum diligeret, cui faceret copiam sui. ipsemet si aliquem nactus erat ex animi sui sententia ducebat eum ad vxorem, hortabaturq; eos ad commiscenda corpora, idque in beneficij loco habebat: Eodem modo is, cui vxor erat honesta & formosa, interdum eam vtendam dabat amicis, quibus vxores aut deformes, aut steriles essent, ad liberos ex ea procreandos. Ita natos alebant, & educebant pro suis. Neque talia, aut ab alio petere, aut alij gratificari turpe ducebant. Quinetiam Lycurgum aiunt hac in re solitum irridere stultitiam aliorum hominum: qui si equam aut canem generosam habeant, omni studio quærunt canem aut equum optimum, ex quo illa grauida fiat: in vxoribus idem non faciunt. Cum tamen multo pluris interfit valentes, ac robustos liberos, quam canes, aut equos habere. Iis moribus cum vterentur. nullum adulterio supplicium proposuerant. Quinetiam Geradas quidam Lacedæmonius interrogatus à quodam hospite quonam apud ipsos supplicio afficerētur adulteri: ne sunt quidē, *inquit*, vlli apud nos adulteri. *Tum ille*, quid si quis existeret? Cogeretur, *inquit Geradas*, taurum pendere eius magnitudinis, vt capite supra Taygetum montem exerto, posset ex Eu-

rota

rota fluuio bibere. *Miranti, & quærenti quomodo vllus ea corporis vastitate reperiri posset:* Aeque facile, *inquit,* atque Lacedæmone vllus adulter esse. *Apud Romanos patri ius erat occidendi adulterum cum filia, quam in potestate haberet: marito autē non quemlibet. L. patri & l. marito Dig. ad l. Iul. de adul. cæs. Sed quid hac in re Romani obseruarint, melius è pandectarum libris cognósci potest. Damnatæ quidem adulteryj Romuli lege à viro, & cognatis ipsorum arbitratu necari poterant. quod qui lege Iulia confirmatum esse tradunt, errant. Posterioribus autem temporibus cogebantur togam induere, & præstare. togam enim è mulieribus ea tantum gerebāt, quæ impudicitiam profitebantur. vnde est illud è secunda Philippica,* sumpsisti virilem, quam statim muliebrem togam reddidisti. *& quæ à me in scholiis in eum locum iam pridem notata sunt. Verbo autem ὑβρίζειν, quod ego interpretatus sum,* alienæ pudicitiæ illudere, *stupra, & alias nefarias libidines intelligit, de quibus plura dicere non est animus. Ita autem* illudendi *verbo vtuntur optimi latinitatis auctores.*

In eos qui percussissent alium, eiue maledixissent, dabatur iure ciuili Romanorum actio iniuriarum. *& apud alios populos alia quæ ei respōderet: vt ὕβρεως, aut κακηγορίας.*

Quod ait Aristoteles, legem alia quidem iubere, alia autem prohibere: iurisconsulti quoque aiunt, legis virtutem esse, imperare, vetare, permittere, punire. *L. legis virtus Dig. de leg. & senatusc. & Chrysippus*

apud

Digitized by Google

apud Marcianum ait νόμον εἶναι προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν οὐ ποιητέον. Ex eiusque & Zenonis sententia Cic. 1. de legibus, & 1. de natura Deorum, ait, legem esse rationem summam insitã in natura, quæ iubet ea, quæ facienda sunt, prohibetque contraria.

Hæc igitur iustitia] *Hæc, inquit, iustitia, quæ est obtemperatio legibus, virtus perfecta, & omni ex parte absoluta est: cum leges, vt diximus, omnis virtutis præcepta contineant. non tamen simpliciter, sed quatenus ad tuendam, & conseruandam ciuilem societatem refertur. Perfecta virtus tribus modis dicitur. vno modo, quæ rudis, & inchoata non est, quales sunt quas naturales virtutes dicimus: vt cum dicimus in hoc, aut illo esse naturalem quandam fortitudinem, aut liberalitatem, sed confirmata consuetudine, & ad summum perducta. altero modo perfectam virtutem vocamus cumulum virtutum omnium. postremo virtutem perfectam vocamus legitimam illam iustitiam, de qua hic disseritur: quæ est quidem quodammodo eadem cum illa secunda: sed hoc tantum differt, quod illa considerãtur per se, hæc in quadam ad alium relatione.*

Ac neque hesperus] *Hæc iustitiæ commendatio poëticum quiddam olet. Sidus Veneris omnium pulcherrimum est, solis & lunæ, vt Plinius ait, æmulum. Id & mane, & vespere cernitur. mane vocatur* phosphorus, lucifer, matuta. *Vespere,* hesperus, noctifer, vesper, vesperugo. *Eius pulchritudinem minorem esse ait, quam pulchritudinem iustitiæ.* Virtus, *ait Plato,*

Digitized by Google

Plato; si oculis cerneretur, mirabiles excitaret amores sui. *& in prouerbio est:*

Iustitia in sese virtutem amplectitur omnem.

Iustitiæ virtus cumulatim est omnis in vna.

Hic versus à Theophrasto modo Theognidi, modo Phocylidi tribuitur. in Græco autem legendum est metri causa πᾶσ' ἀρετὴ ἔστι, *vt in Aldinis libris, non, vt in Florentinis,* πᾶσ' ἀρετή ἐυστι.

Et eo maxime perfecta virtus] *Perfecta virtus vsu cernitur, ac diiudicatur: estq; vsus quiddam quasi* γνώρισμα, *quo perfectam virtutem cognoscimus. itaq; quo latius patet virtutis vsus, eo ipsa perfectior censenda est. Inde igitur iustitiæ perfectio maxima intelligitur, quod eius vsus ad totam ciuilem societatem pertinet. Nam multos reperias qui in suis, ac domesticis reb⁹, satis commode se gerunt, vt cum vxore, cum liberis, ceterisque domesticis: in aliis quia rerum vsum non habent, idem præstare non possunt. At is, qui hac iustitia de qua loquimur præditus est, non tantum cum domesticis suis, sed etiam cum omnibus ciuibus ita se gerit, vt oportet: scit enim quid cuique debeatur, idque in tota viuendi ratione sequitur.*

Et propterea recte à Biante] *De hoc dicto ita scriptum est in prouerbiis græcis.*

Αρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσιν.

Επὶ τῶν πρὸ μὲν τῆς ἀρχῆς ἐπιεικῶν, ἐν αὐτῇ δὲ τὴ ἀρχῇ βιαίων γενομένων. σόλωνος δὲ εἶναί φασιν αὐτὸ ἀπόφθεγμα. ἀριστοτέλης δὲ καὶ θεόφραστος, βίαντος. *Creon apud Sophoclem in Antigone.* Αμήχανον δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἐκμα-

θεῖν ψυχήν τε καὶ φόνημα, καὶ γνώμην, περὶ ἂν ἀρχαῖς τε καὶ νόμισιν ἐν τριβῆς φανῆ. *quem locum explicans scholiastes, οἱ μὲν, inquit, χίλωνι τιθέασι τὴν γνώμην, οἱ δὲ βίαντι, ὅτι,*

Ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσιν.

Melius autem legatur. δείκνυσιν, an vt in libris florentinis scriptum est, &, vt ego interpretatus sum, δείξει, non facile dixerim. neque ad sententiam interest, illo modo est dimeter acatalecticus, hoc catalecticus, quales sunt plerique Anacreontis. Sed ad sententiam ipsam quod attinet, quod ille pater Terentianus ait, se non potuisse ingenium filij sui noscere,

Dum ætas, metus, magister prohibebant: neque
Denique, donec liberius viuendi fuit potestas,

Id in hominum vita latius patet, neque enim potest cuiusquam hominis ingenium plene, perfecteq; cognosci, dum priuatus est, neque eam facultatem habet, vt omnia more, ac modo suo facere audeat. Multorum enim libidines in priuata vita legum, ac iudiciorum metus domitas, ac compressas tenet: quæ postea in magistratu, atque imperio licentiam nactæ, erumpunt, produntq; se, & quasi solutæ vinculis, huc illuc & in suam, & in aliorum perniciem ruunt. Multi etiam fuerunt in omni ætate, qui diuturna virtutis, innocentiæ, frugalitatis simulatione, viam sibi ad amplissimos, maximosque honores munierunt, quos consecuti, retexerunt naturam suam, & quasi exuta persona, omnibusque inuolucris & integumentis nequitiæ abiectis, ac repudiatis pro modestia superbiam, & arrogãtiam, pro contemptu

Digitized by Google

temptu pecuniæ auaritiam, & rapacitatem, pro continentia libidinem, pro clementia crudelitatem prodiderunt. Itaque qui dum ad illum honoris gradum affectarent viam, vltro omnes obuios salutabant, iidem quod volebant consecuti, neminem agnoscunt, quos amplectebantur, vix eis obsculādam manum porrigunt, quos sibi fratrum loco semper fore iurabant, eos vix in mancipiorum numero habere dignantur: quodque omnium turpissimum est, quarum artium opinione illo conscenderunt, eas ipsas in aliis despiciunt, ac fastidiunt. Neque vsquam magis verum est, quod alicubi ait Plautus.

Fere maxima pars morem hunc homines habent:
Quod sibi volunt, dum id impetrant boni sunt.
Sed id vbi iam penes sese habent,
Ex bonis pessimi, & fraudulentissimi fiunt.

M. Cato ille Censorius in oratione, quam in censura de vestitu, & vehiculis habuit, cum alia multa sapienter, ac grauiter dixit, tum illud inprimis. Periurium est, *inquit,* cum mihi ob eos mores, quos prius habui, honos detur, vbi datus est, tamen vti eos mutem, atque alij modi sim. *Non ita multi: qui mutata veste, ac fortuna, ita repente alij fiunt, vt honorum accessione mores mutari factum iam sit tritum consuetudine prouerbium. Plerique enim vsque eo se dignos honoribus præbent, dum eos adipiscantur: adepti ita se gerunt, vt illud honoris insigne Circeum aliquod poculum fuisse videatur. Qualia mihi non nunquam intuenti, venit in mentem clamare, ô Bias, Bias.*

Digitized by Google

Merito es & apud ætatis tuæ homines, & postea in omni posteritate opinionem magnæ cuiusdam, ac singularis sapientiæ consecutus. Tu præclare intelligebas, multas esse in hominum animis latebras, multos recessus: multos reperiri, qui luxuriose, intemperanter, flagitiose viuere, superbiam, iniustitiam, crudelitatem exercere non tam nollent, quam aut non possent, aut non auderent: eos versare, & regere naturam suam ad tempus: vbi ad honores, & ad potentiam peruenissent, alios fieri: itaque de nullius natura, ingenio, moribus, satis certo iudicari posse dicebat, quamdiu priuatus esset, vt aurum igne aut lydio lapide, sic hominum ingenia, magistratibus, potestatibus, imperiis, explorari, & patefieri. Nam vt non attingamus exempla ætatis nostræ, orationemque abducamus ab iis, quæ quo plures sciunt in se dici posse, eo plures in se dicta suspitari queunt, Tiberium Cæsarem ita mutatum esse adepto imperio, accepimus, vt dictum sit ab historicis, eo neque meliorem seruum, neq; deteriorem dominum vnquam fuisse. *At contra Cimon Atheniensis cum in adolescentia stupidus, & excors habitus esset, populi suffragiis ad munera publica euectus, multa dedisse, & virtutis, & prudentiæ documenta dicitur. Ita in vtramq; partem verum est quod à Biante dictum esse Aristoteles ait, magistratus, & imperia eam vim habere, vt neque vitia, neque virtutes, eorum à quibus geruntur, atque obtinentur, occultas esse patiantur.*

Atque ob eam ipsam causam] *Capitalis, & pestifera olim multorum animos occupauerat opinio, iustitiam*

Digitized by Google

tiam stultitiam quandam esse, iniustitiam autem, quamodo cum consilio ac calliditate coniuncta esset, prudentiam vel maximam. quod qui defendebant, aiebant hominem iustum, negligere vtilitatem suam, aliorum commoda procurare, iniustum autem sibi prospicere, & ex aliorum simplicitate, ac stultitia commodum suum comparare. Hanc sententiam ita exprimit Iolaus apud Euripidem principio Heraclidarume

Παλαὶ ποτ' ὄζει τοῦτ' ἐμοὶ δεδογμένον.
Ὁ μὲν δίκαιος τοῖς πέλας πέφυκ' ἀνήρ.
Ὁ δ' εἰς τὸ κέρδος λῆμ' ἔχων ἀνειμένον,
Πόλει τ' ἄχρηστος, καὶ ξυναλλάσσειν βαρὺς,
Αὐτῷ δ' ἄριστος. *id est,*

Iam pridem ego hoc apud animũ statui meum,
Iustum virum aliis esse natum, non sibi,
At cuius animus fertur omnis ad lucrum,
Inutilis ille ciuibus quidem est suis,
Et contrahendis asper in negotiis,
Sibi sed ipsi optimus, & vtilissimus.

Itaque multa Thrasymachus apud Platonem 1. de repub. in eam sententiam disputat, ὅτι ἡ μὲν δικαιοσύνη, καὶ τὸ δίκαιον ἀλλότριον ἀγαθὸν τῷ ὄντι, τοῦ κρείττονος καὶ ἄρχοντός τε ξυμφέρον, οἰκεῖα δὲ τοῦ πειθομένου τε καὶ ὑπηρετοῦντος βλάβη. ἡ δ' ἀδικία τοὐναντίον, καὶ ἄρχει τῶν ὡς ἀληθῶς ἐυηθικῶν τε καὶ δικαίων. οἱ δὲ ἀρχόμενοι ποιοῦσι τὸ ἐκείνου ξυμφέρον κρείττονος ὄντος, καὶ ἐυδαιμονα ἐκεῖνον ποιοῦσιν. *Addit argumenta, quibus impiam illam, & sceleratam sententiam confirmet: quæ ex eo reperire non difficile est. Glauco etiam secundo eorum librorum vl-*

Digitized by Google

terius progreditur, ac contendit omnes homines, & si sedulo dissimulant, tamen ita sentire, neque se alia re, quam metu ab iniustitia abstinere, neminemq; esse qui si talem aliquem annulum habeat, qualem Giges habuisse dicitur, aut alio quo modo prorsus impune iniustus esse possit, nõ dicturus sit iustitiæ multam salutem, seque totum iniustitiæ, vt rei optimæ, atque vtilissimæ traditurus. Hæc omnia Socrates copiosissime, & accuratissime refutat: neque aliud fere in eis dialogis Platonis propositum est, quam vt per Socratis personam doceat, meliore semper conditione esse iustum, quam iniustum: & iustitiam cum omnibus multum, tum possessoribus suis plurimum prodesse: Ex iniustitia autem ad nullum plura aut grauiora mala, quam ad ipsum iniustum peruenire. Sed Aristoteles ex eo natam esse illam opinionem docet, quod iustitia ea facit, quæ aliis potius, quam ei, in quo est, prodesse videantur. Quod & Cicero ita expressit li. 2. de repub. Iustitia foras spectat, & proiecta tota est, atque eminet. *& in eodem libro.* Quæ virtus præter ceteras totam se ad alienas vtilitates porrigit, atque explicat.

Ergo pessimus quidem ille] *Non est dubium quin vt quisque agit in ea, in quæ agere difficilius est, ita maiore quadam vi in quoque genere præditum iudicetur. exempli causa, si è duobus gladiis vnus ligna modo scindat, & diuidat, alter etiam ferrum: maiorem in hoc, quam in illo scindendi, penetrandique vim esse statuemus, & cum audimus sublatum ab Ænea saxum tantæ magnitudinis, vt vix illud*

bis

Digitized by Google

bis sex lecti ceruice tulissent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus:

Ex eo intelligimus multo maius in eo robur, quam in posteris ætatis hominibus, fuisse. Ac ne in re perspicua sim longior, difficultas eius quod efficitur, vim eius à quo efficitur arguit. Cum igitur vix quisquam vsque eo improbus reperiri posse videatur, vt in eo improbitas vincat eam quæ cuique à natura indita est in suos beneuolentiam & caritatem, si quis existat eiusmodi, pessimum eum esse, & singulari quadam improbitate præditum iudicamus.

Qui fallere, ait Terentius, *insuerit patrem,*
Aut audebit, tanto magis audebit ceteros.

Ita qui in vxorem, aut in patrem, aut in liberos, in fratres, in amicos erit iniurius, multo se minus ab imponenda iis, quibus nullo tali vinculo coniunctus est, iniuria abstinebit. Sed non vt ex eo maxima quædam iniustitiæ vis cognoscitur, si in eos quoque grassetur, quos carissimos habere debet, ita & ea maxima, & perfectissima iustitia habenda est, si quis se in suos iustum præbeat. immo vero is iustissimus, qui non tantum in suos, sed etiam in alienos talis est. id enim difficile est. & qui iustus est etiã in alienos, multo magis talis erit in suos. Sed quid est, quod ait Aristoteles. IN SE IPSVM, *cum vt infra docebitur, nemo in se ipsum neque iustus, neque iniurius esse possit? An eo loquendi genere eos qui quodammodo idem nobiscum esse videntur intelligit? Tales autem sunt parentes: eorum enim ipsi pars sumus: liberi: sunt enim pars nostri: vxor: efficitur enim vnum,*

Digitized by Google

& idem cum viro: fratres: ab eodem enim semine oriundi sunt: & sunt quibus videatur frater dictus esse, quasi fere alter: *(quod tamen lepidum, & acute excogitatum potius videtur esse, quam verum:) amici: scitum est enim illud Pythagoræ,* ὁ φίλος ἕτερος ἐγώ: *vt quod eis quisque boni, aut mali facit, id ipse sibi facere videatur. Aristotelis græca leuiter deprauata esse arbitror. quod enim vulgo legitur,* τοῦτο γὰρ ἔργον χαλεπὸν, *puto, mucosum, vt ita dixerim, esse, deberique* ἀπομύττεσθαι, *abstersa illa voce* χαλεπὸν. *quam glossam esse ostendunt libri quidam, in quibus scriptum est,* τοῦτο γὰρ ἔργον τοῦτ' ἔστι χαλεπὸν. Εργον *autem sæpe idem valere quod* ἐργῶδες, *aut* χαλεπὸν, *ita notum est, vt putidum sit in eo probando velle operam sumere, & ita quoq; à Latino poëta dictum est.*

Hoc opus, hic labor est.

Hæcigitur iustitia non pars] *Quæ hic dicuntur, satis per se aperta, & perspicua sunt: nisi quis sibi forte id apertius ostendi postulet, quod in extremo dicitur esse quædam, quæ re eadem sint, sed ratione differant, in quo tamen nihil obscuritatis est. Idem homo est, & filius, & pater: non tamen eadem ratione: sed huius filius, illius pater. Cum medicus seipsum curat, idem est qui curat, & qui curatur: non tamen eadem ratione curat enim vt Medicus: curatur vt ægrotus. Sic eadem animi conformatio, vocatur & virtus simpliciter, & iustitia legitima non eadem tamen ratione: sed quatenus refertur ad alium, iustitia, quatenus est talis quidam habitus, virtus.*

Que-

Digitized by Google

Quærimus autem eam iustitiam] *Nunc demum ingreditur in id, quod sibi proprie, ac præcipue in hoc libro proposuit, vt disserat de ea iustitia, quæ certa quædam siue pars, siue species virtutis est, deq; ea iniustitia, quæ ei aduersatur.* Nomen *autem* generis *aut* totius, *interdum proprie ad aliquam partem accommodari, neque nouum, neque inusitatum est. In categoriis* diathesis, *id est, affectio, diuiditur in affectionem proprie dictam, & habitum.* Adoptionem *iurisconsulti diuidunt in eam, quæ proprie adoptio dicitur, & in arrogationem. l. 1. Dig. de adopt. Iidem cognatorum eos qui per virilis sexus cognationem coniunguntur,* agnatos *vocant, eos, qui per fœminas nullo proprio nomine afficiunt, sed cognatos vocant. l. iurisconsultus Dig. de grad. & ad finibus. Ità* genus, *& certam quãdam generis partem eodem vocabulo notant. Nos quoque* iustitiam, *& commune quoddam nomen esse dicimus, quo omnis virtus continetur, & certam tamen quandam virtutem eodem nomine adficimus. Michaël Ephesius hoc ipsum alio quodam simili illustrat. ait enim ita proprium esse huius virtutis id nomen, quod ceterarum quoque commune est, vt olim nomen* hominis, *quod omnibus hominibus commune est, cuiusdam olympionicæ proprium fuit. Id male à quibusdam accipitur, qui putant eum, qui vicisset olympia, quocunque tamen nomine vocaretur, cum victor pronuntiaretur à præcone, non suo proprio, sed communi omnium nomine hominem vocari solitum esse. In quo errore versatus est etiã vir clarissimus & ornatissimus Fran-*

Digitized by Google

cisciis Connanus, cap. 2. lib. 1. commentariorum iuris Ciuilis. quod tamen à me quasi vituperandi ipsius causa dictum accipi nolim. non enim mirum est, si homini in grauissimarum rerum tractatione occupato, quas ita persequebatur, vt quemadmodum Apellis Venerem nemo repertus est qui auderet absoluere, ita iis, quæ ille inchoata immatura morte præreptus reliquit, nemo vnquam vltimam manum impositurus esse videatur, aliquid excidit, quod olim puer in grammaticorum commentariis legerat. in aliis, qui hoc litterarum genere præcipue censentur, idem minus ferendũ est. Nam vel ex verbis Michaëlis ipsius intelligere poterant, eum non de omnibus olympionicis, sed de certo alioquo loqui: cum ait: ἐκεῖνος ὁ ὀλυμπιονίκης. *quod ipsum satis ostendunt verba Aristotelis è septimo ethicorum, vbi de hoc ipso ita loquitur.* ὥσπερ Ἀνθρωπος ὁ τὰ ὀλύμπια νικήσας. ἐκείνω γὰρ ὁ κοινὸς λόγος οὐ ἰδίῳ μικρῷ διέφερεν, ἀλλ' ὅμως ἕτερος ἦν. *Omnem autem dubitationem tollit Eustathius in Iliados* λ, *cuius hæc verba sunt,* ὀλυμπιονίκης τις κατὰ κωμωνυμίαν ἐκλήθη Ἀνθρωπος. *Sed nos ad institutum reuertamur.*

Esse autem, id argumento est] *Disputaturus de ea Iustitia, quæ pars virtutis est, primum ostendit eam esse. id enim in omni disputatione primum esse, docet ipse in posterioribus Analyticis. Esse autem ostendit ex eo, quod est quædam iniustitia, quæ certum quoddam vitium est. Vnde fit, vt sit & iustitia quædam, quæ ad virtutem eodem modo affecta sit, vt illa ad vitium. Atq; ad hanc rationem docendi ipse sibi viam muniuit, cum prin-*

Digitized by Google

principio huius libri docuit, ex vno contrariorum alterum sæpe cognosci. *Esse autem talem quandam iniustitiam, probat tribus argumentis, quæ ordine explicaturi sumus. Eorum igitur hoc primum est in secunda figura. Nullus eorum qui agit aliquid eorum, quæ ad cætera vitia pertinet, πλεονεκτεῖ. aliquis iniuste faciens πλεονεκτεῖ, aliquis igitur iniuste faciens, nihil agit eorum, quæ ad cætera vitia pertinent. Aut igitur omni se iniustitia contaminat, aut certa aliqua iniustitiæ parte, cui idem quod toti nomen est. non est autem primum. secundum igitur. primam illam sumptionem probat tribus exemplis: quorum in primo illud nō indignum est, quod notetur. summam olim infamiam fuisse eorum, qui clypeum abiecissent, quos contumeliæ causa ῥιψάσπιδας vocabant. Plutarchus in Pelopida. οἱ δὲ τῶν Ελλήνων νομοθέται τὸν ῥίψασπιν κολάζουσιν, οὐ τὸν ξίφος οὐδὲ λόγχην προέμενον, διδάσκοντες ὅτι τοῦ μὴ παθεῖν κακῶς πρότερον, ἢ τοῦ ποιῆσαι τοὺς πολεμίους ἑκάστῳ μέλειν προσήκει] χαλεπότητα malui vertere* asperitatem, *quam, vt alij,* iracundiam. *nam iracundiam puto esse ὀργιλότητα. & ita hoc nomine Horatium vsum censeo in illo versu,*

Asperitatis, & inuidiæ corrector & iræ.

Illud quoque animaduersione dignum est, eum qui illiberalitate ab ope alij ferenda retardatur, videri iniuste facere, & aduersus leges. Quamuis enim nulla eius rei actio legibus prodita est, non obscurum tamen est eum facere aduersus legem naturæ, quæ omnibus hominibus inter se quandam, vt Iurisconsulti aiunt, cognationem consti-

Digitized by Google

constituit. l. vt vim Dig. de iust. & iur. Quinetiam id Charondas Cataneus in legibus suis posuerat. in quibus hæc leguntur. Ἐπαινείσθωσαν δὲ καὶ εὐδοκιμείσθωσαν ὅσοι ἂν ὄντες εὔποροι τοῖς ἐνδεεστέροις ἐπαρκῶσιν, ὡς τέκνα καὶ ἀμύντορας σώζοντες τῆς ἑαυτῶν πατρίδος. ἐπαρκείτωσαν δὲ τοῖς διὰ τύχην πενομένοις, καὶ μὴ διὰ βίον ἀργὸν καὶ ἀκρατῆ. ἡ μὲν γὰρ τύχη πᾶσι κοινόν. ὁ δὲ ἀργὸς, καὶ ἀκρατὴς βίος κακοῖς ἀνδράσιν ἴδιος. *id est.* Laudẽtur autem, & bona existimatione sint quicunque ex diuitibus tenuiorum inopiam sustentant. vt qui patriæ suæ filios propugnatoresque seruent. suppeditent autem iis, qui fortuna ad inopiam redacti sint, non iis, qui ignauo, & luxurioso viuendi genere. Nam fortuna quidem omnibus communis est: ignauia autem, & luxuriosa vita malorum hominum propria.

Præterea si duorum] *Aliud argumentum quo idem probat. Videtur autem ita esse perspicuum, vt in eo declarando opera sumenda non sit. Tertium autẽ hoc est.*

Præterea omnia alia] *Præter iniustitiam illam vniuersam.*

At si lucrum fecit] *Lucrum dicit illicitum & inhonestum:*

Vnde constat] *Quomodo quam antea homonymã dixerat, nunc, quasi mutata sententia, synonymã esse dicit? Intelligendum est, inter ea, quæ plane homonyma sunt, & ea, quæ plane synonyma, esse quædam, quæ mediam quodammodo naturam obtinent. ea modo synonyma, modo homonyma dicuntur. quatenus enim communis*

Digitized by Google

munis quædam eorum ratio, & natura est, synonyma dicuntur: rursus quatenus non prorsus eadem, homonyma. Vt iustitia vniuersa, & ea, quæ pars virtutis est, synonymæ sunt, quatenus earum vtraque virtus quædam est; quæ refertur ad alium. at quatenus illa latius patet, hæc angustior, & adstrictior est, homonymæ.

Sed hæc quidem in honore] *Salutis nomine hoc loco intelliguntur omnia quæ ad vitam tuēdam necessaria sunt: siue, vt simus, siue vt bene & commode simus. Quod autem addit,* & voluptatem, quæ capitur ex lucro, *eo pertinet, quod omnis virtus moralis versatur, περὶ ἡδονὰς, καὶ λύπας: vt dictum est lib. 2.*

Non vnam igitur esse iustitiam] *Hæc ita perspicua sunt è superioribus, vt nulla declaratione indigere videantur.*

Cum igitur iniustum] *In quadam admirabili exemplarium tum veterum, tum recentium varietate secutus sum eam scripturam, quæ mihi visa est optima. est autem hæc. ἐπεὶ δὲ τὸ ἄνισον, καὶ τὸ παράνομον ὐ ταυτὸν, ἀλλ' ἕτερον ὡς μέρος πρὸς ὅλον (τὸ μὲν γὰρ ἄνισον ἅπαν παράνομον, τὸ δὲ παράνομον ὐ πᾶν ἄνισον) καὶ τὸ ἄδικον, καὶ ἡ ἀδικία, &c. quæ scriptura, vt mihi quidem videtur, & veram, & perspicuam sententiam continet. Quæ ab aliis interiiciuntur de comparatione τοῦ πλέονος καὶ τοῦ ἀνίσου, vera quidem sunt, sed nihil, vt arbitror, faciunt ad id quod hic docetur.*

Ergo iustitia illa quidem] *Quod vulgo legitur ἡ μὲν οὖν κατὰ τὸν ὅλον ἀρετὴν τεταγμένη, malo legere, vt in aliis libris scriptum reperio, τεταμένη. In his autem decla-*

Digitized by Google

declarandis opera abutendum non puto: cum ea tantum ipsa breuiter repetantur, de quibus supra satis fuse disputatum est.

Totius autem virtutis] *Primum admonebo me hic legere* περὶ παιδείας τῆς πρὸς τὸ κοινὸν, *non vt vulgo* περὶ παιδείαν τῶν πρὸς τὸ κοινόν.

Antiqui legumlatores multa legibus sanciebant, de ratione adolescentum educandorum: eamque vel plurimum momenti habere ad salutem reipub. iudicabant. cum enim ea firmissime in animo hærere soleant, quæ à teneris annis imbibuntur, qualiscunque tandem prima illa educatio fuerit, tales etiam in omnem vitam mores, taliaque studia consequi constat. Ætas autem succedit ætati: deficientibusq; iis qui nunc rempublicam administrant, alios in eorum locum substitui, ac succedere necesse est. Qui si apte, & accommodate ad eam rempublicam, in qua nati sunt, educati erunt, non temere quicquam in ea nouarum rerum molientur, sed eam, qualem acceperunt à maioribus, talem studebunt etiam posteris tradere: neque quorum vna, eademque in pueritia fuerit omnium institutio, valde vmquam eorum in tractandis publicis negotiis sententiæ discrepabunt. Sin, ea tota re neglectui habita, alij aliis moribus imbuti, atque instituti ad rempubl. accedent, dum quo sua quemque natura ducet, eo etiam Ciuitatis formam inflectere conabitur, non mediocre periculum est, ne variis discordantium, ac dissidentium opinionum, quasi flatibus agitata, in vno, eodemque statu diutius permanere non possit.

Itaq;

Digitized by Google

Itaque apud Platonem in Euthyphrone Socrates, primam in ciuitate curam instituendæ iuuentutis esse debere pronuntiat: & libro septimo de legibus Athenienſis ille hoſpes, ſiue ille Plato, ſiue quis alius eſt, ait, Si iuuenes, vt oportet, educati ſint, atque educentur, bene ac proſpere ſucceſſura omnia: ſin minus, ea euentura, quæ ipſe ne dicere quidem vult, ne ei quam inſtituit ciuitati videatur male ominari. *Ariſtoteles quoque principio libri octaui politicorum, & hac de re idem ſentit quod Magiſter, & magnopere commendat Lacedæmonios, quod in inſtituendis publice pueris plurimam operam collocarent. Quod quidem de Lacedæmoniis, & ex Plutarcho in vita Licurgi, & melius etiam è Xenophonte in commentario, quem de ipſorum republica ſcripſit, cognoſci poteſt. Pro variis autem reipub. generibus variam quoq; eſſe inſtituendi rationem oportet. Vbi enim æquo omnes iure vtuntur, ita aſſuefaciendi ſunt, vt olim alternis vicibus & parere, & imperare poſſint: vt neque ipſi plus poſſe ſe quam cæteros velint, neque, quantum in ipſis erit, quemquam alium ad eam potentiam, vt vnus cæteris imperet peruenire patiantur. Vbi optimatum conſilio omnia gubernantur, ita, vt ab eorum qui præſunt voluntate, ac iuſſis pendeant, eos obſeruent, eis pareant, quod ipſi ſciuerint, ab eo diſcedere nefas putent. Vbi vnus rerum potitur, vt eì omnibus in rebus obtemperent, vt ipſius iuſſa, non hominis iuſſa, ſed Dei propemodum alicuius oracula eſſe exiſtiment, neque quod ipſi placuerit id iuſtum nec ne ſit dubitare fas ducant. Atque in iis quidem*

Ciui-

Digitized by Google

Ciuitatibus vbi communis imperandi, & parendi vicissitudo est, communis quædam omnium institutio esse debet: vbi alij semper imperant, alij semper imperio parent, aliter hos, aliter illos institui, atque educari consentaneum est. Illa igitur publica institutio quæ ad ipsum reip. genus dirigitur, & accommodatur, effectrix est totius virtutis, id est, iustitiæ illius vniuersæ de qua tam multa iam diximus. Ingenerat enim in animis amorem quendam patriarum legum talem, ac tantum, vt suas quisq; optimas putet, neque eas vllo modo mutari velit: Itaque qui in regno educati sunt, vnius imperio parere optimum ducunt: qui in populari republica ab vnius auctoritate pendere, mortis instar putant. Tantum educatio virium habet. Sed illa quidem publica bonos ciues efficit, & amantes earum legum, quibus patria sua vtitur. Est alia quædam priuata, & respiciens ad ea tantum, quæ simpliciter, & absolute pulchra, atq; honesta sunt. Hæc viros bonos efficit, neq; vt illa superior, pro rerum publicarum varietate alia, atq; alia est, sed omnibus locis eadem. Nullus est enim locus, in quo non eos qui viri boni futuri sunt ad iustitiam, ad fortitudinem, ad temperantiam, ad liberalitatem, ad omnem denique honestatem institui oporteat. Neque hæc alia sunt in regno, alia vbi præsunt optimates, alia vbi populus: sed eadem vbicunque terrarum, natura enim constant. De hac priuata cuiusq; disciplina ait Aristoteles fore vt posterius disputetur, nũquid ea ad ciuilem facultatem an ad aliam quandam pertineat. Nam in perfecta quidem, & optime tempe-

rata

rata repub. eiusdem facultatis est bonos ciues efficere, & bonos viros. Illic enim is demum bonus ciuis est, qui vir bonus. At in vitioso, & deprauato reipub. statu aliud est bonum virum esse, aliud ciuem bonum. Nam bonus ciuis est qui præsentem reipub. statum maxime amat, eumq; modis omnibus conseruare conatur. At ea quæ vitiosa sunt, viro bono placere non possunt. Itaque Dio Syracusanus eo quidem ingenio, ac moribus fuit, vt neminem ex omni vetere historia eo meliorem, atque omni virtute ornatiorem virum proferri posse arbitrer. idemque in repub. bene temperata optimus, ac præstantissimus ciuis fuisset. Sed Syracusis cum omnia vnius impuri, atque impotentis adolescentuli libidine gererentur, bonus ciuis esse non poterat. Non facile dixerim, cum hæc vrbs olim innumerabiles viros omni virtutis laude cumulatos extulerit, quem eorum M. Catoni anteponere debeamus. Is & semper vir optimus, & dum stetit respub. optimus ciuis fuit. In regno, aut tyrannide nunquam viuere potuisset. Itaque vitam proiecit, ne Cæsarem regnantem videret. Selgam Lacedæmoniorum in Pisidia Coloniam fuisse accepimus, cuius omnes ciues erant viri boni. Id si verum est, (aliter enim ab aliis traditum est) oportet eundem ibi fuisse & optimum virum, & optimum ciuem. Contra Philippus Macedonum Rex oppidum quoddam in Thracia condidisse dicitur, in quod omnes, quos improbissimos cognouerat, congregabat. idque ex re poneropolim, id est, improborum ciuitatem nominauit. Eo si casu vir bonus aliquis deductus esset, nunquam sane in illa æterrimo-

Digitized by Google

rum hominum colluuione bonus ciuis esse potuisset. Hoc igitur est, quod Aristoteles ait non idem esse bonum virum, & bonum ciuem πάντῃ, *id est, vt ego interpretatus sum,* quocunque in loco. *Sed ea de re plura lib. 3.*

Iustitiæ autem illius] *Diuidit eam iustitiam, quæ certa quædam virtus est in duo genera, quorum vnum cernitur in distributione honoris, pecuniarum, & similium inter ciues: alterum in iis negotiis, quæ homines inter se contrahunt, ad æqualitatem dirigendis. in illo habenda est ratio personarum: vt tantum cuique tribuatur, quantum pro dignitate debetur. In hoc non spectatur personarum dignitas: sed tantum res ipsæ. exempli causa, in emptione, ac venditione non laboramus qua dignitate sit is, qui emit, aut qui vendit: sed tantum quanti res ipsa sit, vt cum ea pretium adæquetur. Sed de his agetur postea. Nomen* συναλλάγματος, *quo hic Aristoteles vtitur, latius hic patet, quam apud iurisperitos. Illi enim* συνάλλαγμα contractum *modo vocant, id est, vbi vltro citroque obligatio est, vt venditionem, locationem, & similia. l. Iuris gentium. Dig. de pactis. l. labeo. Dig. de verb. significat. Itaque subtiliter distinguunt eas obligationes, quæ nascuntur ex contractu, aut quasi contractu, ab iis, quæ ex maleficio, aut ex quasi maleficio. At Aristoteles ea omnia vno* συναλλάγματος *nomine comprehendit. vt constat ex ea diuisione, quæ proxime sequitur.*

Huius autem partes] *Ea iustitia, quæ in synallagmasin*

Digitized by Google

masin ad æqualitatem dirigendis cernitur duplex est. Nam synallagmatum alia sponte fiunt, quæ dicuntur ἑκόντα, *alia inuite, quæ* ἀκόντα. ἑκόντα *sunt, quibus consensus vtriusque contrahentium principium dedit: vt quæ hic enumerantur, quorum singillatim naturam attingere fortasis non ab re erit.* Venditio *igitur est cum vt res accipiatur datur pecunia. l.* Naturalis *Dig. de præscrip. verb. l. 1. Dig. de oblig. & act. Hanc sponte institui constat. Vendere enim rem suam inuitus cogitur nemo. l.* Non enim æquum est. *Dig. de act. rer. amot. Quod ostendit & Terentius in Adelphis, his verbis.*

Quid si ego illam nolo vendere, coges me?

Eademque ratio emptionis. Mutuum *est, cum alienum rei nostræ, earum quæ functionem in suo genere recipiunt, dominium in alium transferimus, ea conditione, vt nobis aut eadem, aut eiusdem generis alia æque bona reddatur. l. 2. & l. 3. Dig. si cer. petitur.* Fideiussio *quid sit, ita explicat Caius lib. 2. aureorum. l. 1. Dig. de oblig. & act. Aut proprio nomine quisque obligatur, aut alieno. qui autem alieno nomine obligatur, fideiussor vocatur. & plerumque ab eo quem proprio nomine obligamus, alios accipimus, qui eadem obligatione teneantur, dum curamus, vt quod in obligationem deduximus, tutius nobis debeatur.* Cõmodamus *quod vtendum damus, itaq; Græci commodatum* χρῆσιν *vocant. neq; quicquam interest cõmodare, & vtendũ dare, nisi quod illud in rebus tantũ mobilibus dicitur, hoc etiã in reb. soli. l. 1. Dig. commod.* Depositũ *est, quod custodiendum datũ est. l. 1. Dig. Dep.* Locatio

Digitized by Google

& condictio vno μισθώσεως nomine à Græcis comprehenduntur. Locamus autem cum pro rei nostræ vsu, aut pro opera nostra de mercede, quam exigere debeamus, conuenimus. Quod autem dicunt, interdum non eum qui locat, sed eum qui conducit, mercedem accipere, inane est. nam qui opus faciendum conducit, operas suas locat. Hæc autem ἐκώσια dicuntur, quod principio liberum est contrahentibus vtrum velint facere: & si postea multa sunt, quæ facere coguntur etiam inuiti. vt venditor rem tradere, emptor pretium soluere, vt illud Chilonis dictum etiam consecratum fuerit: ἐγγύα πάρα δ' ἄτα. itidemq; in cæteris. Sed vt dixi, principij ratio habetur.

Eorum autem quæ fiunt inuite] Hæc omnia iurisconsulti non synallagmata, sed maleficia, aut crimina vocarent. Aristoteles autem synallagmata, sed acusia, id est, inuite facta. quoniam præter alterius eorũ, quorum res agitur voluntatem. Itaque cum dictum sit libro tertio inuitum aliud esse per ignorantiam, aliud per vim, horum quoque in aliis ignorantiam, in aliis vim intercedere videmus. Non erit autem alienum, vt in superioribus fecimus, ita in his quoque vniuscuiusq; naturam breuiter, & strictim attingere. Furtum ait Paulus. l. 1. Dig. de furtis; est contrectatio fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius possessionisue. Adulterium proprie in nuptam committitur, vt stuprum in Virginem, aut in viduam. l. inter liberas Dig. ad l. Iul. de adult. seruum alienum corrumpit, qui dolo malo tale aliquid persuadet, quo

eum

eum deteriorem faciat. l. 1. Dig. de ser. corr. Venefici, homicidæ, Falsi testes in crimine capitali, iure Romano, lege Cornelia de sicariis coercentur. toto tit. Dig. ad l. Cornel. de sic. Sed quid vocat Aristoteles lenocinium? *si enim id quod vulgo, habere mulieres prostitutas ad omnium libidinem, ex quibus quæstum faciat, clandestinum id esse non potest. sed potius dicere videtur solicitationē alienæ vxoris ad adulterium, inscio marito. In violentis mortem cum numerat,* mortis *nomine cædem intelligit.* περιπαλακισμὸν *verti* contumeliam. *ea aut in reposita est, aut in verbis. in re vt cum Demosthenes ait:* ὕβεισμαι μὲν ἐγὼ καὶ περιπεπλάκισαι τὸ σῶμά τ' ὑμὸν, *significans colaphum sibi à Midia impactum: in verbis, vt apud Sophoclem in Oedipo Tyranno,*

Πρὸς ταῦτα κ᾽ Κρέοντα, κ᾽ τὑμὸν σόμα
Περιπλάκιζε.

Vtroque modo apud Romanos dabatur actio de iniuriis.

Quando autem & iniustus] *Ostendit iustum æquale esse: argumento à contrariis ducto: quod videlicet iniustum sit inæquale. Vis autem huius argumenti pendet ab eo loco, qui traditur primo Topicorum,* Contraria de contrariis dicta probabilia esse.

Cum autem æquale] *Syllogismus est in prima figura, quo probat iustum medium quoddam esse.*

Quoniam autē, quæ statim sequuntur eo pertinent, vt ostendatur iustum in quadam analogia situm esse, idcirco mihi priusquam ea explicare ingrediar, de Ana-

Digitized by Google

logia, quid sit, quotuplex quam sit, quantum ad hæc tractanda satis, & breuiter disserendum est. Analogia *est quatuor numerorum inter se cum quadam æqualitate comparatio. Eam & si poteram latine* proportionem *dicere, malui tamen retinere vocem græcam.*

* * *

Hanc de Analogia disputationem desiderari doleo. Erat enim magnus hic hiatus, siue nondum auctor limasset, sine per negocia describere non vacauit. Itaque petendam censeo, quando aliud non licet, è Michaëlis Ephesij, Diui Thomæ, Donati, Acciaioli, Petri Victorij, & aliorum commentariis.

Videtur autem quibusdam] *Examinat opinionem Pythagoreorum de iustitia, ostenditque tum quid in ea insit vitij, tum etiam quomodo intellecta vera esse possit. Illi igitur censebant absolute, ac simpliciter ius esse talionē: id est, vt quod quisq; alij fecisset, idem ipse pateretur. Habet hæc sententia primo aspectu magnam probabilitatis speciem, estq; vt quodam loco Aristoteles loquitur* εὐόθαλμος ἀκοῦσαι. *Videtur enim summam æqualitatem efficere. Itaq; multis auctoritatibus nititur. Primum enim communi hominum sententia comprobari videtur: multaq; dicta in ore sunt omnibus, quæ tale quiddam significant: vt,*

Ab alio expectes alteri quod feceris:

Et, vt sementem feceris, ita metes. *& apud Iurisconsultos celebre est,* quod quisq; iuris in alium statuerit, eo vt ipse vtatur, *quo in Edicto summam ait Vlpianus esse æquitatem. Deinde diuinarum quoq; litte-*

Digitized by Google

litterarum auctoritate ius hoc confirmari videtur, in quibus ita scriptum est, Oculum pro oculo, dentē pro dente, manū pro manu, pedem pro pede, adustionē pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore. *Exod. 21. & alibi.* Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum, sicut fecit, sic fiet ei. Fracturā pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur. *Leuit. 24. Deut. 19. Ergo hoc senserunt Pythagorei: & Rhadamanthyos quoq;, quem iustissimum fuisse aiunt, eandem in iudicando rationem fuisse accepimus, quæ hoc versu Hesiodio continetur,*

Εἰ κε πάθοι τὰ κ' ἔρεξε δίκη τ' ἰθεῖα γένοιτο.

Et lege 12. tabul. videtur idem ius cōstitutum fuisse. ita enim in eis scriptum erat, SI MEMBRVM RVPIT MEVM, E PACTO TALIO ESTO. *Sed & Locrēses Epizephyrij eod. iure vtebantur: & si postea id correxerunt. quod qua occasione factum sit, non est ab hoc loco alienum recensere.*

Locrensibus leges tulerat Zaleucus, qui cum intelligeret nihil tam periculosum esse in republica, quam abrogatis vetustis legibus, nouas ferre, statuit, vt qui nouam legem rogare vellet, collo in laqueum inserto id faceret, & si quidem lex iusta & honesta ab eo ferri videretur, id illi impune esset, sin minus, fracta laqueo gula interiret. Rem totam grauiter, & luculenter narrat Demosthenes orat. aduersus Timocratem, his verbis, vt ea quidē Germanus interpres latine reddidit. Narrabo

rabo vobis Iudices, quo pacto Locris leges ferre soleāt, nihil enim vobis nocuerit exemplum tale aliquod audiuisse, tale præsertim, quo laudata Resp. vtitur. Nam illi, vsque adeo censent veteribus legibus vtendum, & instituta patria ornanda esse, non ad cuiusuis libidinem, & iniuriarum impunitatem leges ferendas, vt si quis legem nouam rogare velit, collo in laqueum inserto, id facere cogatur, Quæ lex si honesta, & vtilis videtur: auctor eius viuit & abit; sin minus, periit, constricto laqueo. proinde nouas rogare leges non audent: sed veteribus religiose vtuntur. ac longissimo tempore, Iudices, vna lex apud eos noua perlata esse fertur. Nam cum ibi receptum esset, si quis excussisset alteri oculum, vt & ipsi oculus excuteretur, nec id supplicium vlla redimi pecunia posset; quidam cōminatus fertur inimicus inimico, vnum oculū habenti, se illi eum vnum oculum excussurum. Eas minas luscus ille ægre ferens, cum sibi in cœcitate vitam morte acerbiorem fore putaret, fertur ausus esse ferre legem: Si quis oculum lusco excusserit, illi contra, vtrumque eripiendum: vt pari calamitate, vtrique conflictentur, & hanc solam legem sanxisse ferūtur Locrenses, amplius, quam ducentis annis.

Est & apud eundem oratorem, de legibus non temere antiquandis, nouisq; condendis locus insignis in ea, aduersus

Digitized by Google

uersus Leptinem. Sed hoc agamus. Illi igitur ita cognouerunt euenire posse vt in talione iniustitia inesset.

Multis autem argumentis intelligi potest, quod hoc loco ait Aristoteles, talionem neque ad id ius, quod in distribuendo, neque ad id, quod in corrigendo situm est: & idem semper pro eodem reddi neque posse, neque debere. Horatius Cocles solus in ponte sublicio irruentum in vrbem hostium vim sustinuit. Si iustum esse statuas idem ipsi fieri, quod ipse fecit, quomodo tandem id consequeris? C. Mucius manum suam combussit, & admiratione virtutis suæ, Regem illis temporibus potentissimum, & infensissimum populo Romano pacem facere coëgit: quid ei facies, si talionem ius esse statuas? Quid Codro, quid Deciis, quid ceteris, qui se pro patria deuouerunt? liberauit te aliquis letali morbo laborantem: alius à piratis redemit, vt iustus in vtrunq; sis, hac quidem ratione oportebit illum quidem ægrotare, te vero medicum fieri: & qua ipse fortuna in te curando vsus est, eandem in ipso curando experiri: hunc autem in piratarum manus, ac potestatem venire. Pater te genuit, & educauit; nunquid vt in eum iustus sis idem te illi facere oportebit? est qui alienam vxorem corruperit. hanc quisquam iustitiam esse dicat, vt eius vxor vicissim ab eo, cui hæc imposita iniuria est, adulteretur? Quid autem si qui adulterium fecit, vxorem non habeat? Cæsari in Hispania siti confecto cum ad fontem potissimum accedere non posset, miles quidam aquam periculo salutis suæ petitam in galea attulit. huic videlicet Cæsar si in eum iustus esse vellet, plenam aquæ ga-

Digitized by Google

leam reddidisset. Dario in fuga esurienti cibarius panis datus est. debuítne, si ad meliorem fortunam peruenisset, ei à quo eum acceperat, tandundem panis reddere? Piget plura congerere: cum innumerabilia nullo negotio congeri possint. sed mihi venit in mentem illud Aristotelis è tertio de partibus animalium: ἔυηθές ἐστι τὸ τοὺς εὐήθεις τῶν λόγων λίαν ἐζετάζειν.

Hoc quoq; loco accreuerant multa. ita enim in quibusdam libris legitur. τὸ δ' ἀντιπεπονθὸς οὐκ ἐφαρμόττει οὔτε ἐπὶ τὸ νόμιμον, οὔτε ἐπὶ τὸ πολιτικὸν. πολιτικὸν δὲ λέγω τὸ κοινωνικὸν. τὸ δ' ἀντιπεπονθὸς οὐκ ἐφαρμόττου οὔτε ἐπὶ τὸ διανεμητικὸν δίκαιον, οὔτε ἐπὶ τὸ διορθικόν. *quod silentio prætermisissem, (etenim iampridem ab aliis purgatus erat hic locus) nisi ex hoc, & similibus locis existimari vellem, quæ quorundam hominum in hoc libro deprauando, aut arrogantia, & impudentia, aut stupiditas & inscitia fuerit. Lege* περὶ ῥαδαμάνθυος. *quæ apud Poëtas & Historicos peruulgata sunt.*

Multis enim locis] Aliquot exemplis ostendit multa euenire in quibus talio manifestam iniustitiam contineat. Cum Vlysses apud Homerum Iliad. β. Græcos huc illuc fugientes partim verbis castigat, partim etiam percutit, non fuisset æquum eum ab iis quos percutiebat, vicissim percutiet cum ephori Lacedæmoniorum eos quos nequiter aliquid agentes deprehenderant, verberabant, iniustum fuisset, ipsos quoque vicissim verberare. Et si quis magistratum percutiat, is non percuti modo, sed etiam supplicio affici debet, qua de re multa grauiter, & copiose dicuntur à Demosthene, κατὰ μεδίου.

Præ-

Digitized by Google

Præterea multum interest] *Aliud argumentum, quod ita explicatur à Gellio cap. 1. lib. 20. Ictus fortuitus, & consultus non cadunt sub eiusdem talionis similitudinem. Demosthenes* κατὰ μειδίου. τῷ δράσαντι δὲ οὐκ ἴσην τὴν ὀργὴν ἀνθ' ἑκὼν ἂν τἄκων, ἔταξεν ὁ νόμος. ἐπεὶ δ' οἱ φονικοὶ τοὺς μὲν ἐκ προνοίας ἀποκτανάντας θανάτῳ, καὶ ἀειφυγίᾳ, καὶ δημεύσει τῶν ὑπαρχόντων ζημιοῦσι, τοὺς δ' ἀκουσίως ἀνέσεως καὶ φιλανθρωπίας πολλῆς ἠξίωσαν. *Cicero 1. de officiis.* Sed in omni iniustitia per multum interest, vtrum perturbatione aliqua animi, quæ plerumq; breuis est, & ad tempus, an consulto, & cogitato fiat iniuria. Leuiora enim sunt ea, quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea quæ meditata, & præparata inferuntur.

Sed in communitatibus] *Postea quam ostendit quid vitij insit in sententia Pythagoreorum, docet nunc, quomodo accepta, vera esse possit. Atque in distributionibus quidem talioni locus omnino nullus est. Sed in commutationibus dici potest, iustam esse talionem, si modo ad proportionem, non ad æqualitatem exigatur: id est vt non semper idem fiat cuique, quod quisque fecit: sed aliquid, quod ei pro portione respondeat. idque tum in beneficiis, tum in iniuriis intelligendum est. exempli causa, si quis me aut artem aliquam docuerit, aut morbo affectum sanauerit, vt ei gratiam referam, & paria cum eo faciam, non opus erit eum vicissim à me aut doceri, aut sanari: sed aliquid aliud ei tribui, quo ipsius opera compensetur. Itemque si quis mihi colaphum impegerit,*

Digitized by Google

rit, non iubebit Iudex ei vicissim à me colaphum impingi: sed eum fortassis tantæ pecuniæ damnabit mihi, quanta ad illam improbitatem coërcendam, & ad factam mihi contumeliam aliqua ratione compẽsandam satis esse videatur. Tali vicissitudine ciuitatum coniunctio continetur. Æquum est enim, vt & vlciscatur se is cui imposita iniuria est: alioqui seruitus videtur, cum accipienda, & mussitanda est iniuria: &, vt qui ab alio boni aliquid accepit, aliquid ei vicissim tribuat. neque enim quisquam facile reperietur, qui societatem sibi vllam intercedere cum quoquam velit ea lege, vt suæ semper sint partes tribuendi beneficij, nunquam recipiendi. Notum est illud Epicharmi, χεῖρ χεῖρα νίπτει: & δός τι καὶ λάβετι. & illud Hesiodi:

Καὶ δόμεν ὅσκεν δῶ, καὶ μὴ δόμεν ὅς κεν μὴ δῶ;

Et similia, quibus indicatur vtilitatum communicatione, hominum societatem contineri. Hic quoque aliter lego, quam vt est in vulgatis exemplaribus. In eis enim legitur. ἢ γὰρ τὸ κακῶς ζητοῦσιν, εἰ δὲ μὴ, δειλεία δοκεῖ εἶναι, εἰ μὴ ἀντιποιήσει, ἢ τὸ εὖ, εἰ δὲ μὴ, μετάδοσις οὐγίνεται. Ego autem illud, εἰ μὴ ἀντιποίησει deleo: vt inculcatum ab aliquo, qui declarare voluerit illud Aristotelis, εἰ δὲ μὴ. Abest autem etiam à quibusdam veteribus libris.

Quocirca & Gratiarum] Officiorum vicissitudinem inter ciues esse debere docuerunt ij, qui primi gratias *retulerunt in Deorum numerum, eisque templa posuerunt. etenim nihil est tam proprium gratiæ, quam officium pro officio reddere: idque, vt ait Hesiodus.*

Αὐτῷ

Digitized by Google

Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, αἰκεδύνηαι.

Atque hoc ipsum significat Aristoteles, cum ei, qui beneficium accepit, primum quidem faciendum esse, vt vicissim demereatur officio aliquo eum qui gratificatus est: deinde vt eum etiam nouo aliquo officio prouocet. Imitari enim debemus agros fertiles, qui id, quod acceperunt, reddunt cum fœnore.

Est autem hoc loco mihi dicendum aliquid de gratiis: *ne quid, quantum in me est, prætermittatur, quod ad Aristotelem intelligendum pertineat. Eas igitur quidam duas fecerunt Hegemona & Auxo, cum significarent, ei, qui beneficium accepisset, omni ope conandum, vt illud auctius, cumulatiusque rependeret ei, qui princeps fuisset ad bemerendum. Alij tres, vnam quæ bene meretur, duas quæ beneficium referunt, idque propter eam ipsam, quam modo dixi, causam eas pingebant aut nudas, aut solutis ac pellucentibus tunicis: quod beneficia aperta esse debent. ridentes, quod hilari animo dandum est. iuuenes, & vt Homerus loquitur ὁπλοτέρας, quia nunquam debet beneficiorum memoria senescere. Consertis manibus, quod continuari debent beneficia, & ad dantem redire. Nomina earum Hesiodus hæc prodidit, Æglen, Euphrosynen, Thalian. At Homerus Iliados ξ earum vnam vocat Pasithean. Neque de parentibus eorum conuenit. sed subtiliorem harum rerum peruestigationem grammaticis, quorum propria est, relinquentes, alia persequamur.*

Efficit autem] Rursus id quod docere vult geometrarum more, oculis subiicit. est autem tota res facilis, si

quis

Digitized by Google

quis intelligat, id quod nemini paulum modo in litteris versato ignotum est, diametron vocari lineam, quæ quadratum diuidit in duo trigona æqualia. qualis est in proposita descriptione ea, quæ ab A, ad D, aut à B, ad C. porrigitur, ac pertinet.

Ergo si primum exæquata] *id est, erit iusta permutatio, & qua neuter se læsum conqueri possit. lego autem græcè τὸ ἐκείνῳ ἔργῳ, non vt alij, τῷ ἐκείνῳ ἔργῳ, & paulo post, τὸ ἀυτῷ, non, τῷ ἀυτῷ.* Sin minus, *id est, sin autem non exæquentur, sed simpliciter alterum altero mutetur,* Non æquum est, neque consistere potest. *alter enim iacturam, alter lucrum iniuste facit.* Nihil enim prohibet præstantius esse vnius opus opere alterius. *vt domus multo pluris est quã calceus.* Oportet igitur hæc exæquari. *antequam fiat permutatio.* Hoc autem, *quod in architecto, & sutore ostendimus.* Locum habet etiam in aliis artibus. tollantur enim funditus, nisi & is qui facit. *qui opus artifici suo effectum cum alio permutat.* Faciat tantum, & tale, *quantum & quale est id, quod pro eo acceptures est:* Et is qui accipit, accipiat, & tantum, & tale. *quantum videlicet, & quale est id, quod pro eo persoluit. Atque his verbis, quæ hic optime quadrant, superius non suo loco posita totam sententiam perturbabant, nihil aliud significatur, quã peritura artes, nisi artificum operibus pretium pro cuiusque dignitate statuatur. Sed in illis ἔταχε τοῦτο καὶ τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον, illud τοῦτο redundare arbitror. Iam cum Aristoteles græce dixerit τὸ πάθος, καὶ τὸ ποιοῦν, ego tamen,*

Digitized by Google

tamen, vt sententia facilius perciperetur, genera mutare veritus sum. quod mihi æquos harum rerum æstimatores facile ignoturos esse confido.

Non enim ex duobus] *Si societas constaret tantum ex hominibus eiusdem artis, fieri posset vt sine vllo discrimine talioni inter eos locus esset. traderent enim inter se operas mutuas. neque quisquam in eo laudaretur, si tanti esset opus opera vnius, quanti alterius. Nunc plerunq; constituuntur societates è diuersis artificibus iisque inter se minime æqualibus: vt, exempli causa, ex medico, & agricola. Immo vero Ciuitas, quæ præcipua est omnium societatum, aliter constitui, quam ex diuersis artificibus non potest. Oportet igitur aliqua ratione exæquari opera eorum, antequam permutatio fiat.*

Quare oportet] *Fieri non potest vt exæquentur res, nisi inter se contendantur ac comparentur. omnia autem quorum permutatio est, exæquanda sunt. omnia igitur comparabilia esse oportet. Atque huius rei causa homines nummi vsum excogitarunt: vt quoniam rei ipsæ non semper commode comparari poterant, nummo, tanquam communi quadam mensura, ad dimetiendum omnium rerum æstimationem vterentur, nulloque negotio cognoscerent, quanto quæque res pluris, aut minoris altera esset, & quot res vnius generis ad vnam alius generis adæquandam requirerentur. Si enim par calceorum duobus denariis venditur, modicus autem frumenti viginti denariis. constat pro vno frumenti modio, vt permutatio iusta sit, danda esse decem pa-*

ria

Digitized by Google

ria calceorum. Quod autem Græce legimus ἐφ' ᾧ τὸ νομισμὰ ἐλήλυθε, καὶ γίνεταί πως μέσον, malo vt in aliis libris est pro ἐφ' ὅ legere ἐφ' ᾧ, & pro μέσον, μέτρον. & si non nego illa quoque ferri posse. sed in discrepantia librorum libera, vt opinor, iudicia esse debent.

Oportet igitur] *Oportet igitur quam rationem habet architectus ad sutorem, id est, quo plus laboris, temporis, pecuniæ consumit in faciendo opere suo, quam sutor, aut etiam quo præstantius opus efficit, tot calceos ei pro opere suo dari. Sed cum architectum tantum nominasset, postea subiunxit,* cum domo, aut alimento, *quasi dixisset*, quam rationem habet architectus, aut agricola ad sutorem. *quod puto de industria factum esse, vt ostendat, nihil interesse cuiusmodi artifices sint. in omnibus enim eandem tenendam esse rationem. Id enim nisi fiat, id est, nisi exæquentur eorum opera, non erit permutatio, saltem iusta, neque communitas. statim enim is cuius opus pluris est, à tali communitate abhorrebit. Id autem non erit, id est, nunquam exæquabuntur, nisi quodammodo, id est, vi, & potestate, æqualia sint. Quare oportet vnum aliquid esse, quo vtamur in omnibus rebus dimetiendis, vt ante dictum est.*

Ea autem est] *Communis mensura omnium rerum, quæ permutantur, duplex est: naturalis vna, altera hominum ingenio excogitata. Naturalis mensura est,* indigentia: *quæ quo maior, minorúe est, eo quæque res pluris, minorisúe habet. Vt si frumento egemus, vino abundemus: multum vini dabimus pro pauco frumento,*

Digitized by Google

to, sin contra, multum frumentum pauco vino mutabimus. Ita igitur quæque res pluris, minorisúe est, prout ea magis, minusúe indigemus. Eius rei hoc argumentum esse vult Aristoteles, quod si homines aut nullius rei indigeant, aut non similiter indigeant, futurum est, vt aut nihil inter se permutent, aut non eodem modo permutent, quo, si indigerent. Sint duo, quorum vtrique nihil desit eorum, quæ habet alter, constat inter hos nullam permutationem fore. causa enim permutandi est, vt quo tu abundas, ego egeo, id abs te accipiam, aliquidq; tibi pro eo rependam. Fac, egere quidem vtcunque, sed non similiter egere. Nempe oportebit eum, qui maiore inopia premitur, descendere ad conditiones eius, qui ita eget, vt tamen carere possit. itaque longe alia futura permutatio est, quam si vterque altero æque egeret. Ex quo intelligitur, veram, & naturalem mensuram omnium rerum, quæ permutantur, esse indigentiam. Cui quidem præclaram sane laudem tribuit Aristoteles, cum ait ea omnia contineri. Si enim singulis hominibus omnia quæ ad bene, beateque viuendum requiruntur, ex se ipsis suppeterent, ita vt nullus ab alio neque vtilitatem vllam, aut commodum, neq; fructum vllum iucunditatis percipere posset, nulla plane inter eos esset vitæ societas, nulla communio. Nunc natura quæ eos inter se vellet necessitudine quadam implicatos, ac colligatos teneri, ita totam rem temperauit, vt neque quisquam ita copiosus, locuplesque sit, qui tenuiorum vtilitatibus carere, neq; quisquam ita nudus, & egenus, qui non aliquem sui vsum præbere etiam abun-

d dan-

Digitized by Google

dantissimis possit. Ita summos cum infimis, opulentissimos cum pauperrimis mutua vtilitatum perceptione copulauit. Vt non immerito apud facetissimum veteris comediæ scriptorem Aristophanem in Pluto gloriari videatur paupertas, se hominibus bonorum omnium causam esse.

Successit autem] *Fieri semper non poterat, vt cum ego abs te aliquid consequi vellem, haberem aliud, quo tu similiter indigeres. Ne igitur ea res commutationibus impedimẽto esset, excogitarunt homines summum, eumque quasi communi quodam consensu, ac conuentione substituerunt, ac suffecerunt in indigentiæ locum. Ita vt si mihi quidem opus sit aliqua re tua, neque vllam habeam, qua tibi vicissim sit opus, non tamen idcirco oporteat te à contractu mecum ineundo retardari. Possum enim tibi pro re tua dare aliquid eiusmodi, quod tibi quacunque tandem re, aut nunc, aut postea egeas, ad eam parandam vsui esse possit. Hæc est altera illa communis omnium rerum, quæ sub permutationem cadunt, mensura, quam hominum ingenio excogitatam diximus. Nummum autem quis primus percusserit, scire si quis auet, legat Agricolam in libro* de pretio metallorum, & monetis, *qui omnia ad hanc rem pertinentia diligentissime persecutus est.*

Ob idque vocatur] *Nummi ipsius græca appellatio ostendit eum, non natura, sed hominum instituto valere. vocatur enim νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει. ἀλλὰ νόμῳ. Itaq; possunt homines illius vsum mutare. Vt aureos nummos videmus aut edicto principum, aut etiam tacito*

populi

Digitized by Google

populi consensu modo pluris, modo minoris esse. possunt etiam nummum plane inutilem reddere. vt multarum vsus, aut vetustate, aut principum constitutionibus sublatus est. & Licurgus aureos, & argenteos nummos Lacedæmoniis prorsus inutiles reddidit, cum instituit, vt ferreo tantum nummo vterentur. Non igitur naturalis est vis, ac potestas nummi. nam quæ naturalia sunt, hominum voluntate neque tolli, neq; mutari queunt.

Erit autem mutua] Vt si agricola duplam rationem habet ad sutorem, etiam in permutando opus sutoris habeatur tantum pro dimidia operis agricolæ. Fuisset autem hoc modo apertior oratio, si dixisset: vt quam rationem habet agricola ad sutorem, eandem habeat opus agricolæ ad opus sutoris. sed tamen nihil interest. reuera enim cum duo inter se comparantur, vnica tantum est proportio inter illa: & si duobus nominibus afficitur. vt inter duo, & quatuor, est vnica tantum proportio. sed quæ eadem cum sit, vocatur dimidia, si à duobus incipias; dupla si à quatuor. eodem plane modo, quo idem est actio, & acceptio siue perpessio: ascensus & descensus, iter Athenis Thebas, & Thebis Athenas.

In figuram autem] De sententia huius loci inter omnes conuenit: quamuis quidam legant δεῖ ἄγειν, quidam ὃ δεῖ ἄγειν. in qua librorum, & opinionum discrepantia, malui eos sequi qui particulam ὃ delent. Hoc igitur ait, ducẽdos esse in figuram analogiæ, id est, comparandos inter se artifices, & eorum opera, antequam permutent: alioqui fore vt alterum, aut potius vtrumque extremum (valde enim vereor, ne vbi legitur ἕτε-

Digitized by Google

ον legendum sit ἐκάτερον) id est, vterq; permutantium habeat vtramque exsuperantiam, id est, & plus & minus. Alter enim plus dabit minus accipiet; alter plus accipiet, minus dabit.

Sed cum sua habeat] *Sed cum ad hæc quisque suum habet, ante videlicet, quam permutent, sic tamen sunt æquales, non quidem re, & vt vulgo loquuntur, actu, sed potestate. possunt enim ad æqualitatem redigi.*

Sublata autem] *Nihil enim eam magis continet, quam mutua illa vtilitatum perceptio:*

Indigentia autem] *Illud, ac si vnum quiddam sit, videtur aut ad indigentiam, aut etiam ad societatem hominum referri posse. cetera per se satis plana sunt.*

In permutationem] *Si ego eo quod tu habes egeam, tu eo quod ego habeo, in præsentia non egeas: do tibi nummum quasi sponsorem: vt certo scias, si quando vsus venerit, vt tu quoque egeas meo, te id à me, eodem illo dato sponsore consecuturum.*

Id autem accidit] *Quemadmodum indigentia certa, ac stabilis mensura esse non potest: propterea quod eadem re alius eget, alius non eget, & idem eadem re modo eget, modo non eget, aut etiam aliquando magis ea indiget, aliquando minus: ita nummus quoque videtur incertus, & instabilis esse. Iactatur enim frequenter, & modo pluris est, modo minoris. sed tamen stabilior videtur. ideoque eo potius vtimur.*

Quare oportet] *Quarum rerum certa, & definita pretia sunt, earum facillima permutatio est. neq; enim ambigitur, quantum vnius pro altera dandum sit. at*

vbi

Digitized by Google

vbi pretium incertum est, discordiæ ac dissensiones existunt: cum fere homines permutaturi, sua pluris, aliena minoris æstimare soleant. Vt igitur permutandi ratio facilis, & expedita sit, oportet omnibus rebus, quoad eius fieri potest, pretia publice constituta esse.

Nummus igitur] *Symmetra dicuntur, quæcunque eadem mensura metiri possumus. Asymmetra autem quorum nulla communis mensura reperiri potest: vt diametros, & latus quadrati. Euclides lib. 10. Nummus igitur symmetra omnia efficit, quoniam eo metimur, quanti quæque res sit.* Symmetra & symmetrian *etiam latine loquens dixi, quia latinas voces quibus illæ exprimantur, nullas esse arbitror. nisi forte quis symmetrian* commensum *vocet, in quo habebit auctorem Vitruuium. neq; me quidem piguisset eum sequi, si potuissem æque commode dicere* symmetra. *Quidam hoc loco interpretantur symmetrian aptam quandam rerum compositionem & conuenientiam: quam interpretationem neque probo, neque refellendam esse duco.*

Neque enim communicatio] *Sententia per se aperta est. sed adnotanda est orationis concinnitas, quæ in græco magis etiam apparet. Rhetores* gradationem *vocant: cuius hoc ex Caluo afferunt nobile exemplũ.* Non ergo magis pecuniarum repetẽdarum quam maiestatis, neq; maiestatis magis quam Plautiæ legis, neque Plautiæ legis magis quam ambitus, neque ambitus magis quam omnium legum iudicia perierunt.

Reuera igitur] *Græca quibusdam in libris ita leguntur.*

Digitized by Google

tur. Οἰκία ἐφ' ἧς α̅. μναῖ β̅. κλίνη γ̅. τὸ δὴ α̅ ϛ̅ β̅ ἥμισυ, οἱ πέντε μνῶν ἀξία ἡ οἰκία ἢ ἴσον. ἡ δὲ κλίνη ἡ δίκατον μέρος τὸ γ̅ ϛ̅ β̅. δῆλον τοίνυν πόσαι κλίναι ἴσον οἰκίᾳ, ὅπη πέντε. *In aliis breuius, & ,ni fallor, dilucidius, hoc modo.* Οἰκία ἐφ' ᾧ α̅, μνῶν πέντε. κλίνη ἐφ' ᾧ β̅ μνᾶς ἀξία. κλίνη δὲ πέμπτον μέρος οἰκίας ἔςαι, δῆλον τοίνυν, &c. *quæ scriptura & veteri interpreti magis placuit, & mihi.*

Hanc autem] *Quod hic dicit Aristoteles, id ab eo acceptum, his verbis Paullus iurisconsultus exponit. L. 1. Dig. de contra. empt.* Origo emendi, vendendiq; â permutationibus cœpit. olim enim non ita erat nummus: neq; aliud merx aliud pretium vocabatur. sed vnusquisq; secundum necessitatem rerum ac temporum vtilib' vtilia permutabat. quando plerunque euenit, vt quod alteri superest, alteri desit. sed quia nõ semper nec facile concurrebat, vt cum tu haberes, ꝗ ego desiderarẽ, inuicem ego haberẽ, quod tu accipere velles, electa materia est, cuius publica, ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationũ æqualitate quãtitatis subueniret. *Et paulo post ad eãrem cit at versus Homeri ex Iliad. H.*

Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο κατ' ἐκπρόοντες Ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αὖθι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δ' ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βοείῃσι,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι. *quos ita interpretemur licet.*
Inde parant igitur Græci sibi vina comantes,
Ære alij, ferro autem alij, pars terga boum, pars,
Ipsas læta boues Bacchi pro munere mutat,
Pars etiam captos bello. *Atque*

Digitized by Google

Atque hac in re illud obseruatione non indignum est, veteres illos, cum aliis, quoq; rebus nummorum loco vti solerent, nulla tamen re sæpius quam pecoribus vsos esse. Ergo & Homerus cum quanti essent Glauci & Diomedis arma, significare vellet, illa quidem vocauit ἑκατόμβοια, *hæc vero* ἐννεάβοια. *Et cum viri vxoribus, non vt nunc fit, vxores viris dotem dare solerent, Alphesibœan vocarunt puellam ea forma præditam, vt inueniret, qui sibi multos boues dotis nomine dare vellent, cuius generis etiam nomina sunt* πολυμήλη, πολύβοια. *Et verba quibus Græci in emendo & vendendo vtuntur, fere à pecore ducta sunt.* πωλεῖν, vendere, ἀπὸ τῶν πώλων, *id est, à pullis equinis.* ὠνεῖσθαι, emere ἀπὸ τῶν ὄνων, *mutata litera breui in longam.* ἀγνυδς redimere. ἀπὸ τῶν ἄρνων, *id est ab agnis.* Mulcta, *ait Varro*, etiam nunc bubus & ouibus dicitur, *& eadem de re Plinius:* Multa, *inquit*, non nisi oujum, boumq; impendio dicebatur. *Non omittenda priscarum legum beneuolentia. Cautum quippe est, ne bouem priusquam ouem nominaret, qui diceret multam. Festus.* Ante æs, aut argentum signatum ob delicta pœna grauissima erat duarum ouium, & triginta boum. *eam legem sanxerunt T. Meneinius Lanatus, & Sex. Capitolinus Consules. quæ pecudes, quam ære signato vti cœpit populus Rom. Tarpeia lege cautum est, vt bos centussibus, ouis decussibus æstimaretur. Gellius cap. 1. lib. 11.* Coniectare autem ob eandem causam possumus, quod Italia tunc esset armentatissima, multam, quæ ap-

Digitized by Google

pellatur ſuprema, inſtitutam in ſingulos dies duarum ouium, triginta boum, pro copia ſcilicet boum, proq; ouium penuria. Sed cum eiuſmodi multa pecoris, armentique à magiſtratibus dicta erat, adigebantur boues, oueſque aliâs pretij pauci, aliâs maioris: eaque res faciebat inæqualem multæ punitionem. Idcirco poſtea lege Ateria conſtituti ſunt in oues ſingulas aëris deni, in boues centeni. Minima autem multa eſt ouis vnius. Suprema multa eſt eius numeri, cuius diximus: vltra quem multam dicere in dies ſingulos ius non eſt: & propterea SVPREMA appellatur, id eſt ſumma, & maxima. Quãdo igitur nunc quoque à magiſtratibus populi Rom. more maiorum multa dicitur vel minima, vel ſuprema obſeruari ſolet, vt oues genere virili appellentur. Atque ita M. Varro verba hæc legitima, quibus minima multa diceretur, concepit: M. TERENTIO QVANDO CITATVS NEQVE RESPONDIT, NEQVE EXCVSATVS EST, EGO EI VNVM OVEM MVLTAM DICO, ac niſi eo genere diceretur, negauerunt iuſtam videri multam. *Hæc Gellius. Ego autem iis rebus omnibus hanc ſubeſſe cauſam puto quod priſcorum hominum diuitiæ maxima in parte in pecoribus ſitæ erant, eorumque* illuſtriſsimus quiſque, *vt ait Varro*, paſtor erat. *Vnde & πολυβότας, πολύβους, ἐυμήλους, πολυμήλους, πολύαρνας vocabant,*

Digitized by Google

quos diuites volebant intelligi. Populus Rom. din admodum nulla vectigalia percipiebat, nisi è pascuis. Vnde etiam postea aucta repub. propagatoq; Imperio, cum multis ex aliis rebus vectigalia caperentur, omnia tamen, ex quibus populus reditus habebat incensorum tabulis pascua *vocabantur. Neq; aut ouis illa aureo vellere, ad quam rapiendam profecti sunt Argonautæ, aut aurea Hesperidum mala, quæ rapuisse Hercules dicitur, quicquam aliud significant, quam summam illis temporibus pecudum caritatem. Ea ipsa causa fuit, cur & à pecore* Pecuniam *dixerint, & primos nummos ouium, boumq; effigie signauerint. Bouem quidem apud Athenienses, & apud Delios nummi genus quoddam fuisse constat: vnde & bouem in lingua habere dicebantur, qui pecunia corrupti tacebant.*

Ne illud quidem prætermittendum est, permutationis nomen commune esse multis contractibus. nam & in locatione vsus rei, & pretium, aut opera, permutationem numerari à iurisconsultis inter contractus innominatos, l. Iuris gentium. Dig. de pactis. nihil enim interest inter contractum, do vt des, *& permutationem, nisi quod permutatio latius etiam patet: nam etiam cum emimus, aut vendimus, rem pretio mutamus, & cum locamus, aut conducimus, vsus rei mutatur itidem pretio: & in pleriq; aliis contractibus idem perspici potest. Itaq; in permutatione solo consensu non contrahitur obligatio. l. 1. Dig. de rerum permut.*

Quæsitum est autem ab hominibus eruditis, vtrum magis è re humani generis fuerit, durare veterem illam

Digitized by Google

permutandarum rerum consuetudinem, an conflari ac percuti nummos. Plinius aperte pronuntiat ætatem illam sibi feliciorem videri, qua res rebus permutabantur, nummusq;, qui postea factus est omnium scelerum, omniumq; flagitiorum interpres quasi quidam, & sequester ignorabatur. Verior tamen eorum sententia videtur, qui negant nummis adscribenda esse hominum vitia, neq; propterea deterrentur quominus vsum nummorum antiqua illa permutatione commodiorem esse pronuntient. quam sententiam vir doctissimus Agricola tribus argumentis confirmat. Primum quod nummus longe est ad pretia rerum adæquanda ipsis rebus accommodatior. Deinde, quod minoribus plerumque impensis pecuniæ paucæ, & paruæ portari, & vehi possint, quam multæ, magnæque merces. Postremo, quod nonnullæ gentes nostris rebus non indigent, quarum tamen rebus nos indigemus. Neque tamen obstat moneta quo minus etiam nunc mercatores si velint, res rebus mutare possint. Sed satis iam, vt opinor, hac de re disputatum est.

Quid igitur iniustum] *In omnibus, quos ego quidem viderim libris ita tantum legitur.* Τὶ μὲν οὖν τὸ ἄδικον, καὶ τὶ τὸ δίκαιόν ἐστιν εἴρηται. *Sed cum constet hic demum concludi totam disputationem* περὶ τοῦ ἀντιπεπονθότος, *neq; postea de eo verbum vllum fieri, censeo verba illa, quæ aliquando post leguntur,* πῶς μὲν οὖν ἔχει τὸ ἀντιπεπονθὸς πρὸς τὸ δίκαιον εἴρηται πρότερον, *loco suo mota, ac deiecta esse, & in eum restituēda, quare illinc quidem deleo. hoc autem loco lego.* Τὶ μὲν οὖν τὸ ἄδικον, καὶ τὶ

τὸ

τὸ δίκαιόν ἐστι, καὶ πῶς ἔχει τὸ ἀνταπεπονθὸς πρὸς τὸ δίκαιον, εἴρηται: *Nimis me audacem fortasse aliquis iudicabit. Sed suus cuiq; sensus: mihi quidem ipsa rerum coniunctio, & continuatio aliter constare non videtur. In iis autem quæ proxime sequuntur, quasi summam quādam facit eorum, quæ hactenus disputata sunt, & addit alia quædam eis consentanea cum ait:*

Hij autem definitis] *Medium autem inter plus & minus, est analogum, id est, quod cuiq; proportione debetur, quod quidem iustum esse docuimus.*

Non eodem modo] Hæc quoque ab aliis præter missa adieci.

Ceteræ sunt inter duo extrema distincta. hic iniustitia vtrumq; extremū occupat. Nam Iudex siue plus, siue minus aliis tribuat, quam oportet, iniustus est. In contrahendis tamē negotiis non & qui plus, & qui minus aut petit, aut obtinet, iniustus est: sed is tantum, qui iniuriam facit, non etiam qui accipit.

Et iustitia quidem] *Ex iis quæ hactenus disputata sunt colligit finitionem quādam iustitiæ, & iniustitiæ. in quarum vtraq; nihil inest obscuritatis, si quis ea quæ antecesserunt cognouerit.*

Eodem modo] *id est, semper à proportione discedens.*

Discedit autem] *Quoniam modo huic, modo illi, modo plus, modo minus tribuit.*

Iniuriæ autem] *Qui minus consequitur eo, quod sibi debetur, iniuriam accipit, qui plus sibi sumit; iniuriam facit.*

Digitized by Google

De iustitia igitur] *Hac ἀνακεφαλαιώσει vtitur, vt postea transeat ad alias quasdam quæstiones, quæ ipsæ quoq; ad iustitiæ, iniustitiæq; naturam perfecte cognoscendam pertinent explicandas.*

Quando autē fieri] *Absoluta iustitiæ, & iniustitiæ tractatione, disserit de aliquot quæstionibus mirifice pertinentibus ad vtriusq; naturam penitus peruidendā. Earum prima hæc est. Quando non omnes iniustæ actiones habent eam vim, vt eas, qui suscipit, propterea iniustus esse dicatur, quæ tandem eæ sunt, quæ hominē in vnoquoq; genere iniustum efficiūt, vt furem, adulterum, latronem? Non enim quicunq; rem alienam inuito domino contrectat, fur est: neque adulter quisquis corpus cum aliena vxore commiscet: nec quisquis alium spoliat, latro. Hæc igitur est quæstio, quæ hic proponitur. Quam ne quis sit admiratus, sciendum est, non statim explicari. Multa enim alia interiecit Aristoteles, antequam eam dissolueret. neque eam dissoluit, nisi eo demum loco, vbi scriptum est,* Cum igitur trium generum sint ea damna, quæ in societatibus inferuntur, *&c. Quare nos quoq; in eum locum illius explicationem reiiciemus.*

An si quidem nihil] *Multos locos antea in hoc libro indicaui, quibus aliquid accreuisset. hunc contraria quadam ratione corruptum existimo. veterum enim librariorum culpa omissæ hic aliquot voces videntur. Atque idem vt opinor, sentiet, quisquis cōsiderauerit, primum particulæ, μὲν, nihil postea subiici quod respondeat: quod tamen vt notum est, contra fieri solet. Quod*

si quis

Digitized by Google

si quis dicat, & apud alios Græcos Scriptores, & apud hunc ipsum reperiri eo modo quædam ἀναντιπόδοτα, cum hoc ei concessero, petam ab eo, vt totius loci sententia diligenter inspecta statuat, num hic quoq; tale quiddam ab Aristotele factum, an potius, vt dixi, à librariis aliud agentibus aliquid omissum esse videatur. Certe quidem verba illa, Nam & fieri potest, *& quæ sequuntur, non ostendunt nihil interesse, immo potius aliquid interesse inter ea, quæ capto prius lædendi consilio, & ea quæ repentino aliquo motu animi, aut sine vlla lædendi alterius voluntate fiunt. Ea causa est, cur eam notam apposuerim, qua vulgo iam notare mutilos, aut alioqui deprauatos locos solemus. Iam cum grauissimi scriptores medicinam esse dicant πρόθεσιν, καὶ ἀφαίρεσιν vellem, vt quædam in superioribus à me detractione percurata esse confido, ita hic æque facile diuinare quid interciderit, eoque addito hanc lacunam explere possem. Quod cum optare magis quam sperare liceat, indicabo tamen, & quid librariis errorem obiecisse, & cuiusmodi quiddam ab eis omissum esse suspicor. Vix igitur existimo vllo in genere sæpius ab eis peccatum esse, quam cum vnam, eandemque vocem haud ita longo interuallo bis sæpiusue positam reperiebant. Facile enim tum eueniebat, vt properantes, & operi suo non satis intenti, modo voces, modo versus, interdum etiam paginas totas transilirent. Innumerabiles propemodum locos, si opus sit, proferre possum ex Hippocrate, Platone, Aristotele Polybio, Plutarcho, Athenæo, Galeno, Laërtio, & aliis optimæ notæ scriptoribus, in quibus per eiusmodi*

Digitized by Google

modi oculorum errorem factæ sunt maxime, ac fœdissimæ labes. Tale quiddam etiam hic contigisse arbitror. Cur enim, ni fallor, dixisset Aristoteles, si quis actiones tantum ipsas, nulla adhibita distinctione, & vt Michaël loquitur δίχα προσδιορισμῶν proponeret, nihil interesse, sin finem etiam ipsum consideraret, interesse: hoc fortasis aut his, aut nō valde dissimilib° verbis expresserat, ἢ οὕτω μὲν οὐδὲν διοίσει, ὁπόταν βλέπωνται δὲ εἰς τὸ οὗ ἕνεκα, διοίσει; *id est,* An sic quidē nihil intererit, si quis autem finem, ad quem quæque actio refertur inspiciat, intererit. *Bis igitur posita vox* διοίσει, *fraudi, vt opinor, librario fuit. Iam, vt qui amant, etiam cum ab amico longissime absunt, quocunque tamen conuertunt oculos, sibi eius imaginem cernere videntur, (quod de se ait pastor quidam apud Theocritum) ita fieri potest, vt ego, quia meam hanc opinionem amo, eius imaginem mihi, etiam vbi non est cernere videar. Sed tamen aut vehementer fallor, aut quoddam illius in scholiis Michaëlis vestigium est. explicans enim verba illa,* ἢ οὕτω μὲν οὐδὲν διοίσει, *ita loquitur* ἔστι δὲ ὃ λέγει οὕτω μὲν δίχα προσδιορισμῶν λεγόμενον δόξειεν ἂν μιδεμίαν ἔχειν διαφορὰν, ἀλλὰ πάντα τὸν ἄδικόν πρᾶττοντα, εὐθὺς καὶ ἄδικον εἶναι. εἰ δέ τις ὁπόταν βλέπῃ εἰς τὸ τέλος, καὶ οὗ ἕνεκα ποιεῖ τὸ ἄδικον, εὑρήσει πολλοὺς ἄδικα μὲν πράττοντας, ἀδίκους δὲ μὴ ὄντας. *Hanc sententiam ex verbis Aristotelis nunquam profecto elicere potuisset, nisi aliquid amplius in exemplari suo, quā nos in nostris habemus, habuisset. Hoc igitur ait Aristoteles, fieri posse vt quis iniustum aliquid faciat, neque tamen sit iniustus. vt exem-*

Digitized by Google

exempli causa, si repentino aliquo libidinis ardore incitatus, alienam mulierem à libidine sua non abhorrentem præsto habens, quam ipse, neq; donis, neq; pollicitationibus, neq; blanditiis flexerit, cuius denique pudicitiæ nullas omnino insidias fecerit, cum ea commisceatur. Non enim id facit aut ἐφ' ἕξεως, aut ἐκ προαιρέσεως, sed subito quodam animi motu, qui nonnunquam ita vehementer vrget, vt superari vix queat. Ita neque fur est quicunque furatur. non enim si quis furenti, & aut se, aut alium interficere paranti, gladium subtrahat. neque adulterum vocabimus, si quis, vt patriam liberet, cum aliter ad tyrannum interficiendum peruenire non possit, corrumpit vxorem illius, & ita in tyrãni cubiculum perducitur, eumq; obtruncat. Adulter enim libidinis, & intemperantiæ nomen est, quam ab hoc abesse constat. Atque hæc eo pertinent, vt intelligatur, quæstionem illam, quam paullo ante proposuit, non sine causa propositam fuisse.

Non est autem ignorandum] Non statim dissoluit propositam quæstionẽ, vt iam ante admonui: sed multa interiicit, & ad eam, & ad illas, quæ postea proponentur, explicandas, necessaria. Ac primum, cum ius multis modis dicatur, cõmonefacit nos, se in hac tota disputatione loqui de eo iure, quod simpliciter, & proprie, & sine vlla dilectione ius dicitur, id est, de iure Ciuili. Sunt enim alia quædã iura, quæ minus proprie, & cum quadam adiectione iura *dicuntur, vt ius patris in liberos, domini in seruos, viri in vxorem: de quibus paulo post quædam dicentur. Quid autem iuris ciuilis nomine intelligat, ipse explicat his verbis.*

Digitized by Google

Id autem est] *Aliter hic accipitur ius ciuile; quam in iurisconsultorum libris. illi enim ius ciuile vocant, quod vnaquaque Ciuitas sibi proprie constituit, idque distinguunt ab eo, quod omnium gentium commune est. Ita enim Caius scriptum reliquit* : Omnes populi, qui legibus, & moribus reguntur, partim communi omnium hominum iure vtuntur. *L. omnes populi. Dig. de Iust. & iure. Nam quod quisq; populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium Ciuitatis est, vocaturq; ius ciuile, quasi ius proprium ipsius Ciuitatis. quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peraeque custoditur: vocaturq; ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtuntur. At Aristoteles omne illud ius, quo omnes populi reguntur, siue commune omnium sit, siue alicuius Ciuitatis proprium,* iurisciuilis *appellatione complectitur. Itaq; paulo infra dicturus est, ius ciuile aliud naturale esse, aliud legitimum. Vbicunque terrarum igitur cœtus aliquis est hominum, qui ciuitatis nomine censeri possit, ac debeat, quo illi inter se iure vtuntur, id ius ciuile ab Aristotele vocatur. Nam ius ciuile est, quo ciues non huius, aut illius, sed cuiuscunque Ciuitatis vtuntur. Noluit autem vno verbo Ciues dicere, sed quod vno verbo dici poterat obscurius, id perspicuitatis causa, in plura sparsit.* Eos, *inquit*, qui vitæ societatem inierunt, *non tam vt vnis, iisdemq; mœnibus septi essent, quam vt vnis, iisdemque legibus vterentur. Nam sine mœnibus esse Ciuitas potest, vt sparta, sine legibus non potest. Deinde ostendit cuius rei causa initio*

Digitized by Google

tio congregati sint homines, & quam obrem conditæ, ac celebratæ Ciuitates. πρὸς αὐτάρκειαν, *inquit: id est, vt quando vnus homo omnia, quibus indiget, ipse ex se sibi suppeditare non potest, collecti, ac consociati, & suam quisque quasi symbolam conferentes, tradentesque operas mutuas, nulla re ad viuendum necessaria egerent. Quod si ab Homero dictum est, duos simul euntes facilius omnia perficere, & virtutem hominum etiam per se imbecillorum, tamen collectam, & conglobatam multum valere, quanto idem de Ciuitate dici verius, ac iustius poterit? Addit,* liberi: *vt intelligamus, seruis non esse huius iuris communionem. qua de re non ita multo post accurratius disseremus. Addit etiam,* æquales: *vt intelligamus hoc ius aliud esse abeo, quod est inter parentes, ac liberos, inter virum, & vxorem, quos natura ipsa æquales non esse constat. Sed* æqualitas, *vt ante diximus, duplex est. altera geometrica, quã hic vocat ad analogian, altera arithmetica, quam hic vocat, ad numerum. In quibusdam ciuitatibus, vt quisque virtuti, aut opibus, aut nobilitate præstat, ita ei plurimum tribuitur, vt in paucorum, aut optimatum gubernatione. In aliis æqua est omnium diuium dignitas, vt in statu populari. In illis ciues ad analogian, in hoc ad numerum æquales esse dicuntur.*

Quibus hoc non est] *id est, inter quos non est illa æqualitas, eis inter se non est ius ciuile, sed ius quoddam, vt* δεσποτικὸν, πατρικὸν, οἰκονομικὸν, *quod quidem non proprie, sed ex quadam tantum similitudine ita veratum est.*

Digitized by Google

Est enim ius] Breuia hæc sunt, sed multis obstructa difficultatibus. Quare attentione opus est, vt intelligantur. Probaturus, ius ciuile non esse inter patrem, & liberos, dominum, & seruos, vtitur hoc argumento, quod ius inter eos tantum sit, quos inter etiam lex. Ex quo aperte intelligitur eum negare legem vllam inter eos esse. est enim syllogysmus in secunda figura.. cuius hic ponitur tantum conclusio quæ probanda est, & maior sumptio. Conclusio est. Inter patrem, & liberos, dominum, & seruos non est ius ciuile. Maior sumptio. Est enim ius inter eos, quos inter etiam lex. Sequenti igitur viam illam quæ in primo Analyticorum tradita est, constat minorem sumptionem non posse aliam esse, quam hanc. Inter patrem, & liberos, dominũ, & seruos nulla lex est. Eodemque modo ostendi potest, ex iis, quæ hoc loco ab Aristotele ponũtur, intelligi inter eos non esse locum iniustitiæ: neque patrem in liberos, dominum in seruos quicquam iniuste facere posse: quæ omnia multas, magnasque dubitationes habent. Quare de eis paullo accuratius disseramus. Ac primum illud exquiramus, nullamne dominus seruo iniuriam facere posse videatur. Certe enim videmus quandam seruitutem iustam nominari. ita enim seuere ille ex Andria libertum suum alloquitur.

Ego postquam te emi à paruulo, vt semper tibi
Iusta, & clemens fuerit seruitus, Scis.

Quod si iusta seruitus est, in qua nihil iniustum imperatur, ex contrario intelligimus iniustam esse eam, in qua multa imperantur iniusta, & talem dominum in

seruos

Digitized by Google

seruos suos iniustum esse. Deinde cum res hominum incertæ, instabileq; sint, neq; quisquam sit ea virtute, nobilitate, opibus, potentia, qui non aliquo casu in seruitutem redigi possit: immo vero sæpe eueniat, vt deterior meliori seruiat: absurdum videtur, si vilem quempiã, & abiectum hominem, propterea quod alium multo se præstantiorem bello fortasse captum, mercatus sit, eo pro sua libidine abuti, & nullam ipsi in eo iniuriam facere posse statuamus. Seruiit sapientissimus ille fabularum scriptor Æsopus, seruiit perfectissimum optimi animi in pessima fortuna exemplar Epictetus, seruiit Diogenes Cynicus, seruiit clarissimum illud doctrinarum omnium lumen Plato: digni omnes, qui non iis modo à quibus empti erant, sed qui populis, ac gentibus imperarẽt. Etiamne in tales viros dominis quicquid libuisset, sine iniuria licuisse dicemus? Qui quam non seruili animo, atque ingenio fuerint, res ipsa declarat. Æsopus quidem cum emptus esset à Xanthippo, Vide, *inquit*, si tibi bene esse vis, vt mihi pareas. *nec iniuria. ea enim erat sapientiæ magnitudine, vt miser esse non posset, si quis eius præceptis paruisset. Epictetus autem qua taeterrima, & fœdissima seruitute maior pars hominum præmitur, libidinum, & cupiditatum, ab ea, non tantum ipse liber fuit, verum etiam quomodo nos ad tam multa sæcula liberi esse possemus, edocuit. Nam quid dicam de Diogene? qui cum in auctione venderetur, interrogarentque eum, qui emere volebant, quid facere sciuet,* liberis, *inquit*, imperare. *De quo viro nobilis est illa vox Alexandri*, si Alexander

Digitized by Google

noo essem, Diogenes esse vellem. *Qui tamen si vere de se atq; illo iudicare potuisset, multo Diogenem esse se quam Alexandrum maluisset. Non ebrietati, non iræ, non ambitioni seruiisset, non totos nonaginta dies per potasset, non inter pocula Clytum suis manibus trucidasset, non Callisthenem, nares, auribusque amputatis, in cauea ferrea inclusum, tanquam sæuitiæ, ac rabiei suæ quamplurimos testes colligens circumtulisset, non stultissima ambitione Iouis se filium haberi, prædicarique voluisset, non insatiabili, & ne mundi quidem contenta terminis imperādi cupiditate totum orbem terrarum sanguine, ac cædibus miscuisset. Sed vt institutum pertexamus, si dominus in seruos sæuus supra modum sit, si sine causa eos verberibus laceret, si alimenta deneget, si in compedibus habeat, si ad impudentiā, aliaue turpia, aut inhonesta adigat, nullam ne eis iniuriam facit? Hæc vt explicentur, principio dicendum puto, non omnium seruorum eandem esse rationem. Alia enim causa est eorum, qui serui nati sunt, alia eorum, qui cum liberi essent, aut bello, aut à prædonibus capti, aut quo alio modo in alienam potestatem peruenerunt. De hoc posteriori seruorum genere dubitandum non arbitror, quin eis iniuriæ fieri possint. Neque enim fortuna ita potest natura iura vertere, vt qui heri par tibi, aut etiam fortasse superior fuit, is hodie, quia à te captus est, ita vilis, abiectusque sit, vt tibi in eum pro tua libidine illudere, aut sæuire sine iniuria liceat. alioqui ne Carthaginenses quidem in M. Atilium Regulum iniusti fuissent, cum eum omni acer-*

bissimo-

Digitized by Google

bissimorum suppliciorum diritate excarnificatum enecarunt. seruus enim eorum erat iure belli. & tamen omnia secula huius fidem, ac iustitiam deprædicabunt, illorum iniustitiam, ac crudelitatem execrabuntur. Omninoque semper immanes, ac feri habiti sunt; qui in captos sæuierunt. Quinetiam, qui bonis, ac claris parentibus nati sunt, ij ne bello quidem capti satis proprie serui vocari queunt, Non enim magnificentius quam verius apud Theodectem loquitur Helena.

Θείων δ' ἀπ' ἀμφοῖν ἐκγόνοιν ῥίζωμάτ
Τὶς ἂν προσειπεῖν ἀξιώσειε λάζιν;
Satu Deorum stirpe ab vtraq; editam,
Quis quæso seruam me vocandam duxerit?

Tales igitur non solum qui tractant immitius, verum etiam qui ad sordida ministeria adigunt, iniuriam eis faciunt. quod qui ex eis maiori animo sunt, si aliter non possunt, monte effugiunt: vt puer quidam Lacedæmonius fecisse dicitur, cui cum recens empto de prædia dominus turpe quiddam imperaret, & verbera, nisi id faceret, comminaretur. Quære, *inquit*, alium, cui talia imperes. Lacedæmonij, cum volumus, liberi fimus. *simulque cum capite parietem maximo impetu percussisset, à turpi dominatu se morte voluntaria vindicauit. In iis etiam, qui serui nati sunt duplex ratio est. Aut enim eos consideramus qua serui sunt, aut qua homines. si simpliciter eos consideramus vt seruos, & summo iure agamus, nulla eis à domino iniuria fieri potest. Nam omnis iniuria, aut attingit existimationem, aut pecuniam, aut corpus. Exi-*

ſtimatio ſeruorum lædi nou poteſt. nulla enim eſt. ne in pecunia quidem iniuriam accipere ſeruus à Domino poteſt. nam ipſe quicquid acquirit, domino acquirit, & quamuis interdum domini permiſſu, ſerui peculij aliquid habebant, tamen domini arbitratu ſuo, & ſeruio, & peculio vti poterant. Corpus quoque domini eſt. qua de re apud Ariſtophanem ita quæritur Cicero:

Τοῦ σώματος γὰρ οὐκ ἐᾷ τὸν κύριον
Κρατεῖν ὁ δαίμων, ἀλλὰ τὸν ἐωνημένον.
Nam corporis non quemq; fors ſinit ſui,
Dominũ eſſe, ſed illum qui pro eo nummos dedit.

Itaque verberibus, inedia, labore, laceret, abſumat, enecet ſeruum dominus: nemini in eo iniuriam facit. Nam ſeruus, vt ait Ariſtoteles, κτῆμα quoddam eſt ipſius domini. & quicquid eſt, illius eſt. Vt igitur ſi equus, aut canis mihi generoſus ſit, etiam ſi aut pernicitate ſua, aut viribus me à periculo mortis eripuerit, poſſum tamen eum, ſi mihi commodum ſit, aut etiam ſi collibuerit, interficere, ita ſeruis olim domini idem facere poterant. habebant enim in illos pleniſſimam vitæ, neciſque poteſtatem. Quem autem animi cauſa interficere licet, in eum quid non licet? Atque vt ſi quis veſtem, aut etiam prædium ſuum animi cauſa combureret, ita ſi quis ſeruum verberaret, vulneraret, occideret, nemini iniuriam facere putabatur. Tam enim ſuos ſeruos eſſe ducebant, quam veſtes, aut prædia: & eos non in hominum, ſed in rerum quæ poſſiderentur loco, ac numero habebant. Ideoque legibus ſerui cum pecudi-

bus

Digitized by Google

bus exæquantur. & si quis in alienos seruos sæuitiam immoderatam exerceret coërcebatur, sin in suos, culpabatur tantum, non etiam coërcebatur. Ita veteres illi in consuetudine, atque in legibus habuerunt. l. 2. Dig. ad l. Aquil. & l. si constante matrimonio Dig. sol. nat. Vt seruos enim eos, non vt homines considerabant. Nam qui humanitatis ac naturæ communis rationem habere voluerunt, multo mitiores ac molliores fuerunt. Qui mihi videntur primum cogitasse, sæpe accidere id quod ait Euripides:

Πολλοῖσι δούλοις τ' οὔνομ' αἰσχρὸν, ἡ δὲ φρὴν
Τῶν οὐχὶ δούλων ἔστ' ἐλευθερωτέρα.

Deinde cuicuimodi essent, tamen homines esse, & inter illos, ac pecudes discrimen aliquod esse oportere. Itaque Claudius Imperator cum quidam seruos ægrotos exponerent, omnes, qui exponerentur, liberos esse sanxit, nec si conualuissent, in domini ditionem redire. quod si quis necare mallet, quam exponere, cædis crimine teneri. D. Hadrianus Vmbriciam quandam matronam in quinquennium relegasse dicitur, quod ex leuissimis causis ancillas atrocissime tractasset. Idem seruos occidi noluit, eosque iussit damnari per iudices si digni essent. l. 1. & l. 2. de iis qui sunt sui, vel alieni iuris. D. Seuerus inter cætera numera præfecti Vrbi hoc quoq; esse voluit, vt audiret seruos, qui ad statuas confugissent, non quidem si accusare vellent dominos: neque enim id eis permittendum esse, nisi ex causis receptis: sed si verecunde expostularent, si sæuitiam, si duritiam, si famem qua eos premerent, si ob-

scœnitatem, ad quam eos compellerent. atque id ei negotij dedit, vt tueretur mancipia, ne prostituerẽtur. l.1. Dig. de off. præfec. vrb. Extat & D. Antonini Pij epistola quædam ad Ælium Marcianum procos. Africæ eodem pertinens. Ex his quomodo seruis iniuria fieri non poßit, quomodo poßit, intelligi puto. Eadem prope de parentibus, & liberis dici possunt. de qua patria potestate Iurisconsulti legendi; Romuli item leges, Sophocles, & Euthyphron.

Non sinimus] *id est, non censemus vtile, & repub. esse.* Rationem *autem vocat legem, quæ neque gratia, neque odio, neque iru, neque misericordia flectitur, estque omnibus vna, atque eadem. Cum homo etiam optimus tamen illis animi motibus carere non poßit. Itaq; ipse lib. 3. politicorum cum disputasset vtrum melius sit regi ab optimo viro, an ab optimis legibus, multaque in vtramque partem argumẽta collegisset, ad postremum ita concludit.* ὁ μὲν ὖν τὸν νομον κελεύων ἄρχειν, δοκεῖ κελεύειν ἄρχειν τὸν θεὸν καὶ τοὺς νόμους. ὁ δὲ ἄνθρωπον κελεύων, προσέθηκε, καὶ θηρίον. ἥ, τε γὰρ ἐπιθυμία τοιοῦτον, καὶ ὁ θυμὸς ἄρχοντας διαστρέφει, καὶ τοὺς ἀρίστους ἄνδρας. *Bias eam remp. optimam esse dicebat, in qua homines legem, tanquam tyrannum timeret.* Νόμος πάντα κρατύνει, *ait Polybius principio eius libri.* πρεσβυτῆς, *qui Hippocrati tribuitur. Et Demosthenes* νόμος *vocat* ψυχὴ πόλεως.

Est autem magistratus] *Tyranno opponit verum, & legitimum magistratum, quem ait esse custodem iuris. vnde & Plato* νομοφύλακας *vocat. Is igitur, non, vt*

tyran-

Digitized by Google

tyrannus ad se trahit omnia, sed custodit æqualitatem. Ius enim æquale esse antea docuimus.

Quoniam autem nihil] *Verus magistratus ex administratione ac rectione reipub. non quærit lucrum suum, neque ditari studet, neque sibi nummo vno plus sumit eo, quod sibi proportione debetur, quare constat eum laborare aliis, non sibi. Ea causa est cur iustitiam quidam esse dicant* ἀλχότριον μὲν ἀγαθὸν, οἰκείαν δὲ ζημίαν. *qua de re antea diximus. Iam nihil negotij est repetitis exemplis è vetere historia docere, eos, qui olim in gubernandis ciuitatibus excelluerunt, pauperes fuisse, neque gerendis publicis muneribus domos suas collocupletasse. P. Valerius Poplicola ita angusta re familiari fuit, vt eo mortuo non tantũ repertum sit domi, quantum opus esset ad faciendum funus. Qua de re ita Liuius.* P. Valerius omnium consensu princeps belli, pacisq; artibus, Agrippa Menenio P. Postumio consulibus moritur, gloria ingenti, copiis familiaribus adeo exiguis, vt funeri sumptus deesset. de publico est elatus. *Ipsi Agrippæ Menenio idem contigit. de quo idem Liuius.* Eodem anno Agrippa Menenius moritur, vir omni vita, patribus pariter, ac plebi carus, post secessionem carior plebi factus. Huic interpreti arbitroque concordiæ ciuium, legato patrum ad plebem, reductori plebis Romanæ in vrbem, sumptus funeri defuit. Extulit eum plebs sextantibus collatis in capita. *P. quoque Valerius Poplicolæ F. vt virtutem paternam*

Digitized by Google

imitatus est, ita paupertatem retinuit. qui cum consul pro repub. pugnans interfectus esset, in eius, ait idem Liuius, mortui domum plebes quadrantes, vt funere ampliore efferretur, iactasse fertur. Neque se aliter gessit Epaminondas, de quo Plutarchus. Ἐπαμεινώνδας ὃν Θηβαῖοι δημοσίᾳ διὰ πενίαν ἐν τῷ ἀπέλιπον ὁ ἀνὴρ ἔθαψαν. *Notum est qua paupertate fuisse dicatur Aristides, qua Cimon, qua Curius, qua Fabricius, qua Camillus, qua L. Æmilius Paullus, cui mortuo vix repertum est vnde vxori dos solueretur: qua M. Cato ille Censorius, cuius illa sunt.* Neque mihi ædificatio, neque vasum, neq; vestimentum vllum est in manu pretiosum, neque pretiosus seruus, neque ancilla. *& paullo post:* Vitio vertunt, quia multa egeo: at ego illis quia nequeunt egere. *Gellius cap. 22. lib. 13. His, & similibus exemplis mouebantur ij, qui iustitiam alienum bonum esse dicebant.*

Danda igitur] *Ostendit quam quasi mercedem petant veri, & legitimi magistratus ac principes. ea qui contenti non sunt, tyrannos esse pronuntiat. Hunc locum alij copiosius tractent. ego neque necesse esse, neque expedire arbitror: omninoque hanc camarinam mouere nolo.*

Ius autem domini in seruos] *non enim sunt æquales, sed tamen sunt mutua quædam inter eos officia.*

Neque enim proprie dicitur] Mancipium *verti* κλῆμα *cum autem in aliis libris legatur,* ἕως ἂν ᾖ πωλίκον, καὶ χωρεῖθῃ, *quos ego secutus sum, in aliis* καὶ μὴ χωρεῖθῃ *cui hoc placebit, vertet,* quamdiu certæ cuiusdam

dam ætatis est, neque à patre seiunctus. *vtroque autem modo eadem sententia efficitur. Filium autem impuberem esse quasi partem patris, ex multis iuris locis intelligitur. vbi pater, & filius pro eadem persona habentur. Itaq; patris, & filij impuberis testamentum pro vno habetur. L. primis & filij Dig. de vulg. & pup. substit.*

Reliqua non est interpretatus, sed tantum latine reddidit.

Finis Commentariorum in lib. 5. Ethicorum Aristotelis.

M. ANT.

Digitized by Google

M. ANT. MVRETI IN SEXTVM LIBRVM ETHICORVM ARISTOTELIS SCHOLIA.

IN CAPVT I.

Ἐπεὶ δὲ τυγχάνομεν] *id est.* Quando autem in superioribus diximus, medium persequendum esse, non id quod nimium est, neq; quod parum: medium autem est, vt recta ratio præscribit, hoc distinctius explicemus: simulque qui sit terminus earum mediocritatum, quas esse dicimus inter nimium & parum, rectę rationi congruentes.]

Disputaturus de prudentia, quæ est recta ratio rerum agendarum, & de virtutibus ei adiunctis, ostendit hanc disputationem ad ea de quibus antea disputatum est, plene intelligenda, necessariam esse. Nam cum libro secundum dictum sit, medium in omni actione retinendum esse: medium autem intelligi, non vt in magnitudinibus, aut in numeris, ponderibusúe, sed id quod à recta ratione præscribitur, distinctius & enucleatius de ipsa recta ratione dicendum est: simulq; quos illa quasi fines & terminos constituat actionibus nostris, vltra

aut

Digitized by Google

aut citra quos rectum consistere, *vt ait Horatius*, nequeat.

Ἐν πάσοις γὰρ] Nam in iis omnibus habitibus, de quibus diximus, vt & in aliis, propositum quiddam est, quod spectans is qui eius rei rationem tenet, modo intendit, modo remittit.]

Omnes illi habitus de quibus antea disputatum est; fortitudo, temperantia, Cæteræque virtutes habent aliquid quod spectant, quoque referuntur: Ipsam videlicet honestatem, καὶ αὐτὸ τὸ καλόν, Atque hunc quasi σκοπὸν intuens, ad eumque, mentis oculos perpetuo dirigens, is qui non casu, ac temere, sed certa quadam ratione in agendo progreditur, modo vehementius agit & contentius, modo remissius: prout honestas ipsa exposcere videtur, Idem autem etiam in aliis habitibus, vt in artibus, cerni potest. Medicus bonam valetudinem eius, quem curat, sibi proponit, ad eamque refert omnia. Nempe igitur quid ea postulet intuens, interdum copiosius pascit ægrotum, interdum de cibo aliquid detrahit: exercitationes corporis interdum plures & laboriosiores, interdum pauciores & moderatiores imperat. Gubernatori nauis, secunda nauigatio proposita est. Eam igitur spectans, modo pandit & explicat, modo colligit ac complicat vela. Idem Musici in cantu ac fidibus faciunt: vt quam sibi proposuerunt audientium oblectationem consequantur. Hæc est horum verborum sententia in quibus ὁ τὸν λόγον ἔχων. Vocatur is qui certa quadam ratione agit, & cur quidque faciat, intelligit,

Digitized by Google

git, vt in primo maiore τῶν μὲν τὰ φυσικὰ. ἀλλὰ καὶ μᾶλλον δὴ τυγχάνοντας ὁρῶν μὲν τοὺς ἐμπειροὺς τῶν ἄνευ τῆς ἐμπειρίας λόγον ἐχόντων. Quare non satis apte interpretati sunt alij quidam, is qui rationis est particeps] *οὐ μὲν γὰρ ὡς λόγον ἔχειν πᾶς ἄνθρωπος λέγεται ἔστι δ' ὡς μόνος ὁ τεχνίτης ἢ ὁ ἐπιστήμων.*

Ἔστι δὲ τὸ μὲν] Hoc autem vere quidem dicitur, sed non perspicue. Nam in aliis quoque studiis & exercitationibus, in quibus scientia aliqua versatur, hoc ipsum vere quidem dicitur, neque plus, neq; minus aut laborandum esse, aut otio indulgendum? Sed moderate quidem & vt recta ratio imperat; at hoc qui solum sciat, nihilo plus sciat, quam qualia curando corpori adhiberi debeant, si quis sciat adhibenda esse quæcunq; ars medendi iubet, & quomodo is, qui eius peritus est, iubet.

Non satis est ea dicere, quæ vera sint; etiam clare & perspicue dici oportet. Quæ autem ita vniuerse dicuntur vt ad res dissimillimas, maximeque inter se differentes accommodari possint, etiamsi vera sint, obscura tamen & inuoluta sunt: Vt nisi distinctius & enodatius explicentur, eorum cognitio manca & inutilis futura sit. Tale autem est, quod hactenus dictum est, in omni actione eum modum esse retinendum, quem recta ratio præscribit. Nam idem ad quamlibet artem accommodari potest, vt in arte exercendorum corporum, quam Græci Gymnasticen *vocant, vere dicitur neque plus iusto neque minus, aut laborandum esse, aut*

otio

Digitized by Google

otio indulgendum. Sed moderate, & vt recta ratio præscribit. At hoc qui solum sciat, nihilo plus sciat, quam qui sciat, ita loquendum esse, vt Grammatica, & is qui eam artem tenet, præcipit: aut ea adhibenda ad curandum corpus, quæ iubet medicina, & eo modo quo iubet is, qui artis illius peritus est. Græca paulo aliter lego, quam vulgo leguntur: si cui vulgata scriptura melior videbitur, non impedio quo minus eam sequatur.

Διὸ δεῖ] Quapropter & in habitibus animi non tantum id vere dici oportet, sed etiam distincte explicari, tum quæ sit recta ratio, tum quis eius terminus.]

Postremis illis verbis. καὶ τούτου τίς ὁ ὅρος, sunt qui putent significari definitionem, *alij eos terminos quos singulis actionibus nostris recta ratio constituit, quæ posterior opinio mihi magis probatur præsertim cum eandem magis probet Eustratius.*

Τὰς δὴ τῆς ψυχῆς] Virtutes igitur animi cum diuideremus, alias quidem moris esse diximus, alias mentis, ac de moralibus quidem disputauimus: de reliquis autem, cum prius de animo dixerimus, ita demum disserامus.]

Redigit nobis in memoriam id quod de virtutum diuisione libro primo in extremo dixerat, alias ipsarum esse ἠθικὰς, alias διανοητικὰς, de quarum prioribus cum abunde dixerat in superioribus libris, dicturum se de altero eorum genere ait, si prius pauca quædam de partibus animi ad hanc disputationem necessaria tradiderit.

Πρότε-

Digitized by Google

Πρότερον μὲν οὖν] Duas igitur antea dictum est esse animi partes, vnam rationis participem, alteram expertem. Nunc autem de ea quæ rationis est particeps eodem modo disserẽdum est.

Docuit ad finem libri primi duas esse humani animi partes, vnam in qua inesset ratio, & vis cogitandi atq; intelligendi alteram rationis expertem. Sed hanc rursus bipartitam esse: vnam enim illius partem ita nihil habere cum ratione commune, vt ei ne parere quidem atque obtemperare possit: eam nimirum qua fit, vt alamur, & vt sentiamus, alterum quæ quamuis per se ipsa ratitne prædita non est, ad eam tamen dirigi, & eius præscriptum sequi potest, atque hanc esse quasi sedem ac domicilium earum virtutum, quæ morales nominantur, Nunc autem ait eodem modo diuidendam esse eam partem, quæ rationis est particeps, sed videntur deesse aliquot verba, quibus significaretur eam, quæ ratione careret, diuisam iam, & in duas partes distributam fuisse.

Καὶ ὑποκείσθω] Atq; hot positum sit duas esse animi partes ratione proditas, vnam quidem, qua contemplamur eiusmodi res, quarum principia aliter se habere possunt, alteram autem qua incerta & fortuita.

Vt hac, siue diuisio siue partitio animi melius intelligatur, quædam paulo altius repetenda sunt. Ac primum illud intelligendum est, partes animi non ita dici, vt rerum tum naturalium, tum earum quæ artificio

constant

Digitized by Google

constant duas partes ὑποστάσεις esse dicimus, materiam & formam siue effectionem. Simplex enim & indiuidua est animi natura, in qua concretum, ac compositum nihil reperiri potest. Cum animus ipse effectio quædam, siue vt trito in scholis vocabulo vtamur, forma sit, absurdissimum esset dicere eum quoq; ipsum ex materia & effectione constare, resque eo modo, neque modum, neque finem vnquam vllum inueniret. Neque vero ita dicuntur vt numeri, aut magnitudinis partes. Quam multa enim in eiusmodi partes cõueniunt, quæ in animo ne cogitari quidem possunt? Ne sunt quidem partes, ita vt partes generis. Quis enim nisi amens ac delirus dixerit, animum Socratis aut Platonis esse genus quoddam, quod ambitu suo complectatur tres species τὸ φυτικὸν, τὸ αἰσθητικὸν, καὶ τὸ λογικὸν? Ostenderem & alia plurima & absurdissima, quæ inde sequerentur, nisi ea putarem patere omnibus, & alioqui Aristoteles eos qui in sententiis, quæ apertam stultitiam continent, accurate refutandis operam sumunt, stulte facere ipsos ait.

Quid igitur significamus, cum animi partes dicimus, aut quid tandẽ ea oratione accipi volumus? Nam illud quidem verissimum & certissimum est, quod ante diximus, simplicissimam planeque vnam esse animi nostri naturam, omnis omnino sectionis, omnis partitionis expertem. Quomodo igitur conuenit, vt quod simplicissimum, maximeque vnum est, eius tamen partes esse dicantur? Constat plures esse animi, easque valde inter se diuersas ac dissimiles facultates. Nam & quod

Digitized by Google

alimur, quod crescimus, quod gignere aliud nobis simile possumus, debemus animo: & idem ipse est, qui efficit, vt videamus, audiamus, odoremur omninoque sentiamus: idem qui vt intelligamus, vt ratiocinemur, & cum aliis alia conferentes, ex ipsa collatione aliquid aliud colligamus. Has facultates antiqui partes animi nominarunt, Philosophi enim vt sæpe iis de rebus quæ ita in corporibus inhærent, vt sine eis esse non possint, perinde tamen disputant, ac si separari à corporibus, & per se cohærere possent, ita nonnunquam ad vim & naturam rerum corporis expertium exprimendam iis vocabulis, quæ corporum magis propria sunt, abutuntur. Quod igitur alia pars est corporis qua videmus, alia qua gustamus, alia qua odores, alia qua sonos percipimus. Itidem in animo docendi causa aliam partem esse dixerũt, qua fiat vt alamur, aliam qua vt sentiamus, aliam qua vt intelligamus. Rursumq; eas ipsas Principes partes distribuerunt in alias, ne quid omitterent, quod ad totam animi naturam distinctius enucleatiusque tractandam pertineret. Positum sit igitur partes animi, vocari animi facultates. *Quæ in animóne hæreant, an sint ipsemet animus, non quæremus in præsentia, quoniam ea quæstio & arduos ac difficiles explicatus habet, & ad moralem philosophiam non pertinet.*

Sed vnde colligitur varietas ac multitudo potestatum? Ex varietate ac dissimilitudine τῶν ὑποκειμένων. Nam vnaquæque potestas habet certum aliquod genus propositum, in quod exerceatur. Exempli causa, non videmus & colorem, & sonum, & odorem, sed colorem

quidem

Digitized by Google

quidem videmus, sonum audimus, odorem olfacimus. Atque hoc in corporibus perspicuum est: à quibus idem ad animos transferre debemus: & cogitare, cum necessarium & τὸ ἐνδεχόμενον multo longius differat, quàm color, & sonus, diuersas animi potestates ad ea referri ac pertinere. Nam vt colorem videmus, sonum audimus, ita necessaria, & æterna scimus aut intelligimus, de fortuitis & mutabilibus opinamur, aut deliberamus. Sed Aristoteles ipse propterea quod hæc nolebat hoc loco tractari accuratius, aut subtilius de eis disputari, sed tanquam certa & indubitata poni, idcirco verbo Mathematicorum vsus est, ὑποκείσθω. Et alioqui niemo est ita plumbeus, qui non per se facile videat, & eorum quæ sunt, & eorum quæ fiunt, alia necessario esse, aut fieri, alia fortuito, & Enunciationum, *alias semper & necessario veras esse, alias interdum veras, interdum falsas esse posse. Cœlum, sol, luna, eadem sunt quæ semper fuerunt, & tota, & qualibet parte sui. at non iidem homines, qui ab hinc centum annis. Elementa autem & eadem quodammodo, & non eadem. Eadem, si spectes τὴν ὁλότητα: non eadem si partes, quæ assidue gignuntur & intereunt, ortus obitusque siderum, vicissitudines tempestatum anni, dierum & noctium incrementa, aut decrementa necessario, & semper eodem modo & statis temporibus fiunt: at in iis quæ ab hominibus geruntur, atq; administrantur, non eadem constantia & necessitas semper. Vere dictum est, vere quod dicitur.* si ab æqualibus demantur æqualia, quæ reliqua sunt, ipsa quoque æqualia esse. *&*

Digitized by Google

necessario verum est, hominem esse animal: at non semper, neq; necessario verum est, Socratem disputare, aut Troianos à Græcis obsideri. Quod igitur per se perspicua esset hæc necessariorum & incertorum dissimilitudo, hac quoque de causa adhibuit verbum ὑποκείσθω.

In illis autem verbis, ὧν αἱ ἀρχαὶ μὴ ἐνδέχονται ἄλλως ἔχειν, *Tria potissimum notanda esse duco. Primum principiorum nomine intelligi causas. Nam & in posterioribus Analyticis, &* ἐν τοῖς μετὰ τὰ φυσικὰ, *& sæpe alibi docetur principia idem esse quod caussas.*

Alterum ἀρχὰς *hic intelligi duorum generum,* τὰς τῆς ὑπάρξεως, καὶ τὰς τῆς γνώσεως. *Causæ* τῆς ὑπάρξεως, *quæ quidem proprie dicuntur, sunt duæ:* efficiens & finis. *Horum enim ab altero motus est, ad alterũ tendit,* Materia *quæ per se nihil agit, sed accipit tantum ac patitur, rectius* Συναίτιον *dicitur quam* αἴτιον: *neque causa dicitur nisi quatenus id quod fit, sine ea fieri non potest,* forma *aut ab efficiente in materiam inducitur, idque propter finem: aut ipsamet finis est, vt in generatione. At hæc attigisse sit satis. Causæ* τῆς γνώσεως *sunt pronunciata illa ex quibus aliquid colligimus, ac concludimus. Non sunt autem semper eædem causa* τῆς γνώσεως & ὑπάρξεως. *Sæpe enim ea quæ ex causis effecta sunt, cognitionem causarum in animis nostris efficiunt: vt cum ex fumo ignem alicubi esse cognoscimus: cum tamen non fumus ignem, sed ignis fumum efficiat, ita vt quod est,* αἰτία τῶν ἐν ὑπάρξει *sit* αἴτιον ἐν γνώσει.

Tertium eorum quæ in his verbis mihi notanda videri dixeram, est naturam vniuscuiusque rei pendere

ex

ex causis: ita vt qualis cuiusque rei causa est, talis etiam ipsa sit, & quæcunque causas certas & necessarias habent, ipsa quoque certa & immutabilia sint; quæ incertas, & inconstantes, incerta, & mutabilia, sic etiam quæcunque cognoscuntur ex certis & necessariis principiis certa & necessario vera sunt: qualia sunt quæ ab Arithmeticis, aut à geometris demonstrantur. atque principiis non necessariis nituntur, eorum etiam incerta cognitio est, cuius generis sunt pleraque medicorum & Politicorum. Atque hoc ipsum est quod in prioribus analyticis traditur: cum conclusio syllogismi efficiatur ex sumptionibus, si necessariæ sint illæ, hanc quoque necessariam fore. sin fortuitæ, fortuitam. sed iam ea quæ subiicit Aristoteles, persequamur.

Περὶ γὰρ τὰ] Nam ad ea quæ genere differunt etiam particularum animi alia genere est, quæ ad eorum vtrumque seorsum accommodata est: si quidem similitudine quadam conuenientiaque cognitio eis inest.

I. *Huius loci sententia hæc est. Ea quæ differunt genere, non possunt eadem animi parte cognosci τὰ ἀναγκαῖα καὶ τὰ ἐνδεχόμενα differunt genere, ergo, &c.*

II. *Deinde probat maiorem hoc modo, omnis cognitio fit per similitudinem inter cognoscens & cognitum. Eadem pars non potest similis esse differentibus genere, ergo, &c.*

III. *Hæc accurate tractanda sunt. ac primum videmus, etiam in sensibus, ea quæ genere conueniunt, vno*

Digitized by Google

eodemque sensu percipi: vt omnes colores visu, omnes sonos auditu. sed quæ genere differunt, alio, vt non idem sensus percipit colorem & odorem, aut sonum, Est ergo hæc verisimilis quædam confirmatio maioris, prioris syllogismi.

IV. Minor prioris syllogismi probatur ex 9. Metaph. qui latinis est decimus. vbi dicitur τὸ φθάρτον καὶ τὸ ἄφθαρτον *differre genere. Immo etiam plusquam genere differunt, nam alterum non potest non esse, alterum potest non esse.* (*syllogismum.*

V. Conclusio necessario sequitur. Nunc ad secundum

VI. Quod ait omnem γνῶσιν *fieri per similitudinem, eadem fuit sententia Empedoclis, cuius versus citantur lib. 1.* περὶ ψυχῆς.

Γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,
Αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, ἄπαρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον,
Στοργῇ δὲ στοργὴν νεῖκος δέ τε νείκεϊ λυγρῷ.

Eadem Platonis, qui ex elementis animum in Timeo constare dicit, vt possit elementa cognoscere. Quinetiam quidam antiquorum vsi sunt hoc argumẽto, vt probarent quandam esse in animis nostris partem diuinam & immortalem, Cognosci enim à nobis quæ talia sunt; ex quo colligi esse inter animum nostrum, & illa similitudinem quandam.

Est ne verum quod ait Aristoteles: Ὅτι πρὸς τὰ τῷ φύσει ἕτερα, *&c. Ita vt partium animi alia sit, qua necessaria, alia qua contingentia cognoscimus. Item estne verum, omnem cognitionem similitudine quadam fieri? Multa aduersus vtrumque dici possunt. ac primum aduersus primum.* I. *Ari-*

Digitized by Google

I. *Aristoteles 3. περὶ ψυχῆς duplicem ait esse τὸν νοῦν, τὸν μὲν ἐνεργείᾳ, τὸν δὲ δυνάμει, καὶ τὸν μὲν πάντα ποιοῦν, τὸ δὲ πάντα γίνεσθαι. ergo idem νοῦς omnia intelligit.*

II. *Quo quaeq; vis superior & perfectior est, eo latius patet, & ad plura pertinet. At ἡ τοῦ νοῦ δύναμις, perfectior est sensibus, latius igitur patet. Iam idem sensus apprehendit differentia genere, vt hominem & lapidem, atq; etiam tum φθαρτὰ tum ἀφθαρτὰ, vt solem & lucernam, igitur multo magis eadem potestas τοῦ νοῦ percipiet καὶ τὰ ἀναγκαῖα καὶ τὰ ἐνδεχόμενα.*

III. *Non quælibet diuersitas generis in obiectis requirit diuersas potentias, alioqui non eadem potentia videremus hominem, & lapidem, sed ea tantum quæ respicit rationem formalem obiecti; Obiectum autem intellectus est ens. Ens est obiectum adæquatum mentis, Itaque eadem mente cognoscimus substantiam & accidens, At ens complectitur & necessaria & contingentia. Igitur, &c.*

IV. *Quæ ratio est materiæ primæ ad omnes formas materiales, eadem est intellectus possibilis ad omnes formas intelligibiles, at eadem materia est susceptiua omnium formarum, ergo & idem intellectus, &c.*

V. *Eadem est potentia contrariorum, vt dictum est li. 5. Necessarium & contingẽs sunt contraria, ergo, etc.*

VI. *Potentia discretiua duorum aut plurium, est eorundem perceptiua, vt patet in sensu communi, At est, aliqua vis animi, qua discernimus necessaria à contingentibus, ergo eadem vna numero existens eorum vtraque cognoscet.*

Digitized by Google

CONCLVSIO.

Re ipsa vna eademque mens est, quæ tum necessaria, tum contingentia apprehendit, ratione tamen sunt duæ. Hoc posito argumenta facile solui possunt.

Ad primum. Et intellectus agens & possibilis diuidi potest in speculatiuum & practicum, quorum ille necessaria, hic ἐνδεχόμενα ὁ μὲν ποιεῖ, ὁ δὲ γίνεται.

Ad secundum. Prior conclusio concludenda est, ad secundam autem dicendum, sensum non apprehendere diuersa genere, non enim visus apprehendit hominem vt hominem, neque lapidem vt lapidem, sed vtrumque vt coloratum, Omnes autem colores eiusdem generis sunt. Nec percipit quidem luminis solaris actiuitatem, aut luminis lucernæ mortalitatem, sed vtrumque quatenus lucent.

Ad tertium. Eadem solutio quæ primi, & indidem etiam pendet solutio quinti & sexti.

Ad quartum. Verum est de materia remota, sed non de propinqua, & sic potentia rationalis sumpta confuse, est capax vtrorumq; distincta autem partim ad hæc, partim ad illa accommodatur.

Fitne cognitio per similitudinem? Non videtur.

I. *Nam Aristoteles lib. 1. de animo multis argumentis eam Empedoclis opinionem improbat. Vt quod oporteret hac ratione, non tantum elementa, verum etiam composita in animo esse, alioqui animus non cognosceret composita, sed tantum elementa. Exemplum in compositione ossis ex quatuor partibus terræ, duabus ignis, vna aeris, & vna aquæ.*

II. *Se-*

Digitized by Google

II. Sequetur animum esse omnia prædicamenta.

III. Simile à simili non patitur. Sentire autem & intelligere, & cognoscere est pati, ergo, &c.

IV. Ossa & nerui, & pili maxime sentirent terram, at nihil sentiunt.

V. In principiis erit magna admodum ignoratio, alia enim à se omnia ignorabunt.

VI. Deus erit ἀφρονέστατος. Solus enim ignorat τὸ νεῖκος.

Sunt & alia Itaque Philoponus in tertium de anima, ἡμεῖς δὲ, inquit, οὐ συγχωροῦμεν τὴν ἐπιστήμην τοῦ ὁμοίου γνῶσιν εἶναι, διὰ συλλογισμοῦ τοῦτο ἀναιροῦντες, οὐ τὰ ἐναντία μία ἐπιστήμη οἶδε, τὰ δὲ ἐναντία ἀνόμοιά ἐστιν, οὐκ ἄρα τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ γινώσκεται. Duplex similitudo ἡ προϋπάρχουσα, καὶ ἡ ἑπομένη. Illa cum Aristotelis sententia pugnat, hæc admitti potest; maxime cum intellectus sit vt tabula rasa, & sit locus formarum, & forma formarum, &c. Sed hic videtur loqui περὶ προϋπαρχούσης. Itaque puto eum loqui ex ea opinione, quæ tum recepta erat, non ex sua. Sic in Categoriis γένεσιν & φθορὰν, &c. cum tamen in Physicis aliter doceat, sic in eisdem τῶν πρός τι, interdum alterum altero prius esse, cum ἐν τοῖς μετὰ τὰ φυσ. &c. In Meteorologicis aliter de visu, quam ἐν τῷ περὶ ψυχῆς, καὶ ἐν τῷ περὶ αἰσθήσεως, καὶ αἰσθητοῦ. In his ipsis diuidit animum, εἰς τὸ λογικὸν, καὶ τὸ ἄλογον, quem reprehendit lib. 3. περὶ ψυχῆς.

Λεγέσθω] *Reprehendendi, qui in vertendo ponunt ἄν τι ὀνομάτων, vt in quo inest vis sciendi, & in quo inest vis ratiocinandi; hoc enim non est vocare, aut nomi-*

Digitized by Google

na rebus imponere, & nulla res esset ἀνονυμὸς, si hæc ratio permitteretur, falsoque dixisset Aristoteles in quarto. Multas virtutes, & multas vitiositates esse ἀνονύμους.

IN CAPVT II.

Τὰ κύρια] *quæ ad agendum, & ad veritatem cognoscendam præcipuam vim obtinent.*

Αἴσθησιν μὲν] *sensu quidem prædita sunt: actio autem in eas non conuenit. Quærere instituit quod sit ἔργον vtriusque earum quas dixit partium. Sed proponit quædam ad id facilius reperiendum necessaria. Cur connumerat sensum, quem statim ex hoc quasi albo expungit? quia couuincte dixit πράξιν καὶ ἀλήθειαν. etsi autem sensus non est principium vllius actionis, tamen deducit nos ad cognitionem veritatis. Omnis enim cognitio nostra ortum ducit à sensibus. Et nihil est in mente, quod non prius fuerit in sensu, Itaque quicunque à natura sensu aliquo caret, is necessario etiam aliqua scientia caret.*

Τὰ θηρία] *Verbum πράττειν non conuenit nisi in ea, in quibus inest προαίρεσις. Aristoteles 7. Phys. cap. 6.* ὁπόσοις μὴ ἐνδέχεται πράξαι οὐδὲ τὸ ἀπὸ τύχης τι ποιῆσαι· καὶ διὰ τοῦτο οὔτε ἄψυχον οὐθὲν, οὔτε θηρίον, οὔτε παιδίον οὐθὲν ποιεῖ ἀπὸ τύχης, ὅτι οὐκ ἔχει προαίρεσιν.]

Ἔστι δ' ὅπερ] *διανοίαν accipit ἀντὶ τοῦ νοῦ, & solet sæpe ita facere. Ait autem esse quandam proportionem*

nem inter verum, & bonum, falsum, & malum. Nam vt mens quod verum est affirmat, quod falsum negat: ita appetitio quod bonum persequitur, quod malum fugit.

Ὥς ἐποιδὴ] *Hæc eò pertinent, vt paulatim concludat ac doceat proprium munus mentis practicæ esse vere iudicare de rebus expetendis & fugiendis: eamque veritatem esse finem ac bonum ipsius.* ἕξιν *autem* προαιρετικὴν *vocat, qua fit, vt quis constanter, quæ bona atque honesta sunt persequatur, eaque aliis omnibus consulto anteponat. Iam* προαίρεσις *non est quælibet appetitio, sed ea demum quam deliberatio antecessit, vt docuit lib. 3.*

Τὸν δὲ λόγον ἀληθῆ] λόγον *vocat, aut mentem ipsam, aut certe illius* κατάφασιν ἢ ἀπόφασιν περὶ τοῦ διωκτοῦ τε καὶ φευτοῦ. *eam ait oportere veram esse. alioqui enim abducet in errorem, est autem vt* ἐν τῷ λόγῳ τῷ προφορικῷ ὁ μὲν ἀληθὴς λόγος, ὁ δὲ ψευδὴς, οὕτω καὶ ἐν τῷ ἐνδιαθέτῳ.

Καὶ τὰ αὐτὰ] *ne eueniat quod in incontinente, qui aliud iudicat bonum, aliud sequitur.*

Αὕτη μὲν οὖν] *Illa videlicet, quæ est de rebus expetendis & fugiendis. Vocat autem* διάνοιαν πρακτικὴν, *idem quod supra* τὸ τοῦ λόγον ἔχοντος λογιστικὸν ἢ βουλευτικὸν: *& ἡ* πρακτικὴ ἀλήθεια *est* ἔργον *& finis illius. Sunt ergo duo principia* τῆς πράξεως ἡ διάνοια ἡ πρακτικὴ, *& ἡ* ὄρεξις. *Atque hæc mirifice conueniunt cum iis quæ traduntur cap. 9. & cap. 10. libri tertij* περὶ ψυχῆς. *neque mentem per se, neque appetitionem per se domi-*

Digitized by Google

dominam esse actionis. Sed hæc duo. Nam non semper dominam esse mentem constat ex incontinenti, qui recte iudicat, sed prauæ appetitioni paret: non semper dominari appetitionem, constat ex continenti, qui concupiscit quidem ea quæ flagitiosa sunt, sed deterrenti, ac dissuadenti rationi tamen obtemperat. Vbi autem hæc vtraque consentiunt, si mens vere iudicat, rectæ & laudabiles actiones consequuntur. sin contra, vitiosæ, & vituperandæ.

Τῆς δὲ θεωρητικῆς] *Docet nunc quod sit ἔργον illius alterius partis, quæ cognitione tantum, ac contemplatione cernitur.* Τοῦτο γὰρ ὅτι παντὸς. *Vtraque pars posita est in veri falsique diiudicatione, ac ne quem hoc forte turbaret querentem, quid igitur inter eas interesset, addit.*

Τῷ δὲ πρακτικῷ] *Ex quo facile discrimen ipsarum cognoscitur. Nam ἡ θεωρητικὴ nihil laborat quid fugiendum expetendumue sit, vt scriptum est in tertio de animo,* ὁ μὲν γὰρ θεωρητικὸς οὐδὲν νοεῖ πρακτὸν, οὐδὲ λέγει περὶ φυκτοῦ, καὶ διωκτοῦ οὐδέν. *& paulo infra.* ὥστε εὐλόγως δύο ταῦτα φαίνεται τὰ κινοῦντα, ὄρεξις καὶ διάνοια πρακτική.

Προάξεως μὲν οὖν ἀρχὴ προαίρεσις, ὅθεν ἡ κίνησις. ἀλλ' οὐκ οὖ ἕνεκα] *quod additum est, ne quis falleretur, solet enim consuetudo principium actionis dicere id propter quod actio illa suscipitur, Id enim principio consideretur.*

Προαιρέσεως δὲ ὄρεξις, καὶ λόγος ὁ ἕνεκά τινος] *Duabus enim ex illis efficitur* προαίρεσις, *vt constat ex iis*

quæ

Digitized by Google

quæ modo diximus: λόγον ἕνεκά τινος, aut vt paulo post loquitur ἕνεκά τυ vocat τὴν πρακτικὴν ἢ ποιητικὴν διάνοιαν.

Διὸ ὅτ' ἄνευ νῦ καὶ διανοίας ὅτ' ἄνευ ἠθικῆς ἐστιν ἕξεως ἡ προαίρεσις] νῦ καὶ διανοίας *dixit ἐκ παραλλήλου. quamuis enim hæc distinguantur, vbi subtiliter loquimur; tamen sæpe, vt iam dixi, confunduntur. Sed vbi vulgo legitur ἕξεως ibi equidem nullo modo dubito quin legendum sit ὀρέξεως, vt scriptum reperi in multis partim manu scriptis, partim etiam impreßis libris. Immo ipsum etiam Eustratium ita legisse contendo, & quod vulgo legitur in commentario ipsius,* τὸ δὲ ἄνευ ἠθικῆς ἕξεως περὶ τῆς ὀρέξεως εἴρηται, ὅτι τῇ ὀρέξει, τὸ ὀρθῶς ἐνεργεῖν ἢ μὴ ἐκ τῦ ἤθυς περὶ γίνεται ὡς ἀγαθὸν ὄντος αὐτῇ ὀρθὴν εἶναι καὶ τὴν ὄρεξιν, πονηρῦ δὲ διάστροφον. *Ita legendum sensit.* τὸ δὲ ἄνευ ἠθικῆς ὀρέξεως εἴρηται ὅτι, *&c. ostendit enim cur Aristoteles addiderit illud* ἠθικῆς, *nempe, vt ostenderet se non loqui de appetitione naturali, cuiusmodi est fames & sitis, sed de ea, quæ pro cuiusque moribus varia est, vt enim quisque moratus est, ita hæc aut alia concupiscit, Ita autem, vt ego legendum puto, legit etiam Arretinus.*

Εὐπραξία γὰρ καὶ τὸ ἐναντίον ἐν πράξει ἄνευ διανοίας, καὶ ἤθυς ὀκ ἔστι] *Ea demum quæ fiunt ἐκ προαιρέσεως, dicuntur, aut bene, aut male fieri, at neque bene, neque male agere potest quisquam, aut sine mente, aut sine appetitione.* προαίρεσις *igitur ex eorum vtroque constat. Sed cur dixit* τὸ ἐναντίον εὐπράξει? *quoniam nimis*

durum

Digitized by Google

durum videbatur κακοπραξία. ἦθος *autem vocat, quod modo dixerat* ἠθικὴν ὄρεξιν.

Διάνοια δ' αὕτη οὐδὲν κινεῖ, ἀλλ' ἡ ἕνεκά του καὶ πρακτικὴ. αὕτη γὰρ καὶ τῆς ποιητικῆς ἄρχει.] *Mens autem ipsa per se (hoc enim est* αὕτη, *& errat Lambinus, qui hoc putat mutandum in* αὐτὴ*) nihil mouet, nam quicquid mouetur, aut persequendi, aut fugiendi alicuius gratia mouetur, at mens ipsa, vt diximus, nihil dicit,* περὶ τοῦ διωκτοῦ, ἢ περὶ τοῦ φευκτοῦ. *Sed ea tantum mouet quæ est* ἕνεκά του, καὶ πρακτικὴ. *ea enim de bonis & malis iudicat, & appetitionem dirigit. Cur autem* πρακτικὴν *eam non etiam* ποιητικὴν *vocet, cum tamen &* ἐν τῷ πράττειν, *&* ἐν τὸ ποιεῖν *vis ipsius cernatur, indicat cum ait,* αὕτη γὰρ, *&c. ait enim se eam vocare ab eo quod præstantius est. Iam vero* τὸ πράττειν *præstantius est, quam* τὸ ποιεῖν, *vt constat ex iis quæ sequuntur.*

Ἕνεκα γάρ του ποιεῖ] *Quæ omnia tum per se, tum ex iis quæ lib. 1. diximus, satis perspicua videntur. Nunc ex iis quæ antecesserunt colligit duplicem quandam definitionem* τῆς προαιρέσεως, *aitq;.*

Διὸ ἢ ὀρεκτικὸς νοῦς] *Non enim multum interest, vtrum loco generis, vtrum loco differentiæ ponas cum hic accuratæ illæ definiendi leges non obseruentur.*

Καὶ ἡ τοιαύτη ἀρχὴ, ἄνθρωπος] *significat* προαίρεσιν, *in solum homine conuenire. Cæterorum enim alia sunt* ὑπὲρ προαίρεσιν, *alia eius capacia non sunt. Ostendit deinde, quænam sint* προαιρετὰ *his verbis.*

Οὐκ

Οὐκ ἔστι δὲ προαιρετὸν οὐδὲν γεγονός. οἷον οὐδεὶς προαιρεῖται ἴλιον πεπορθηκέναι. οὐδὲ γὰρ βουλεύεται περὶ τοῦ γεγονότος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐσομένου] *neq; tantum ἐσομένον, non enim de eo quod necessario futurum est; ideo addit, καὶ ἐνδεχομένου, sed de hoc satis multa lib. 3.* τὸ δὲ γεγονὸς οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι, *vnde in libro* περὶ ἑρμην. *dicitur omnes enunciationes de praterito esse, aut necessarias, aut impossibiles.*

Διὸ ὀρθῶς ἀγάθων.]

Μόνον γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται

Ἀγένητα ποιεῖν ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα. *quos versus ita olim interpretatus sum in Commentario in Catullum.*

Vna hac enim re etiam Deus priuatus est,

Infecta facere, facta quæ sunt, vt queat. *De Agathone frequens mentio apud Platonem, & apud Aristotelem in Rhetoricis, & in poëtica, & alios. Historiam quandam de eo retuli in illud Terentij,* Amantium iræ. *in eum præcipuæ videntur scripsisse Aristophanes* θεσμοφοριαζούσας.

IN CAPVT III.

Ἀρξάμενοι οὖν ἄνωθεν] *al.* πάλιν περὶ αὐτῶν λέγωμεν. *Cur ait* πάλιν, *cum de iis antea verbum nullum fecerit? An illud* περὶ αὐτῶν *refertur* πρὸς τὰ τῆς λογικῆς μόρια, *de quibus rursum disserere videtur, cum ad ea, quæ* περὶ τῆς οὐσίας αὐτῶν *disputauit, addit ea quæ pertinet* πρὸς τὰς τῶν αὐτῶν τεχνειότητας? *An illud* πάλιν, *vt in quibusdam libris, pertinet ad verbum* ἀρξάμενοι.

Ἔστω

Ἔστω δὴ οἷς ἀληθεύει] *Cur vtitur crebro ἔστω? quia sumit hoc suo quasi iure, & sibi credi postulat: Cur τῷ καταφάναι ἢ ἀποφάναι? Vt significet quæcunque ex his habitibus affirmantur, esse: quæcunque negantur, non esse. Probet autem neque plures, neque pauciores esse quam quinque. hæc ab ipso primum Aristotele sunt distincta, Veteres enim hæc confundebant, & posteriores etiam confuderunt. Ac ne Aristoteles quidem ipse semper his vocibus proprie vtitur, sed interdum aliam pro alia ponit. Exempla. Plato ς' νόμων confundit νοῦν, φρόνησιν, καὶ δόξαν, τὴν τῆς ξυμπάσης ὑγιμόνα ἀρετῆς. φρόνησις δ' εἴη τοῦτο καὶ νοῦς, καὶ δόξα. Idem in Alcib. 2. profundit ἐπιστήμην καὶ φρόνησιν. hanc enim ἐπιστήμην τοῦ βελτίστου, καὶ τοῦ ὠφελίμου. In Theage omnes artes vocat σοφίας. τὰς τέχνας καὶ τὰς ἐπιστήμας, & ipse, & Aristoteles innumerabilibus locis confundunt. σοφοὺς vocabant callidos, Eurip.*

Σοφὴ, σοφὴ σὺ. κατθανεῖν δ' ὅμως σε δεῖ.

Et prudentes. vt,

Αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι.

Σοφίαν *Plutarch. in Themistocle ait vocari,* δεινότητα πολιτικὴν, καὶ σύνεσιν ἐραστήριον. νοφέχοντες *dicuntur prudentes. Prudentem vocat Tacitus Peritum gubernandæ ciuitatis. Stoici, & Cicero apud Latinos hæc omnia confudere. sed plura, cum de singulis agetur.*

Ὑπολήψει γὰρ καὶ δόξει] *Sed nonne, & ars & prudentia, vt medicina, vt κυβερνητικὴ falluntur? Sæpe enim quæ prudentissime cogitata sunt, pessime cadunt, & contra, vnde dictum est,*

Ταυτό-

Ταυτόματον ἡμῶν κάλλιον βουλεύεται.

Et,

Τύχη θνητῶν πράγματ' οὐκ εὐβουλία.

* * *

Επιστήμη μὲν οὖν] *Cur mutat ordinem? In enumerando orsus erat ἀπὸ ἀτελεστάτου, nempe ab arte, ei statim subiunxerat, τὴν ἐπιστήμην propter affinitatem, & quia ea vocabula sæpe confundantur. φρόνησιν, σοφίαν, νοῦν coniunxerat eadem de causa, quod sæpissime solet consuetudo ea confundere. & per gradus progressus erat ad id quod summum locum obtinet, nempe τὸν νοῦν. In tractando autem proponit scientiam arti, vt perfectiorem. Sed ratio ordinis in talibus non videtur admodum sollicite quærenda.*

Εἰδεῖ ἀκριβ.] *hoc eo dicit quia hæc omnia magnam inter se similitudinem habent.*

Πάντες γὰρ ὑπολαμβάνομεν] *Primum docet quorum sit scientia, Deinde quomodo efficiatur. Postremo concludit quid sit. ἐπιστητὰ proprie sunt conclusiones. eas oportet esse necessarias, id est, tales, vt nunquam possint esse falsæ, sed sint ἀίδιοι, id est, semper veræ. quare oportet eas esse de rebus vniuersis quæ non sint ortui, neque interitui obnoxia. nam in iis quæ sunt γενητὰ, καὶ φθαρτὰ, nulla talis stabilitas ac soliditas inueniri potest. singularia igitur nõ cadunt sub scientiam, nisi quatenus sub vniuersis, quæ ἀγένητα καὶ ἄφθαρτα sunt, continentur. Vt non dicor scire Socratem esse γελαστικὸν nisi quatenus homo est, non enim semper verum est esse So-*

Digitized by Google

cratem, esse γελαστικὸν, aut Socratem esse ζῶον λογιστικὸν, at vtrumq; de homine semper verum est.

Ἁπλῶς] *hoc dicit, Vt excludat ea quæ sunt tantum necessaria ἐξ ὑποθέσεως, vt Socratem, cum currit moueri.*

Ἔτι διδακτὴ] *Docet nunc, quomodo paretur scientia, nempe ἐκ προγινωσκομένου, sunt autem duæ prænotiones, esse, & quid nomine indicetur περὶ τοῦ γένους, τοῦ ὑποκειμένου, vtrumque prænoscendum, τί σημαίνει τὸ ὄνομα, καὶ ὅτι ἔστι. περὶ τοῦ πάθους τοῦ ἰδίου, τί σημαίνει τὸ ὄνομα. περὶ τῶν λημμάτων, ὅτι οὕτως ἔχει.*

Ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς] *Idem est igitur auctor Analyticorum, & horum librorum.*

Ἀρχή ἐστι καὶ τοῦ καθόλου] *Nonne illud καὶ redundat? Lego igitur ἀρχή ἐστι καὶ πίστωσις τοῦ καθόλου, vt & Eustratius legit, & vetus interpres.*

Ἡ μὲν ἄρα] *Tradit definitionem scientiæ, & reiicit nos ad libros τῶν ὑστέρων ἀναλυτικῶν.*

Προδιωρισόμεθα] *Et vetus interpres, & Arretinus, & Argyropylus legunt προσδιωρισόμεθα, idq; melius videtur. Sed cur addit, καὶ ὅσα ἄλλα. Respondeo tum ob alia, tum quia est ἐπιστήμη, quædam etiam principiorum. Vt & ipse breuiter admonet, dicens.*

Ὅταν γὰρ πῶς πιστεύῃ] *Oportet principia esse, notiora conclusione, nam propter quod vnumquodq; tale, &c.*

IN

IN CAPVT IV.

Capitis quarti summa.

ARs est habitus, quo vera certaq; ratione facile aliquid possumus.

Hæc Aristotelis de arte disputatio non caret, obscuritate. Sed enitendum nobis est, vt quasi discussis ac depulsis tenebris veram illius intelligētiam assequamur, id autē ordo maxime videtur præstare posse. Tenebo igitur hunc ordinem. Primum, quāta maxima perspicuitate potero, declarabo Aristotelis verba; Deinde ea quæ dubitationem afferre aliquam possunt, proponam; & quomodo dissoluenda videantur, indicabo.

Ait Aristoteles. Ἃ δὲ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν, ἔστι τὶ καὶ πακτὸν, καὶ πρακτόν] *id est*, eorum autem quæ aliter se habere possunt, quędam habent eam naturā vt fieri, quædam vt agi possint. Cadere sub effectionem, & cadere sub actionem, *quomodo alij loquuntur, inepte dicitur, & nullo veterum exemplo. Et sane summa est in his omnibus latine distinguendis difficultas. Sequitur.*

Ἔτερον δὲ ὅτι ποίησις καὶ πρᾶξις] *id est*, Est autem aliud facere, aliud agere. *Cuperē dicere*, factionē & actionem, *sed horū prius; hoc quidem sensu, latini sermonis cōsuetudo repudiat. Hoc loco mihi quæ ad vim vocabulorum pertineant, pauca quidem dicenda sunt.*

Tria sunt apud Græcos vocabula ἐνέργεια, πρᾶξις *&* ποίησις, *quæ magnam eis vsum in loquendo præ-*

Digitized by Google

bent, aptissimaque sunt ad res distinguendas. Latini quæ eis respondeant, non habent: ideoq; latine loquentes, aut hæremus inopia vocum, aut quia desint nomina, res ipsas confundere, aut barbare, & inusitate loqui cogimur. Si possemus latine dicere, operationem, actionem, & factionem, *res expedita esset. Vos quaso, date mihi hanc veniam, vt ad breue tempus, neglecta cura latinitatis, tantisper iis vocabulis vtar, perinde ac si proba essent, dum id quod volo doceo.*

Operari est facultatem aliquam exercere, vt exempli causa, In nobis etiam cum claudimus oculos, aut dormimus, est potestas videndi: & dum tacemus, est tamen in nobis facultas, seu potestas loquendi, neque tamen cum potestates illas exercemus, sed cum reipsa videmus, aut loquimur, tum secundum eas facultates (vt Scholastici loquuntur) operari dicimur. Operationum autem quædam sunt, quæ nullum opus post se relinquunt, vt cũ quis videt, aut canit, aut ambulat. Ea proprio nomine dicũtur actiones. Aliæ relinquunt aliquod opus, vt cum quis domum, aut vestem, aut gladium conficit, has vocant in scholis, factiones: *nõ male si liceret vocabula fingere, aut in alium vsum, quam quem à veteribus accepimus, detorquere. Etenim vt à legendo* lectio, *ab amando,* amatio *dicitur, sic à faciendo* factionem *dici, & analogia, & fortasse necessitas postulabat. Sed Magnus Tyrannus est vsus: isq; cum multis aliis in rebus, tum præcipue in loquẽdo dominatur. Is vt posteà ostẽdam, alio detorsit nomen factionis, sed vt ex iis, quæ iam dixi, intelligere potestis, ὀνόματα, id est, operatio,*

tio, genus est; eius partes sunt duæ. Nam operatio aut relinquit, post se aliquod opus, & vocatur ποίησις, id est. vt ita dicam, factio, aut nullam, & vocatur, actio. Atq; hoc est, quod Aristoteles dicit ἕτερον τῷ ποίησιν, καὶ πρᾶξιν. Hæc ita propemodum docentur ab Aristotele lib. 9. vt latini numerãt, τῶν μὴ τὰ φυσικὰ, & eius libri cap. 8. Varro quoq; lib. 5. de lingua latina ita scribit. Proprio nomine dicitur facere à facie, quod rei quam facit, imponit faciẽ. & paulo post: Qui quid administrat, cuius opus nõ exstat, quod sub sensum veniat, ab agitatu, vt dixi, magis agere, quã facere putatur, sed quod hic magis promiscue, quam diligenter consuetudo est vsa, translatitiis vtimur verbis.

Nunc de iis nominibus, quibus ad docendum necessario vsus sum, aliquid dicam. operari veteres latini dixerunt tantum pro eo quod est sacra facere. Vt,

Lætis operatus in herbis. Pro quo etiã dixerũt facere.

Cum faciam vitula. Verbi, operor, nullum omnino alium vsum apud veteres fuisse arbitror. operationis autem nomen prisci illis latini sermonis auctoribus, ignotum prorsus, quantum è scriptis eorum cõstat, & inauditum fuit. Putatur alicubi legi in epistolis ad Atticum: sed locus deprauatus est. πράττειν, agere, πρᾶξιν actionem recte interpretamur. ποιῶν est facere, ποίησιν factionem qui dicat, nõ satis ex consuetudine latini sermonis loquatur. nam id nomẽ alio translatum est, idq; hac causa: Qui olim multa in ciuitate facere possent, siue gratia, siue auctoritate, siue opibus, eos factiosos vocabant.

Digitized by Google

cabant. Et quia magni concursus fiunt ad homines potentes, & vt tum loquebãtur factiosos, *multiq; semper, qui eos affectentur, eiq; studeant, reperiuntur*, factiones *initio* coitiones, & sodalitates *vocarũt, sic ait Festus*, factiones histrionum & quadrigariorum *dicta esse, eratq; vtrumque honestum nomen. Postea cum exortæ essent partes & seditiones in Republica, factum est, vt eas tantum fere coitiones, quæ aduersus Remp. fierent*, factiones, *& qui earum Principes essent, eisue studerent*, factiosos *vocarent. Ita nomẽ quod latissima patere debeat, angustiis quibusdam limitibus contractum est: vt nunquã fere vsurpetur nisi pro sodalitate, & ea quidem inhonesta: nisi cum in paucis quibusdam* factionem *dicimus: ius potestatemue faciendi, vt* testamenti factionem. factus *autem nomen retinuerunt tantum in oleo: & cum factor dici deberet quicunq; aliquid facit, eum tantum ita vocarũt, cuius opera in oleo faciundo vterẽtur. Græci quoq; ποίησιν, & ποιητὴς, & ποίημα posuerũt illi quidem proprie in iis qui versus facerent, sed tamen ad alias quascunq; res earundem vocum vsum retinuerũt. Cicero ad Atticũ.* Libet mihi facere in Arpinati) *lib. 1. epist. Plato in Lyside, Aristot. περὶ ποιητικῆς. Cur effectio non placeat? magis significat absolutionem quandam, ἢ ἀπεργεῖν. Qui iacit fundamenta domus, nondum dicitur efficere domũ οὐ ποιεῖν ἢ καλῶς ποιεῖν, non dicitur bene aut male efficere. Cicero ad Atticum.* Feci atque effeci, vt neuter quenquam omnia pluris quã me faceret, *Hinc, opinor constat, aliud esse facere,*

aliud

aliud efficere, *neq; nego Ciceronem sæpe* efficientia *vocare* ποιητικὰ, *sed, &c. Et tamen effectionem Inopia melioris vocabuli dixerim. Sequitur.*

Πιστεύομεν δὴ καὶ πάντων καὶ τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις] *D. Thom. & alij eum secuti per* exotericos, *intelligũt libros* μὴ τὰ φυσικὰ, *idq; si verum est adiuuat opinionem Sepulueda. Dixi multa lib. 1. sed Eustratius hoc loco ita exponit.* Ἐξωτερικοὺς δ' ὀνομάζει λόγους οὐ τοὺς ἔξω τῆς λογικῆς παραδόσεως κοινῶς τὰ πολίτικα φασί. *Cogita, fortasse enim verum est, nam si verus est Sepulueda, cur non etiam paulo dixit,* ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς, *vt significaret* τὰ ἀναλυτικὰ *Lucianus: epist. Alexandri, Plutarchus, Gell. 6. 4. l. 20. Galenus, Cicero, 5. de finibus, at ab eo* ἐν διαμέτρῳ *dissentit Eustratius in primo. Et hic Simplicius in Categorias ex Alexandri Sniak.*

Ὥστε καὶ ἡ μὴ λόγου] *Argumentum est à coniugatis. Aliud est* ποιητὸν, *aliud* πακτὸν, *aliud* ποίησις, *aliud* πᾶξις, *ergo alia* πακτικὴ, *alia* ποιητικὴ ἕξις. *Addit, eas non ita affectas esse inter se, vt genus & speciem. Neutrã enim sub altera contineri. Quod tamen intelligendũ est vbi proprie loquimur. Interdum enim* τὸ ποιῶν *latius accipitur, ita vt sub eo contineatur etiam* τὸ πάσχειν.

Τεχνάζειν καὶ διωρῆν] *deleo illud* καὶ, *Vbi enim docuit quid sit* τέχνη, *statim addit quid sit* τεχνάζειν. *etsi aliter alij.* Ἀτεχνία *duobus modis dicitur,* ἁπλῶς, *&* κατὰ διάθεσιν. *de posteriore hic loquitur.*

Ἀπορία.

Rectene definitur τέχνη, ἕξις ποιητικὴ? *Atq; hæc definitio*

nitio angustior est eo; quod definitur. Nam apud Platonem in Philebo, in Theæteto, in Politico, & sæpe alibi artes diuidũtur in Τεωρητικὰς, πρακτικὰς, & ποιητικάς. *Galenus in libro* περὶ συστάσεως ἰατικῆς. ἐπειδὴ τῶν τεχνῶν ἔνιαι μὲν ἐν μέσῳ τῷ θεωρῆσαι τὴν φύσιν ὧν ἐπισκοποῦνται πραγμάτων ἔχουσι τὸ τέλος ὡς ἀριθμητικὴ, καὶ ἀστρονομία, καὶ φυσιολογία, τινὲς δὲ πράττουσι μέν τινας πράξεις, ὡς ὀρχηστικήτε, καὶ κηρυκτικὴ, δεῖξαι δ' οὐδὲν ἔργον ἑαυτῶν ἔχουσι τοῦ πράττειν παυσαμέναι, τινὲς δὲ ἔμπαλιν τούτων ἐπιδείκνυνται δημιουργήματα, καθάπερ οἰκοδομικήτε καὶ τεκτονικὴ, τινὲς δὲ οὐδὲν ἄυται δημιουργοῦσι, ἔργον δ' αὐταῖς ἐστὶ καὶ σπούδασμα θηράσαιτε, καὶ κτήσασθαι τῶν ὄντων τι, καθάπερ ἥτε ἁλιεευτικὴ, καὶ κυνηστετικὴ, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν ἡ θηρευτικὴ πᾶσα, &c. *Basilius hom. 1. in Genesim.* ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν τεχνῶν αἱ μὲν ποιητικαὶ λέγονται, αἱ δὲ πρακτικαὶ, αἱ δὲ θεωρητικαὶ, καὶ τῶν μὲν θεωρητικῶν τέλος ἐστὶν ἡ κατὰ νοῦν ἐνέργεια, τῶν δὲ πρακτικῶν αὕτη ἡ τοῦ σώματος κίνησις. ἧς παυσαμένης οὐδὲν ὑπέστη οὐδὲ παρέμενε τοῖς ὁρῶσι, ὀρχήσεως γὰρ καὶ αὐλητικῆς τέλος οὐδὲν, ἀλλ' αὐτὴ εἰς ἑαυτὴν ἐνέργεια καταλήγει, ἐπὶ δὲ τῶν ποιητικῶν τεχνῶν, &c.

Quintilianus cap. 18. lib. 2. Cum sint autem artium aliæ positæ in inspectione, id est, cognitione, & æstimatione rerum, qualis est astrologia. nullum exigens actum, sed ipso rei cuius studium habet, intellectu contenta, quæ θεωρητικὴ vocatur: aliis in agendo, quarum in hoc finis est, & ipso actu perficitur, nihilque post actum, operis relinquit. quæ πρακτικὴ dicitur,

citur, qualis eſt ſaltatio: aliæ in effectu, quæ operis, quod oculis ſubiicitur conſummatione finem accipiunt, quam ποιητικὴν appellamus, qualis eſt pictura, fere iudicandum eſt, Rhetoricen in actu conſiſtere.

Cicero Academic. lib. 2. Cumque artium aliud eiuſmodi genus ſit, vt tantummodo animo rem cernat, aliud vt moliatur aliquid & faciat, &c.

Sed & Ariſtoteles ipſe hoc probat principio horum librorum, & alibi vocat Rhetoricen artem, & poëticen artem, & artem canendi tibiis, aut lyra, vt in Politicis, quas conſtat non eſſe ποιητικὰς, &c.

Triplex ſolutio.

Vna quod παρέργως hic diſſeratur de arte, Ideoque non tam ſubtiliter agendum ſit. Hoc enim tantum curauit Ariſtoteles vt eam à prudentia diſtingueret. Hæc expedita eſt, ſed videtur in Ariſtotelem ipſum contumelioſa eſſe.

Τὸ φάρμακόν σου τῷ νόσον μείζω ποιεῖ.

Itaque qui ita reſpondent

Πικρὰν χολὴν κλύζουσι φαρμάκῳ πικρῷ.

Et adhibent remedium grauius morbo.

Altera, τὰς πολιτικὰς τῶν τεχνῶν pertinere ad prudentiam. Et certe prudentem gubernatorem, Ducem, Architectum dicimus. Quid igitur? dicemus artem ſaltandi, aut canendi lyra, eſſe partem prudentiæ? Etſi quis

Digitized by Google

iis careat, non erit perfecta prudentia? Item fieri potest vt quis ex aliqua earum artium optime agat, qui tum agat imprudentissime, vt si senati, in foro artificiosissime saltet, dicamus eum, & optime saltasse & imprudentissime egisse. Item nemo prudens est nisi vir bonus, & multi nequissimi homines talibus artibus excellunt. Item prudentia non respicit certum aliquem finem, vt ὑπείαν aut robur, aut talia, sed id quod communiter vtile est ad vitam.

Tertia, quod cum omnes artes dicantur ποιητικαὶ, verbum ποιεῖν latius patet quam in octauo τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, Ita vt & saltare, & canere fidibus, & ducere exercitum, & mederi, sit facere, quatenus eæ omnes res, aliæq; consimiles certis quibusdam præceptis continentur, & quatenus earum τὸ εὖ spectatur ex ipsis, non ipso agente, hoc enim discrimen positum est ab ipso inter τέχνας & virtutes, lib. 2. τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν τεχνῶν γιγνόμενα, τὸ εὖ ἔχει ἐν αὐτοῖς. ἀρκεῖ οὖν ταῦτά πως ἔχοντα γενέσθαι, τὰ δὲ κατὰ τὰς ἐρωτὰς γιγνόμενα ἢ ἐὰν αὐτά πως ἔχῃ, ἀλλὰ καὶ ἐὰν ὁ πράττων. Hæc postrema est ἡ ἀρέσκουσα.

IN CAPVT V.

Καὶ ποιήσεται] τῆς μὲν γὰρ, &c. ἡ εὐπραξία τέλος. λείπεται ἄρα, &c. καὶ κακὰ. Διὰ τοῦτο, &c. Ita collocanda hæc puto vt cohæreant.

Ενθεν καὶ τὴν Σωφροσύνην] *Argumento quodam ducto à notatione τῆς Σωφροσύνης probat prudentiam esse. περὶ τὰ πρακτὰ. Cum enim Σωφροσύνη dicatur quasi*

Σώζουσα

Σώζουσα τὴν φρόνησιν, quod etiam à Platone positum est in Cratylo, id quod conseruatur ὑπὸ τῆς Σωφροσύνης prudentia est. seruat autem illa rectum iudicium de rebus agendis, sed cur id tribuit τῇ Σωφροσύνῃ potius quam fortitudini, aut Iustitiæ? Primum sciendum est, τὰ πάθη esse ea, quæ iudicium deprauãt. Recte enim ait Theocritus ὅτι τοῖς ἐρῶσι καὶ τὰ μὴ καλὰ, καλὰ φαίνεται, & amorem propterea vocamus cæcum, & iram cæcam, & in primo Rhetoricorum docetur, aliter iudicare de rebus homines aut odio aut amore imbutos, aut iratos aliter iis motibus animi carentes. Iustitiæ igitur hic locus non est, quæ non περὶ τὰ πάθη versatur, sed magis περὶ τὴν βούλησιν καὶ περὶ τὰς πράξεις. Hoc autem potius tributum est τῇ Σωφροσύνῃ, quam fortitudini, quia facilius deprauantur homines voluptate, quam vlla re alia, imitatur enim bonum. καὶ Συντέτραπται ἡμῖν καὶ ἐγκεχωρισμένον ὅτι πάθους τῷ βίῳ. Ac præterea Σωφροσύνην vocamus non tantum temperantiam, verum etiam moderationem quandam animi, quæ constat ex cognitione sui, & ex moderatione omnium affectuum. Ea prudentiam conseruat.

Αἱ μὲν γὰρ ἀρχαὶ] (lego ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ) Addit nunc alia quædam quibus proprie distinguat. τὴν φρόνησιν ὑπὸ τῆς τέχνης, atque. Ἀλλὰ μὴν τέχνης μέν ἐστιν ἀρετή. φρονήσεως δ' οὐκ ἔστι. Ἀρετὴ vocatur non tantum ea quæ proprie dicitur virtus, verum etiam cuiuscunq; rei præstantia & bonitas. Sed in iis tantum rebus dicitur quarum aliæ bonæ sunt, alia malæ, vt quia non omnis regio fertilis est, sed alia sterilis, alia ferax, pinguedinem soli

Digitized by Google

& feracitatem vocabimus ἀρετὴν χώρας. & quia equi alij veloces sunt, alij tardi, idcirco ἀρετὴν ἵππου dicemus celeritatem cursus. sic igitur quia cuiuslibet artis alij sunt boni & periti artifices, alij mali & imperiti, sed artifices tamen, idcirco ait Aristoteles, esse quandam ἀρετὴν τέχνης; quasi tu dicas bonitatem artis, qua fit vt alium bonum artificem vocemus, alium non item. At in prudentia nihil tale, neque enim vt alium bonum poëtam dicimus, vt Homerum, alium malum, vt Chœrilum, ita dicimus alium prudentem bonum & intelligentem, alium malum & imperitum. Ita hunc locum accipio. Eustratius prope eodem modo, quamuis alij omnes aliter, sed suum cuique. Sequitur.

Καὶ ἐν μὲν τέχνῃ] *Plato in Hippia minore 358. Xenophon lib. 4. ἀπομνημον, Aristoteles τῷ δί, τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ sub finem.* Διὸ ἐν τῷ ἱππίου λόγῳ παρακρουέται ὡς ὁ αὐτὸς ψευδὴς καὶ ἀληθὴς, τῶν δυναμένων γὰρ ψεύδεσθαι λαμβάνει, ψευδῆ οὗτος δ' ὁ εἰδὼς καὶ ὁ φρόνιμος. ἔτι τὸν ἔχοντα φαῦλον, βελτίω. τοῦτο δὲ λαμβάνει διὰ τῆς ἐπαγωγῆς. ὁ γὰρ ἑκὼν χωλαίνων τοῦ ἄκοντος κρείττων. τὸ χωλαίνειν τὸ μιμεῖσθαι λέγων. ἐπεὶ εἴγε χωλὸς ἑκὼν, χείρων ἴσως, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ ἤθους, καὶ τοῦτο. *Seneca lib. 15. epistolarum.* Vis scire, quam dissimilis sit aliarum artium conditio & huius? In illis excusatius est voluntate peccare quam casu; in hac maxima culpa est, sponte delinquere. Quod dico tale est. Grammaticus non erubescit si solœcismum sciens facit, erubescit si nesciens. Medicus si deficere ægrum non intelligit, quantum ad artem

Digitized by Google

artem magis peccat, quam si se intelligere dissimulat. At in hac arte viuendi, turpior volentium culpa est.

Μετὰ λόγου μόνον] *requirit enim præterea* ὀρθὴν ὄρεξιν, *in quam obliuio nihil potest.*

* * *

IN CAPVT VII.

Τὴν δὲ Σοφίαν] *Sophia antiquissimis temporibus non erat vllius certæ virtutis facultatisúe nomen, sed ita commune, vt quam quisque artem exquisite præter cæteros calleret, in ea* Σοφὸς *diceretur. Ipsumque* Σοφίας *nomen omnibus etiam vilissimorum opificum artibus tribueretur, quod vel ex Platonis Apologia, vel ex Theage constat, & idem confirmat Aristoteles hoc loco. Atque hoc sensu videlicet illud protulit,*

Ἐπεὶ Σοφὸς ἤραρε τέκτων.

Idemque Iliados o. fabrum, id est, ναυπηγὸν *peritum describens* πᾶσαν Σοφίαν *ei tribuit, vt & Hesiodus cytharædo Lino, & Hesiodus cum significare vellet se nauticæ rei prorsus imperitum esse.* Οὔτέ τι ναυτικίης, *inquit* σεσοφισμένος. *sed & Xenophon in Hierone cibos exquisitius apparatos ac conditos* Σοφίσματα *vocauit.* Σοφοὺς *igitur aut* Σοφιστὰς *vocabant eos, qui quacunque in re multum operæ ac studij ponerent:* τοὺς, *vt ait Clemens in primo* στρωματῶν περὶ ὁπῶν πολυπράγμονας: *vt Eustathius,* ἅπαντας τοὺς τεχνίτας. *Iccircoque Socrates cum Theæteto disputãs innuere videtur,* τὴν σοφίαν ὑ διαφέ-

ρειν

ρειν τῆς ἐπιστήμης, & *discere nihil esse aliud, quam* περὶ ὁ μαντάνει τις, Σοφώτερον γίνεσθαι.

II. *Peculiare autem aliquando hoc nomen musicorum fuit, eos enim omnium esse eruditissimos putabāt.* Cicero 1. *Tusculanarum*, summam eruditionem Græci sitam censebant in neruorum vocumque cantibus. *Athenæus lib. 14.* τὸ δὲ ὅλον ἔοικεν ἡ παλαιὰ τῶν ἑλλήνων Σοφία τῇ μουσικῇ μάλιστα εἶναι δεδομένη· καὶ διὰ τοῦτο τῶν μὲν θεῶν Ἀπόλλωνα, τῶν δὲ ἡμηθέων ὀρφέα μουσικώτατον καὶ Σοφώτατον ἔκρινον, καὶ πάντας τοὺς χρωμένους τῇ τέχνῃ ταύτῃ Σοφιστὰς ἀπεκάλουν. *Horatius* syluestres homines, &c. *& paullo post,*

—fuit hæc sapientia quondam
publica priuatis, &c.

III. *Iam vero apud antiquos musici iidem erant & poëtæ. Cicero 3. de orat.* Namque hæc duo musici, qui erant quondam iidem poëtæ, machinati ad voluptatem sunt, versum atque cantum. *Cum ergo musici* Σοφοὶ *siue* Σοφισταὶ *dicerentur, poëtæ quoque eodem nominis honore afficiebantur, Laertius lib. 1.* οἱ δὲ Σοφοὶ καὶ Σοφισταὶ ἐκαλοῦντο, καὶ οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ οἱ ποιηταὶ Σοφισταὶ καθὰ καὶ κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχῳ τοὺς περὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ἐπαινῶν, οὕτως καλεῖ. *Atque hinc videlicet* Ἀνακρέων ὁ σοφὸς *in Phædro, & poëtæ in Lyside sapientiæ patres ac duces, & à Cicerone in Miloniana* homines sapientissimi *nominantur.*

IV. *Sapientes etiam vocabant eos, qui condendarum legum gubernandarumque ciuitatum rationem tenerent, Cuiusmodi sapientiam apud Platonem expe-*

tit

tit Theages. Id putabant fecisse primos poëtas, quod Horatiani versus paulo supra à me citati indicant, & eodem nomine vocabant leges & cantica, νόμους. & solitas apud quosdam populos leges includi versibus, & vulgo cani, Aristoteles in politicis auctor est. Sed hanc Aristoteles, vt videbimus, prudentiam, *non* sapientiam *vocat.*

V. Quoniam autem Rhetores contendebant, artem suam eam esse, qua regerentur ciuitates, sibique politicorum nomen vindicabant: factum, vt ipsis quoque sapientum appellatio tribueretur, Itaque eis vbi copiose & ornate in publico dixerant, acclamabatur, Σοφῶς. Martialis.

Quod tam grande Σοφῶς, &c.

VI. Σοφὺς etiam vocabant callidos & astutos: quomodo Euripides, mulieres ad machinãda mala sapientissimas esse dicit.

VII. At Aristoteles eos proprie sapientes vocat, qui in rebus diuinis, & in iis quæ in obscuritate naturæ latent contemplandis occupati sunt. & lib. 1. τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, sapientiam vocat eam scientiam, quæ primas rerum causas, primaque principia considerat: quæque non in huius, aut illius generis, sed in eius quod est ea ratione qua est cognitione ac contemplatione versatur.

Phidiæ opus fuit Iuppiter Olympius ex Ebore teste Plinio adiutore (celote quodam) Anno VC. CCC. & initio pistor fuit cuius statuæ ad pedes adscriptum erat: φειδίας χαρμίδου υἱὸς Ἀθηναῖος μὲν ἐποίησεν. Auctor Pausanias, cuius exemplum vnde duxisset interrogatus, respondit

Digitized by Google

respondit hic se Homeri versibus, quasi magistro vsum.

Ἦ καὶ κυανεήσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε κρονιῶν
Ἀμβροσίαι δ' ἄρα καῖται ἐπερ ῥώσαντο ἀνακτὸς,
Κρᾶτος ἀπ' ἀθανατοῖο, μέγαν δ' ἐλέλυξεν ὄλυμπον.

Hoc simulachrum cum vidisset, L. Æmilius Paullus (auctor Polybius apud Suidam) obstupuisse dicitur, & dixisse. Solus Phidias Homericum Iouem digne imitatus est. *Fecit & Athenis Mineruam ex ebore & auro 26. cubitorum, mors illius est apud Plutarchum in Pericle. Polycletum nobilitauit Conon. Diadumenus, Astragalozoutes, &c. Consummasse hanc scientiam iudicatus est, & Toreuticen sic erudisse vt Phidias aperuisset.*

Ἀρετὴ τέχνης] *confirmat interpretationem meam.*

Εἶναι δέ τινας] *Duo proponit, sapientiam non esse idem quod* πολιτικὴν, *& non esse idem quod* φρόνησιν, *& addit commune argumentum ad probandum vtrumq;. quod sapientia versatur* περὶ τὰ τιμώτατα, *at talis non est homo. harum autem vtraque respicit hominem, deinde vtramque partem tractat sensim, sed ordine inuerso, id est, omnes dixerint* τὸ φρόνιμον εἶναι *nihil esse aliud quam* τὸ εὐθεωρεῖν περὶ αὐτὸ ἕκαστα, *& si quis hoc præstare poßit, ei potißimum singula commiserint ac gubernanda tradiderint.*

Εν τῇ μαργείνῃ] *Citat hunc & Basilius homilia ad Iuuenes, sed dubitat num hoc poëma sit Homeri. Constat ex Iambicis & ex heroicis Aristotelis,* περὶ ποιητικῆς, *Archilochus, Cratinus, Callimachus, Hæphastion.*

de

Digitized by Google

de ipso Margite, vide quæ apud Suidam & Aristophanem ἐν βατράχοις. Citat ex Margite Plato hunc verbum in Alcibiade 2.

Πολλ' ἠπίστατο ἔργα, κακῶς δ' ἠπίστατο πάντα.

Ἀνθρωπός ἐστιν] *hæc videre paulo infra disputabitur. Eustratius hæc ita exponit. Absurdum autem est, si quis dicat politicam esse scientiam, non est enim, Cum sit περὶ τὰ ἐνδεχόμενα eodemque modo, absurdum est, si quis dicat prudentiam esse σοφιστάτην, id est, sapientiam, sed hæc expositio mihi quidem probari non potest. Melius D. Thomas, quem sequor.*

Εἰ δὴ ὑγιαινόν] *Constituitur hoc loco insigne discrimen inter sapientiam & prudentiam, petitum ex dissimilitudine rerum, in quibus earum vtraque versatur. Intelligendum est enim eorum, quæ sunt, quædam qualia sunt, talia semper esse, & talia dici suapte vi, & sine vlla ad aliud relatione. Vt color qui habet vim affectus dissipandi, semper est album; & recta semper est linea, quæ breuissima est inter duo puncta, neque id tantum: verum & quæ iis affecta sunt, semper talia sunt, nisi mutentur, vt nix & ebur semper alba, nisi mutentur: & quamuis, arquatis, vt ait Varro, & veternosis, quæ lutrea non sunt, lutrea videntur, non tamen mutant colorem, prout is qui ea intuetur affectus est. Non enim assentimur Democrito, qui vt est apud Galenum lib. 1. περὶ τῶν κατ' ἱπποκράτην στοιχείων, dicebat,*

Νόμῳ χροιὴ, νόμῳ πικρὸν, νόμῳ γλυκὺ.

Cum significaret, album, nigrum, amarum, dulce, nihil esse reuera, sed opinione tantum, Neque Protago-

Digitized by Google

ra, qui dicebat hominem omnium rerum esse mensuram: Ita vt tale quidque esset, quale ei videretur: neque Aristoni, & Pyrrhoni, quorum iam pridem merito explosa sententia est. Neque remus in aqua rectus esse desinit, etiamsi inflexus videtur. Quædam alia sunt, quæ non dicuntur talia, nisi ex relatione quadam ad aliud, & sine vlla mutatione sui sæpe talia esse desinunt, vt cibus, potus, somnus, ambulatio, gestatio, nauigatio, non dicuntur salubria, bona aut mala, nisi quatenus ad aliud pertinent, neque aut omnibus vniusmodi sunt, aut iisdem semper. Aliud, ait Aristoteles, bonum ac salubre est hominibus, aliud piscibus: quin etiam hominum aliud alij, & eidem idem modo bonum ac salubre, modo contra. Eadem sapientiæ & prudentiæ *distinctio est. Nam* sapientia *versatur iis in rebus, quæ semper eodem se modo habent, neque vsquam alio pertinent: at* prudentia *in eis quæ pro temporum, locorum, ac personarum varietate mutantur. Itaque sapientiæ decreta immutabilia sunt: at prudēs sæpe consilium mutat.* Nunquam, *ait Cicero,* præstantibus in Repub. gubernanda viris laudata est in vna sententia perpetua permansio. sed vt in nauigando tempestati obsequi artis est, etiamsi portum tenere nō queas: cum vero id possis mutata velificatione assequi, stultum est, cum tenere cum periculo cursum, quem ceperis: potius, quam eo commutato, quo velis, tamen peruenire: sic cum omnibus nobis in administranda Repub. propositum esse debeat, id

quod

quod à me sæpissime dictum est, cum dignitate otium, non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus.

Τὸ δ' περὶ αὐτὸ ἕκαστα] *Etsi neutro genere vsus est Aristoteles, tamen latine libentius hoc modo verterim.* Prudentem enim omnes dixerint eum, qui quaq; in re quid bonum factu sit, videat, eiq; rem illam commiserint. *Est autem argumentum à coniugatis. Nam τὸ ἀγαθὸν & τὸ εὖ quodammodo coniugata sunt. De varietate coniugatorum simplicius in Categ. τὸ ἀγαθὸν non idem est omnibus τὸ φρόνιμον versatur ἐν τῷ τὸ εὖ θεωρεῖν. Non potest igitur τὸ φρόνιμον semper idem esse, id est, nõ est prudentis semper idem sentire, aut suadere: sed orationem ac consilium suum ad locorum, temporum, personarum varietatem ac mutationem accommodare.*

Διὸ καὶ τῶν θηρίων] Quocirca, *inquit*, etiam bestiarum quasdam prudentes esse dicunt: quæcunque vim quandam habent, ea quæ sibi ad victum necessaria sunt, prouidendi. *Hoc autem argumento probat, prudentiam in eo sitam esse, vt quis sibi prospiciat, ac præparet ea quibus ad vitam tuendam indiget, quod in bestiis quoque talem quandam prospicientiam* prudentiæ *nomine afficere soleamus. Illius autem naturalis in bestiis prudentiæ exemplum poni potest in formica; de qua Horatius.*

Paruula nam exemplo est magni formica laboris,
Ore trahit quodcunque potest, atque addit aceruo,
Quem struit haud ignara ac non incauta futuri;

Digitized by Google

Quæ simul inuersum contristat Aquarius annum,
Non vsquam prorepit, & illis vtitur ante
Quæsitis sapiens.

Sed & miram quandam araneorum calliditatem videmus; & quæ tum ab aliis, tum à Virgilio in quarto Georgicōn de apibus scripta sunt, fidem non facerent, nisi quotidie cernerentur. Sed qui mira quædam animalium ingenia cognoscere cupiet, legat Aristotelis librum 9. de historia animalium, & Plutarchi Gryllum, eiusdemque Commentarium, in quo disputatur. Vtra animalia prudentiora sint, eáne quę in terris, an eaque in aquis degunt.

Φανερὸν δ' ὅτι] *Docet rationem administrandæ Reipublicæ non esse idem quod sapientiam. multas enim sapientias esse oporteret, cum illa spectet id quod vtile est ciuitati: aliud autem alij ciuitati vtile est. Sed ne quid dissimulem, valde suspicor multas voces hoc loco temere adiectas. Et si quis illa τῶν ζώων, & τῶν ὄντων delenda censuerit, me quidem adstipulatorem habebit. Nisi forte alterum alterius locum occupauit. Non esse autem eandem artem medendi morbis omnium animalium, vel ex eo intelligitur, quod alij hominibus, alij equis, alij bobus, aut pecudibus medicinam faciunt, eorumq; maxime inter se diuersæ sunt artes ac facultates. quomodo tamen Plato vtitur nomine Σοφίας in Theage & Plutarchus in Themistocle sub principium.*

Εἰ δὲ ὅτι βέλτιστον] *Vt in exemplis notis illustribusq; versemur. Poterat fortasis aliquis existimare politicē, & sapientiam eandem esse, hoc argumento vsus: quod*

homo

Digitized by Google

homo animal omnium longe præstantissimum est: ita vt ea facultas quæ humanum bonum maxime spectat, qualis est politice videatur in maximis maximique faciendis rebus versari. Diximus autem sapientiam esse. περὶ τὰ τιμιώτατα. Respondet Aristoteles, ex eo nihil effici: neque verum esse quod sumitur. multa enim sunt homine præstantiora & diuiniora; vt exempli causa. Corpora cœlestia. Non igitur vere dicitur hominem esse τὸ τιμιώτατον, aut τὸ θειότατον τῶν ὄντων.

Sed in his quædam sunt, quæ accuratius considerandа videantur. Ac illud primum, Sítne ea hominis præstantia & excellentia, quam hic significari videmus. sane enim multa dicta sunt à veteribus, quæ videntur valde ad abiiciendum ac deprimendum hominem pertinere. Homerus quidem vniuerse pronunciat, nihil eorum quæ terra nutrit, esse homine infirmius.

Οὐδὲν ἀχειδύτερον Γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο.

Et maximus Homeri imitator diuinus poëta Sophocles, ita sapientissimum virum Vlyssem loquentem facit.

Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο, πλὴν
Εἴδωλ' ὅσοις ζῶμεν, ἢ κουφὴν σκίαν.

Sed & Æschilus iam hominem dixerat esse vmbrã fumi, & Postea Pindarus, vmbræ somnium. & notum est illud Varronis. Homo Bulla; neque facilius quicquam est, quam eiusmodi quamlibet multa colligere. Sed multa contra dixere iidem veteres, quibus dignitatem hominis amplificarent & extollerent. Nam & esse homini cum Diis agnationem, & animos no-

Digitized by Google

stros decerptos ac delibatos esse ex mente diuina, esseque illius quasi quædam ἀποπασμάτια: & quidam veterum philosophorum dixisse traditur, Deum esse hominem immortalem, *hominem autem*, mortalem Deum: *stulte ille quidem & arroganter. Sed tamen significare voluit, magnam quandam esse homini similitudinem cum Deo. Quid illa Poëtarum quam magnifica sunt? Ouidius 1. Metam.*

Sanctius his animal, mentisque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset.
Natus homo est: siue hoc diuino numine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris origo;
Siue recens tellus, seductaque nuper ab alto
Æthere, cognati retinebat semina cœli.
Quum satus Iapeto missam fluuialibus vndis
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.

Quid illud Oppiani?

οὐ γάρ τι πέλει καθυπέρτερον ἀνδρῶν Νόσφι θεῶν.
Μούνοισι δ' ὑπείξομεν ἀθανάτοισι.

Sunt autem & illa sapienter dicta ad reprimendam hominum arrogantiam, & hæc ad eosdem abducendos à rebus caducis & mortalibus, & ad cœlestium ac diuinarum cognitionem atque amorem excitandos. Neque dubium est, quin homo longe multumque cæteris animalibus antecellat. nam & cætera propter hominem condidit Deus. quod non tantum è sacris libris cognouimus (quanquam ex eis maxime ac certissime) verum etiam ex Aristotele ipso, cuius hæc sunt è primo Politicorum τά τε φυτὰ τῶν ζώων ἕνεκεν εἶναι, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα

τῶν

τῶν ἀνθρώπων χάριν, τὰ μὲν ἥμερα καὶ διὰ τὴν χρῆσιν, καὶ διὰ τὴν τροφήν. τῶν δ' ἀγρὶ, εἰ μὴ πάντα, ἀλλὰ τάχε πλεῖστα τῆς τροφῆς, καὶ ἄλλης βοηθείας ἕνεκεν, ἵνα καὶ ἐσθὴς καὶ ἄλλα ὄργανα Γίνηται ἐξ αὐτῶν. *statimque addit* εἰ οὖν ἡ φύσις μηθὲν μήτε ἄτελες ποιεῖ, μήτε μάτην, ἀναγκαῖον τῶν ἀνθρώπων ἕνεκεν αὐτὰ πάντα πεποιηκέναι τὴν φύσιν. *In eandem sententiam multa è Stoicorum hausta libris apud Ciceronem in secundo de natura deorum disputantur. Et Iurisconsulti cum in fructibus etiam animalia numerent, fructus omnes esse aiunt à natura hominum gratia comparatos. l. in pecudum fructu Dig. de vsuris & fructibus. Ad summam, cum constet, finem semper omnibus quæ ad ipsum referuntur, præstantiorem esse: & omnia animalia propter hominem condita, sequitur hominem multo esse aliis animalibus præstantiorem. Atque hoc est, quod ait Aristoteles,* ὅτι βέλτιστον ἄνθρωπον τῶν ἄλλων ζώων. *subiungit tamen esse alia quædam multo diuinioris naturæ, vt ea* ἐξ ὧν ὁ κόσμος Γενέσηκεν, *quibus significari opinor corpora cœlestia. nam ea animalia esse & quidem ratione prædita, Plato, Aristoteles, Stoici censuerunt. Plato in Timæo* οὕτως οὖν δὴ κατὰ λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν, τόν δε τὸν κόσμον ζῶον ἔμψυχον, ἔννουντε τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ Γενέσθαι πρόνοιαν. *Quæ Cicero ita conuertit.* Quam ob causam non est cunctandum profiteri, si modo inuestigari aliquid coniectura potest. Hunc mundum animal esse, idque intelligens & diuina prouidentia constitutum. *Aristoteles 2. de Cœlo,* ὁ δ' οὐρανὸς ἔμψυχος καὶ ἔχει κινήσεως ἀρχὴν. *& in*

eodem, Ἀλλ' ἡμεῖς ὡς περὶ σωμάτων μόνον αὐτῶν καὶ μονάδων τάξιν μὴ ἐχόντων, ἀψύχων τε πάμπαν διανούμεθα. δεῖ δὲ ὡς μετεχόντων ὑπολαμβάνειν φύσεως καὶ ζωῆς. De stoicorum autem sententia multis idem argumentis confirmatur in secundo natura Deorum. Atque ex hac opinione illa Ouidiana sunt. 1. Metam.

Non regio foret vlla suis animalibus orba,
Astra tenent cœleste solum, formæque Deorum,
Cesserunt nitidis habitandæ piscibus vndæ.
Terra feras cepit volucres agitabilis aër.

Pasci etiam ea dicebant quidam vaporibus, qui ex mari & ex humidis atque Vliginosis terræ partibus expressi superiorem locum peterent. Quod Maro secutus est cum dixit.

Conuexa polus, dum sydera pascet. Sed hanc vulgi potius quam Philosophorum fuisse sententiam puto. Quis enim, qui primis modo labris gustasset Physiologiam, quæ æterna atque immortalia statuisset, eadem alimenti crederet indigere? Itaque quidam ex Peripateticis, visum modo & auditum & tactum eis tribuebant, gustatum & odoratum detrahebant. Aristoteles ipse eorum vitam intelligentia & appetitu contineri putat. Nam lib. 12. τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ primum illum immobilem vniuersi motorem ait esse νοητὸν καὶ ὀρεκτὸν, atque ita ab eo cœlum moueri. Hæc si vera essent, id est, si orbes cœlestes essent animalia æterna, & ratione prædita, nõ sane inficiari possemus, ea esse homine præstantiora. Sed hac de re inter sacros scriptores non conuenit. Diuus quidem Basilius hom. 3. in Genesim aperte negat

corpora

corpora cœlestia animata esse, ὅτε γὰρ οἱ οὐρανοὶ ἔμψυχοι, ἐπειδὴ διηγοῦνται δόξαν θεοῦ, ὅτε τὸ στερέωμα ζῶόν ἐστιν αἰσθοκόν, ἐπειδὴ ἀναγγέλλει, ποίησιν τῶν χειρῶν αὐτοῦ. *In eadem sententia est Damascenus cuius hæc sunt è secundo libro orthodoxæ fidei*, μηδεῖς δὲ ἐμψυχωμένους τοὺς οὐρανοὺς ἢ τοὺς φωστῆρας ὑπολαμβανέτω, ἄψυχοι γάρ εἰσι καὶ ἀναίσθητοι. ὥστε εἰ καὶ φησὶν ἡ θεία γραφὴ, εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, τοὺς ἐν οὐρανῷ ἀγγέλους, καὶ τοὺς ἐν γῇ ἀνθρώπους πρὸς εὐφροσύνην καλεῖ. *At Origenes, vt Platonicus, ea animata esse censet, & in eam sententiam inclinare videtur Hieronymus explicans primum caput Ecclesiastæ, D. Augustinus ad finem libri secundi de Genesi ad litteram, nihil ea de re temere credendum admonet, & in Enchiridio ad Laurentium, ingenue, sibi de eo non constare profitetur, his verbis.* Quid inter se distent quattuor illa vocabula, quibus vniuersam ipsam cœlestem societatem videtur Apostolus esse complexus dicendo, siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates; dicant qui possunt, si tamen possunt probare quod dicunt. ego me ista ignorare confiteor, sed nec illud quidem certum habeo, vtrum ad eandem societatem pertineant sol & luna, & cuncta sidera: quamuis nonnullis lucida corpora esse, non cum sensu vel intelligentia videantur. *Sed hoc religio nostra, id est, veritas ipsa repudiat. Cur illud,* φανερώτατά γε, *ab Aristotele additum est? Quoniam alia etiam esse animalia homine diuiniora rudis illa, & stul-*

ta vetustas credidit, Heroas, Dæmonas, Faunos, Nymphas, *aliaque huiusmodi otiosorum hominum somnia. Sed Aristoteles iis tantum vti voluit, quæ in conspectu omnium sita essent.*

Ἐκ δὴ τῶν εἰρημένων] Quoniam earum rerum quæ natura plurimi sunt, & principia, & ea quæ efficiuntur ex principiis complectitur.

Διὸ Ἀναξαγόραν] *Argumentum hoc est à communi & vsitata loquendi consuetudine. Vin' tu, inquit, scire, quid homines sapientiæ, quid prudentiæ nomine intelligant? Anaxagoræ, Thaleti & similibus sapientiæ laudem tribuunt, propterea quod versati sunt in magnarum & sublimium, & reconditarum rerum indagatione, prudentiæ negant: propterea quod contemnebant rem familiarem, & ea quæ ad vitam commode tuendam necessaria sunt, negligebant. Aperte igitur significant, se sapientiam in rerum diuinarum, prudentiam in vtilium ad vitam cognitione, & intelligentia ponere. De Anaxagora hæc leguntur apud Laërtium.* Οὕτως εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ διαφέρων ἦν, ἀλλὰ καὶ μεγαλοφροσύνῃ. ὅστε τὰ πατρῷα παρεχώρησε τοῖς οἰκείοις, αἰτιασθεὶς γὰρ ὑπ' αὐτῶν ἀμελῶν, τί οὖν, ἔφη, οὐχ ὑμεῖς ἐπιμελεῖσθε; καὶ τέλος ἀπέστη. καὶ περὶ τὴν τῶν φυσικῶν θεωρίαν ἦν, οὐ φροντίζων τῶν πολιτικῶν ὅτε καὶ πρὸς τὸν εἰπόντα, οὐδέν σοι μέλει τῆς πατρίδος; εὐφήμει, ἔφη, ἐμοὶ γὰρ καὶ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος. δείξας τὸν οὐρανόν. *Thales autem Astrologiam præcipue coluisse, & multa in ea primus adnotasse traditur, eamque præcipue ob causam primus nominatus. Cicero quidem eum è septem illis sapientissimum*

Digitized by Google

tissimum fuisse dicit. Derisum à Vetula (quod hic etiam D. Thomas narrat) his verbis apud Laërtium legimus. λέγεται δὲ ἀγόμενος ὑπὸ γραὸς, ἐκ τῆς οἰκίας ἵνα τὰ ἄστρα κατανοήσῃ εἰς βόθρον ἐμπεσεῖν, καὶ αὐτῷ ἀνοιμώζαντι φᾶναι τὴν γραῦν, οὐ γὰρ ὦ θαλῆ τὰ ἐν ποσὶν οὐ δυνάμενος ἰδεῖν, τὰ ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ οἴει γνώσεσθαι; *quo ex ioco effictus est ille veteris poëtæ versiculus, quem citat Cicero lib. de diuinatione.*

Quod est ante pedes nemo spectat: cœli scrutantur plagas.

Huic tamen & tractandæ Reipub. & rei familiaris amplificandæ voluntatem magis, quam facultatem defuisse constat. Ita enim de eo Laërtius. δοκεῖ δὲ καὶ ἐν τοῖς πολιτικοῖς, ἄριστα βεβουλεῦσθαι. Κροίσου γοῦν πεμψαντος πρὸς μιλησίους ἐπὶ συμμαχίᾳ, ἐκώλυσεν. ὅπερ κύρου κρατήσαντος ἔσωσε τὴν πόλιν. *Posse autem se, si eam cogitationem se dignam duceret, nullo negotio ad maximas diuitias peruenire ostendit, cum prouisa ac præcognita futura olearum vbertate, omnia Milesiorum & Chiorum præla olearia, & Trapeta vili conduxit, vt Aristoteles 1. πολιτικῶν, & Hieronymus Rhodius apud Laërtium scribunt, aut, vt Cicero ait, omnem oleam, antequam florere cœpisset in agro Milesio coëmit. qua ex re ingentem sibi pecuniam comparauit, etsi Plinius hoc ipsum, & paulo aliter narrat, & non Thaleti, sed Democrito tribuit. cuius verba sunt lib. 18. cap. 28.* Ferunt Democritum, qui primus intellexit ostenditque cum Terris Cœli societatem spernentibus hanc curam eius opulentissimis ciuium,

Digitized by Google

uium, præuisa olei caritate ex futuro Vergiliarum ortu, qua diximus ratione, ostẽdemusque iam plenius, magnatum vtilitate propter spem oliuario emisse in toto tractu omne oleum, mirantibus, qui paupertatem & quietem doctrinarum ei sciebant in primis cordi esse. Atque vt apparuit causa, & ingens diuitiarum cursus, restituisse mercedem anxiæ & auidæ Dominorum pœnitentiæ, contentum ita probasse, opes sibi in facili, cum vellet, fore. Hoc postea Sextius è Romanis sapientiæ adfectatoribus Athenis fecit eadem ratione. *Hæc Plinius. Sed eum ego in Democrito memoria lapsum puto.*

Διὸ καὶ ἔνιοι οὐκ εἰδότες] *qui non tenent causam, neq; τὸ καθόλον.*

Ενίων εἰδότων] *non tamen quibusuis scientibus, sed quibusdam tantum, iis nimirum, qui experientia carent.*

Πρακτικώτεροι, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις] *sunt enim & alij, vt assuefacti, οἱ ἔμπειροι. Vt multi caußidici ac rabulæ forenses etsi legum, & Iuris ciuilis imperiti, melius litem aliquam diriment, quam quidam qui cognitione ac scientia Iuris excellent. Aristoteles 1. τῶν μετὰ τὰ φυσι. πρὸς μὲν οὖν τὸ πράττειν, ἐμπειρία τέχνης οὐδὲν δοκεῖ διαφέρειν. ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐπὶ τυγχάνοντας ὁρῶμεν τοὺς ἐμπείρους τῶν ἄνευ τῆς ἐμπειρίας λόγον ἐχόντων. αἴτιον δ' ὅτι ἡ μὲν ἐμπειρία τῶν καθέκαστά ἐστι γνῶσις, ἡ δὲ τέχνη τῶν καθόλου. αἱ δὲ πράξεις, καὶ αἱ γενέσεις πᾶσαι περὶ τὸ καθέ-*

καστοῦ

κατὰ εἶσιν. οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρεύων, πλὴν ἢ κατὰ συμβεβηκὸς, ἀλλὰ καλλίαν ἢ Σωκράτην, &c. *Vide locum. Lambinus hoc loco illud* ἐν τοῖς ἀλλοῖς, *male reddit*, in aliis rebus, *vertendum*, inter alios, *aut* inter cæteros.

Εἴη δ' ἄν τις, καὶ ἐνταῦθα ἀρχιτεκτονική] *Cognitio* τοῦ καθόλου πρὸς τὴν τῶν καθ' ἕκαστα γνῶσιν, λόγον ἀρχιτεκτονικῆς ἔχει. *Vt in medicina* κυβερνητικὴ οἰκοδομικὴ, *aliisque similibus.*

IN CAPVT VIII.

Ὄνομα πολιτικὴ] *aut* δικαστικὴ *Eustrat.*

Αὕτη δὲ πρακτικὴ] *l.* ἡ αὕτη δὲ πρακτικὴ, *illud autem* βουλευτικὴ *expungo, etsi ab Eustratio agnoscitur.*

Οὖν τί ἂν εἴη γνώσεως] *pro* φρονήσεως. *Eustrat. quoque affirmat in aliis libris ita legi.*

Διὸ καὶ Εὐριπίδης] *Euripides in Philoctete.*

Πολλοῖς ἠριθμημένον] ἠριθμημένῳ.

Καὶ οἴονται τοῦτο δεῖν] *Plutarchus* ἐν τῷ περὶ τοῦ ἀνεπιφθόνως ἑαυτὸν ἐπαινεῖν.

Εξήλυθε τὸ τούτους φρονίμους] *alios*, τὸ περὶ τοὺς φρονίμους. *Ego deesse aliquid puto.*

Πλῆθος γὰρ χρόνου] *Euripid.* φοινίσ.

Ὦ τέκνον οὐχ ἅπαντα τῷ γέρα κακὰ,
Ἐτεόκλεες πρόσεστιν, ἀλλ' ἡ ἐμπείρια
Ἔχει τί δεῖξαι τῶν νέων σοφώτερον.

Ἔτι ἡ ἁμαρτία] *hoc ad superiora refertur, non ad ea, quæ proxime antecesserunt.*

Αἴσθη-

Digitized by Google

Αἴδησις ἢ φρόνησις] al. ἢ φρόνησις, ego deleo vtrumque.

Τὸ ζητεῖν δὲ καὶ βουλεύεσθαι] ζητεῖν, & βουλεύεσθαι quomodo differant.

IN CAPVT IX.

Εἰ δὲ εὐσυγχία τις] l. ἀγχίνοιά τις ἢ εὐσυγχία, etsi in 1. ὑστέρων, definitur ἀγχίνοια, εὐσυγχία τις, sed videtur vtraq; vox idem valere, neq; illa esse definitio, sed explicatio.

Ὥστε ὀρθῶς ἔσται] ὀρθῶς βουλεύεσθαι, dicitur quicunq; cœpit consilium aptum ad efficiendum quod vult, siue bonum id sit, siue malum, sed εὖ βουλεύεσθαι is tantum, qui bonum aliquod spectat.

Ἢ κατὰ τὸ ὠφέλιμον] κατὰ τὸ ὠφέλιμον, καὶ εὖ δεῖ ἐκ παρεγκλήσεως. Eustrat.

Εὖ βουλεύεσθαι] εὖ βουλεύεσθαι duobus modis dicitur, ἁπλῶς, & πρός τι. Cum igitur εὐβουλία, & prudentia sint prope idem, videbitur itidem duplex prudentia esse, vna ἁπλῶς, altera πρός τι τέλος. Hoc vero interest inter eubuliam, & prudentiam, quod prudentia est & περὶ τέλους, & περὶ τῶν πρός τέλος. Sed tamen τὸ τέλος ἀγαθὸν εἶναι δεῖ.

IN

Digitized by Google

IN CAPVT X.

Πάντες γὰρ ἂν ἦσαν] *Argyr. hoc amplius*, πάντες γὰρ ἂν οἰδότες, ἢ δοξάζοντες ἦσαν συνετοὶ. *quomodo facilior esset sententia.*

Ἡ δὲ ξύνεσις] *Synesin Cicero vocat iudicium in epistola ad Furinum, lib. 10.* Omnino plura me scribere, cum tuum tantum cõsilium, iudiciumque sit, non ita necesse arbitrabar.

Ἀλλ' ὥσπερ τὸ μανθάνειν] *In Eutydemo interrogatur Clinias, vtri* μανθάνουσιν οἱ σοφοὶ, ἢ οἱ ἀμαθεῖς, *& illuditur varia significatione verbi* μανθάνειν. *Tum* πότερα μανθάνουσιν, ἃ ἐπίστανται, ἢ ἃ μὴ. *Definitur ibidem* τὸ μανθάνειν, τὸ λαμβάνειν τὴν ἐπιστήμην. *At Socrates tandem*, οὐκ ἥδισθα, *inquit*, τὸ μανθάνειν, ὅτι οἱ ἄνθρωποι καλοῦσι μὲν ἐπὶ τῷ τοιῶδε ὅταν τὶς ἐξ ἀρχῆς μηδεμίαν ἔχων ἐπιστήμην περὶ πράγματος τινὸς. ἔπειτα ὕστερον αὐτοῦ λαμβάνει τὴν ἐπιστήμην. καλοῦσι δὲ τὸ ταυτὸ τοῦτο, καὶ ἐπειδὰν, ἔχων ἤδη τὴν ἐπιστήμην ταύτην τῇ ἐπιστήμῃ ταυτὸν τοῦτο πρᾶγμα ἐπισκοπῇ ἢ πραττόμενον, ἢ λγόμενον. μᾶλλον μὲν οὖν αὐτὸ ξυνιέναι καλοῦσιν ἢ μανθάνειν, ἐστὶ δὲ ὅτε καὶ μανθάνειν.

IN

IN CAPVT XI.

Ἡ δὲ καλουμένη γνώμη] *Cicero hanc videtur vocare sententiam, in lib. de Senect.* nõ enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporũ res magnæ geruntur, sed consilio, & auctoritate, & sententia, &c.

Τὰ γὰρ ἁπεικῆ] *Omnium enim bonorum virorum commune est ex æquo, & bono cum alio agere, ita interpretor. at Argyropylus,* bona enim & æqua omnibus sunt coram bonis ea ratione, qua ad alium tendunt.

Καὶ ὁ νοῦς] *νοῦς vt accipitur cum est habitus principiorum, est περὶ τὰ φυσικώτατα, at cum dicimus aliquem νοῦν, & aliquid factum νοῦν ἔχοντως ad singularia refertur.*

IN CAPVT XII.

Διαπορήσειε δὲ] *Xenophon. 1. ἀπομνημον.*

Ἀλλ' ὡς ἡ ὑγίεια] τὰ ὑγιεινὰ *exemplar Germanicum. & ita legisse videtur D. Thom. ego tamen deleo.*

Τῶν δὲ τεταρτῶν] *In superioribus fecit τῆς ψυχῆς, τὸ μὲν λογικὸν, τὸ δὲ ἄλογον. Rursusq. τὸ λογικὸν διττὸν, καὶ τὸ ἄλογον διττὸν. quatuor igitur fecit, τῆς ψυχῆς μόρια, τὸ λογικὸν, τὸ θεωρητικὸν, τὸ λογικὸν τὰ βελευτικὸν, τὸ ἄλογον μὲν καθ' ἑαυτὸ, λογικὸν δὲ μεθέξει, τὸ παντάπασιν ἄλογον.*

Digitized by Google

ἄλογον. *Huius igitur τετάρτου μορίου, ait nullam talem esse virtutem.*

Ἐπισήσασι σαφέστερον] *Attente considerantibus, vt de mundo ἐπισήσαντες τούτοις. Polyb. δεῖ δὲ ἐπιμελέστερον ἐπιστῆσαι περὶ τῶν τοιούτων. Hanc vocem omisere Argyr. Perion. Lamb. Vetus autem & Arretinus male verterũt scientibus, non est autem ab ἐπίσταμαι, sed ab ἐφίσημι. Plinius lib. 6. epist.* Euocatus, ἐπίσασθαι, quid facere debeamus, *id est, attente, & diligenter considerate.*

IN CAPVT XIII.

V*Irtutes morales ἀνακολουθοῦσιν an minus? Etiam. nam nulla earum est sine prudentia, & posita prudentia, omnes sequuntur. Atqui non idẽ est εὐφυέστατος, ad omnes: ergo poterit hanc habere, ad quam est εὐφυέστερος, illam aliam non habere. Respondeo, hoc verũ esse potest in virtutibus naturalibus; in perfectis, & proprie dictis non item. Itaque Eustratius ait hanc opinionem esse κοινὴν παρὰ τοῖς σοφοῖς.*

Cic. 3. Tuscul. ait virtutes omnes esse inter se nexas, & coniugatas. Idem 2. de offic. Sed ne quis sit admiratus, cur, cum inter omnes philosophos constet, à meque ipso sæpe disputatum sit, qui vnam haberet, omnes habere virtutes; nunc ita seiungam, quasi posit quisquam qui non idem prudens sit, iustus esse: alia est illa, cum veritas ipsa limatur in disputatione subtilitas, alia cum ad opinionem communem om-

Digitized by Google

nis accommodatur oratio. *Cic. 2. Tusc.* Ecquid scis igitur, si quid de Corinthiis tuis amiseris, posse habere te reliquam supellectilem saluam; virtutem autem si vnam amiseris, etsi amitti non potest, sed si vnam confessus fueris te non habere, nullam te esse habiturum? *Augustinus in epistola ad Hieronymum de loco illo D. Iacobi,* qui offenderit in vno, &c. Certe hinc persuadent, qui vnam virtutem habuerit, habere omnes, & oēs deesse, cui vna defuerit. quod prudentia nec ignaua, nec iniusta, nec intemperās potest esse. Nam si aliquid horū fuerit, prudentia nō erit. Porro si prudentia tūc erit, si & fortis, & iusta, & temperans sit, profecto vbi vbi fuerit, secum habet cęteras. Sed & fortitudo imprudens esse non potest, vel intemperans, vel iniusta, sic temperantia necesse est, vt prudens, fortis, & iusta sit, sic iustitia nō est, nisi sit prudens, fortis, & temperās. Ita vbi est vna vera, aliqua earum, & aliæ similiter sint. Vbi autem aliæ desunt, vera vna illa non est, etsi aliquo modo similis esse videatur.

Duo hic quærenda sunt, quid Aristoteles senserit, & quid verum sit. Laërtius de Aristotele. τὰς δὲ ἀρετὰς ἔφη μὴ ἀνταικολουθεῖν. ἐνδέχεσθαι δὲ φρόνιμόν τινα καὶ ὁμοίως δίκαιον ὄντα, ἀκόλαστον, καὶ ἀκρατῆ εἶναι. *Ipse Aristoteles 4. horum ait, fieri posse vt aliquis sit liberalis, neq; tamen magnificus. Item ex iis quæ ipse dicit, manifesto colligitur posse esse modestum, qui nō sit magnanimus, & quis*

non

non videt posse esse iustum, qui non sit εὐτράπελος? *Ex his videtur colligi, Aristotelem non putasse eas* ἀντακολουθεῖν. *Nunc quid verum sit quæramus. Ac non videtur verum eas ita esse connexas. Agesilaus interrogatus, vtra virtus esset præstantior, iustitiane an fortitudo, Respondit, iustitiam videri sibi præstantiorem, quia fortitudo tantum in bello valeret, atqui iustitia bello & pace necessaria esset. Iudicauit ergo maximus rex eas posse separari. Item virtutes agendo comparantur. Nihil autem vetat aliquem exerceri in aliqua virtute, vt temperantia, qui tamē non exerceatur in fortitudine. Itē Aristoteles ipse, vt diximus, eas distinguere videtur.*

Conclusio. *Aristoteles censet virtutes* ἀντακολουθεῖν, *nō quidem omnes, sed quatuor illas præcipuas, quæ vulgo cardinales dicuntur, idq; constat cum ex hoc loco, tum è libro sequenti, vbi hoc ipsum repetit, & ita hoc veteres accepisse, constat ex iis ipsis, quæ protulimus. Vide & Galen. in libro* ὅτι ἄριστος ἰατρὸς, καὶ φιλόσοφος. οὐ γὰρ δὴ δέος γε μὴ χρημάτων κατάφρονῶν, καὶ τὴν σοφροσύνην ἀσκῶν. ἄτοπόν τι πράξῃ πάντα γὰρ ἃ τολμῶσιν ἀδίκως ἄνθρωποι φιλοχρηματίας ἀναπειθούσης, ἢ γοητευούσης ἡδονῆς πράττουσιν, οὕτω δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἀναγκαῖον ἔχειν αὐτὸν. σύμπασαι γὰρ ἀλλήλαις ἕπονται, καὶ οὐχ οἷόν τι μίαν ἣν τινα λαβόν τι, μὴ οὐχὶ, καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας εὐθὺς ἀκολουθούσας ἔχειν, ὥσπερ ἐκ μιᾶς μηρίνθου δεδεμένας. *Neq; hoc tantū Arist. dixit, sed & ita se habere verissimū est.*

Solutio contrariorum.

Laërtium aperte constat mentiri, neque hoc ei nouum est, aut inusitatum. Opponemus autem ei Aristo-

Digitized by Google

telem ipsum, tum Alexãdrum Aphrodisiensem, scriptorem multo & eruditiorem, & antiquiorem, quem vide cap. 22. lib. 4. ἀποειῶν, ἢ λύσιων. *Cætera argumenta nihil attinent ad virtutes cardinales, itaq; non labefactant sententiam nostram. Agesilaus vulgi more locutus est, vt & Cicero se interdum loqui fatetur. Cætera facile solui possunt, si animaduertamus virtutem numquam dici plane perfectã, nisi cum quis ita affectus est, vt nihil possit accidere tantũ, quod eũ impellat ad turpiter agendũ, & ad desciscendum à virtute. Id aũt posse fieri, nisi quis omnes illas virtutes habeat, doceri potest ex iis, quæ sunt apud Burleũ, Buridan. & Acciaiolum.*

Καὶ γὰρ παιδὶ] *vide exemplum miræ constantiæ, & odij etiam in tyrannos, in Catone Vticensi adhuc puerulo apud Plut. & egregium exemplum humanitatis in filiola Plutarchi adhuc infante,* ἐν τῇ παρεμυθ. πρὸς ἰδίαν γυναῖκα.

Σωκράτης μὲν οὖν] *ergo quodammodo probabat illud:*

Ὦ τλῆμον ἀρετὴ λόγος ἄρ' ἦσθ' ἐγὼ δέ σε
Ὡς ἔργον ἤσκουν. οὐδ' ἄρ' ἐδούλευες τύχῃ, &c.

virtutem verba putas, vt
Lucum ligna. *Horat.*

Ἢ κατὰ τὸν ὀρθὸν] *quod posset esse etiam alio monente, qui prudens esset. At μὴ ὀρθῶ λόγῳ agere non dicetur, nisi qui ipse prudens sit.*

Πλὴν τοσοῦτον ἔοικεν ὀρθῶς] *Hæc verba deleẽda sunt, neq; ea agnoscit Argyropylus.*

Finis Commentariorum in lib. 6.
Ethicorum Aristotelis.

M. ANT.

Digitized by Google

M. ANT. MVRETI IN LIBRVM SEPTIMVM ETHICORVM ARISTOTELIS SCHOLIA.

IN CAPVT PRIMVM.

ΜΕτὰ δὲ ταῦτα] *Absoluta omnium virtutum, & earum, quæ actione, & earum quæ cognitione cernuntur, tractatione, ne quid omittatur, quod ad hanc philosophiæ partem pertineat, ea quoque excutienda sunt, quibus cum virtute, vitioq; quædam intercedit similitudo, ita vt ipsa quoque in ratione viuendi aut fugienda, & vituperanda, aut persequenda, & laudanda sint. Talia autem esse nonnulla ex iis, quæ mox dicturus sum, facile intelligetur. Didicimus principio libri sexti duo requiri ad virtutis moralis perfectionem. Vnum, vt ὁ ῥῶς ὁ φρόνιμος vere iudicaret de expetendo, aut fugiendo. Alterum vt ea pars animi, in qua inest appetitio, consentiret cum illo vero bonoq; iudicio, & quod mens pronunciasset fugiendum esse, id prorsus auersaretur: quod expetendum, id sine vlla cunctatione sequeretur. Quoties igitur concurrunt hæc duo, vt & mens vere iudicet, & quo illa intendit, eodem appetitio feratur, tum demum perfectam dicimus esse virtutem.*

Digitized by Google

Contraq; cum & appetitio ad turpia, & inhonesta fertur, & quadam quasi caligine erroris occœcata mens, ea ipsa persequenda, & in comparatione aliis anteponenda esse iudicat, tum eum, qui ita affectus est, vere ac proprie dicimus esse vitiosum. Sed euenit plerumque vt mens, & appetitio dissideant, cumque mens vere de honesto, ac turpi iudicet, ei honestum anteponenti, appetitio, tanquam calcitrosus, & contumax equus bene ducenti insessori repugnet. Tunc igitur, aut in illo conflictu vincit ratio, & appetitionē quamuis inuitam, ac renitentem sibi parere cogit. atque hanc affectionem animi, continentiam, *vocamus, aut vt ait Poëta.*

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas,

id est, immoderatæ illæ, & effrenatæ cupiditates ruunt, secumque hominem auferunt, & neglecto rationis imperio exultant, atque hanc incontinentiam, *aut* impotentiā *nominamus. Hoc aūt inter vitiosum, & incontinētem interest, quod vitiosi etiā mens ipsa corrupta est: incontinentis non item. Hoc continens, & is, in quo est virtus, quod hic, & ab omni turpitudine abstinet, & hoc ipso gaudet: ille etsi quæ turpia sunt, prætermittit, tamen id non sine quadam molestia, morsuq;, vt ita dicam, animi facit. Itaque is, qui virtute præditus est, similis est naui, quæ & bonum gubernatorem habet, & secundo, ac ferenti vtitur vento. Vitiosus naui, quam & vētus agit in breuia, & scopulos, & gubernator imperitus, portum ibi putans esse, eodem impellit. Continens naui, quæ restantibus, & reluctantibus ventis, gubernationis tamen virtute fertur in portum.*

Digitized by Google

tum. Incontinens naui, quæ bonum quidem gubernatorem habet, sed vi ventorum, & tempestatum abripitur. Hæc similitudo diligenter considerata, nisi me fallit animus, aliquid conferet ad harum rerum discrimen intelligendum.

Existit etiam interdum, etsi non sæpe, in hominibus admirabilis quædam animi excelsitas, vt non tantum omnes virtutis numeros impleant, sed quædam efficiant, quæ à nemine expectari, omniumq; supra hominũ captum posita esse videantur. Si ergo haberemus aliquod nomen, virtutis nomine pulchrius, & sublimius, id eis tribueremus: nunc quoniam iis, quæ rarissime reperiuntur, nomina fere imponi non soleant, huic animi affectioni suum, ac proprium nomen nullum impositum est, sed eam heroicam, ac diuinam virtutem vocamus. Rursum tanta nonnunquam in quibusdam est naturæ deprauatio, vt non humano more vitiosi esse, sed prorsus hominem exuisse, & in tæterrimas beluas degenerasse videantur. Hanc feritatem nominamus. Hæc igitur huius libri octaui materia est: duabus enim partibus continetur: quarum prior heroicæ illius ac diuinæ virtutis, & feritatis breuem, continentia autem, & incontinẽtiæ, longam & accuratam tractationem habet. Posterior, quoniam continentia, & incõtinentia, quæque eis vicina sunt, tolerantia, & animi mollitudo in voluptate præcipue, molestiaque cernuntur, in vtriusq; harũ rerum erudita, & copiosa explicatione cõsumitur.

Μετὰ δὲ ταῦτα] *Cognitis videlicet iis, quæ in superioribus libris tractata sunt.*

Digitized by Google

Τῶν περὶ τὰ ἤθη φλαυτῶν] *ab iis, tanquam notioribus progreditur ad ea, quæ expetenda, & persequenda sunt.*

Ἀκρασία] κρατεῖν est regere, ac cohibere. Hinc ἀκρασία, cum quis non potest scriptum regere, id est, cupiditates suas frenare, ac coërcere.

Δῆλα] *Satis enim crebra eorum exempla quotidie occurrunt.*

Περὶ δὲ τοῦ θειότητα] *Non erit alienum breuiter proponere aliquot exempla feritatis, itemq; eius virtutis, quam* heroicam, *ac* diuinam *vocamus, vt quid vtraque sit, facilius intelligatur. Quos igitur* θειοῦδεις *dicimus? Eos nimirum, qui quædam ita tætra facinora, & flagitia in se suscipiunt, vt aures ipsæ ab eorũ commemoratione abhorreant. Exempli causa, Hector Patroclum inter fecerat, Achilles, qui amici mortem vlcisci vellet,*

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.

Crudele facinus, sed tamen tale, vt in hominem cadat. Fuluia Ciceronis caput, & linguã acubus punxit. Omnino magnæ cuiusdam crudelitatis est, etiam in cadauera sæuire: sed tamen hoc quoque multi alij fecissent. Tydeus Diomedis pater in bello Thebano, à Menalippo vulneratus fuerat, eius à se interfecti caput Amphiaraus ad Tydeum tulit. Tydeus capite hostis mortui mordicus abrepto, & dentibus suis abrupto, cerebrum illius absorbuit. Tygridis hoc, aut vrsi, aut lupi alicuius, non hominis fuit. Tereus Philomela, coniugis suæ sorori per vim vitium obtulerat. Indignata vxor, cõmunes filios inter-

Digitized by Google

interfecit, eosque viro epulandos apposuit. Nulla hoc fera fecisset. Hæc igitur feritas est. Heroicæ virtutis exempla Hercules, Anaxarchus, Socrates, aliique innumerabiles cumulate præbebunt.

Ὥσπερ ὅμηρος] *Priami verba Iliad. ω.* Σπεύσατέ μοι κακὰ τέκνα κατηφόνες, αἴθ' ἅμα πάντες νηυσὶ πεφᾶσθαι.

Ἕκτορος ὠφέλετ' ἀντὶ θοῆς ἐπὶ
Ὤμοι ἐγὼ πάνοπτοτμος ἐπεὶ τέκον υἷας ἀρίστους.
Τροίῃ ἐν εὐρείῃ τῶν δ' οὔτινά φημι λελεῖφθαι
Μηστοράτ' ἂν τίθεον, καὶ τρώϊλον, ἱππιοχάρμην,
Ἕκτορα θ' ὃς
Τοῦς μὲν ἀπώλεσ' Ἄρης,
Τὰ δ' ἐλέγχεα πάντα λέλειπται.

Ἐξ ἀνθρώπων γίγνονται θεοὶ] *Antiquitas credidit eximios viros filios esse Deûm, & post mortem Deos fieri. Prioris exempla Hercules, Theseus, Minos, Lycurgus, Romulus, alij, Posterioris, Hercules ipse, Romulus, Orestes, & Pylades, vt est apud Lucianum in Toxari, innumerabiles alij, Euhemeri historiã pete ex Lact. Cic. 1. Tuscul.* Ex hoc & nostrorum opinione Romulus in cœlo cum Dis agit æuum, vt famæ assentiens dixit Ennius, & apud Græcos, indeque perlapsus ad nos, & vsque ad Oceanum Hercules, tantus, & tã præsens habetur Deus. *Paulo post:* Quid totum prope cœlum, nonne humano genere completum est? si vero scrutari vetera, & ex iis ea, quæ scriptores Græci prodiderunt, eruere coner; ipsi illi maiorum gentium Dij qui habentur, hinc à nobis pro-

Digitized by Google

fecti in cœlum reperientur. *Plinius*: Deus est mortali, iuuare mortalem, & hæc ad æternam gloriam via, hac proceres iêre Romani, Hac nunc cœlesti passu cum liberis suis vadit, maximus omnis æui Rector Vespasianus Augustus fessis rebus subueniens. Hic est vetustissimus gratiam referendi mos, vt tales numinibus adscribantur. Quippe & omnium aliorum nomina Deorum ex hominum nata sunt meritis. *Cic. 2. de natura Deorum*: Suscepit autem vita hominum, & consuetudo communis, vt beneficiis excellentes viros, in cœlum fama, ac voluntate tollerent. *Horatius*:

Iustum & tenacem, &c.

Hæc te merentem Bacche pater tuæ, vexere Tygres, indocili iugum

Collo trahentes, Hac Quirinus, &c.

Cicero:

Et ollis, quos Endo cœlo merita locauerint.

Οἱ λάκωνες] *Megillus Lacedæmonius apud Plat. 1. νόμ.* πῶς γὰρ ἂν ἄλλως ἀποκρίναι τὸ ὦ θεῖε Λακεδαιμονίων ὅς τις οὖν; *Socrates ad finem Menonis.* Οἱ λάκωνες, ὅταν ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα, θεῖος ἀνὴρ φασὶν οὗτος. Et ἐν περὶ ἀρετῆς νοθευομένῳ, Λακεδαιμόνιοι, ὅτάν τινα μεγαλοπρεπῶς ἐπαινῶσι, θεῖον ἄνδρα φασὶν πολλαχοῦ δὲ καὶ Ὅμηρος τῷ αὐτῷ τούτῳ κατάχρηται, καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταὶ. *Hom. Odyss. χ.*

Πῶς ἂν ἐπεῖτ' ὀδυσῆος, ἐγὼ θειοῖο λαθοίμην;

Habet, & alia, quæ idem valent. Δῖος, θεοίκελος, ἄντι-

ἄνηθεν, & talia. Θεῖον λέγεται πᾶν τὸ ὑπερφυὲς, καὶ τερατῶδες. Eust. Iliad. ζ.

Θεῖον] an σεῖον, & malo θεῖον, etsi aliter scripsit Lambinus.

Ὁ θηριώδης] μάλιστα ἐν τοῖς βαρβάροις, vt Scythæ, Antropophagi, & Persæ, qui cum matribus commisceabantur. ἐνίοτε γίνεται διὰ νόσους, καὶ πηρώσεις, vt Hercules in Agaue, Erictbonius, Hecuba, quæ propterea Lucana vrsa dicitur. οἱ κακίᾳ ὑπερβάλλοντες θηριώδης καλοῦνται. Qualis fuit Echetus, quem Homerus Odyss. ὁ vocat βροτῶν δηλήμονα πάντων. Vide, quæ de eo Eustratius. Tales fuere Nero, Caligula, Busiris, Mezentius, Phalaris, &c.

Ἀλλὰ περὶ μὲ] Alia commodius paulo post tractabuntur. alia iam tractata sunt. Dicendum igitur περὶ ἀκρασίας, &c.

Ἀκρασία in iis, qui sibi moderari non queunt in ira, in ambitione, & similibus reprehenditur tantum, vt ἁμαρτία: eo enim peccant, ὅτι τῆς μετρότητος ἁμαρτάνουσι. At ἀκρασία est etiam nomen certæ cuiusdam κακίας, quæ in eorum nullo cernitur.

* * *

IN CAPVT IV.

Μαλακοὶ] Aspasius: ἀκόλασοι. Item q. Argyr. & Aretinus; melius tamen μαλακοὶ.

Διὸ μᾶλλον] non comparat, vt putatur, ἀκόλασον cum incontinente, sed ait ex duobus incontinentibus, illum

Digitized by Google

illum esse μᾶλλον ἀκόλαστον qui, &c. id est, viciniorem intemperantiæ & vitiosiorem.

Ἐπεὶ δὲ] *lego* ἔτι δὲ, *ne duobus modis pendeat oratio, & quod nihil addatur ad illud* ἐπεὶ, *& quod nihil ad illud* αἱ μὲν, *legendo autem* ἔτι, *saltem alterum incommodum tollitur.*

Αἱ μὲν εἰσι τῶν τῷ γένει] *Sequebatur vt adderet,* αἱ δὲ τῶν ἐναντίων, αἱ δὲ τῶν μεταξὺ, *sed omisit, transiitque ad diuisionem ἡδέων, ex quibus illa alia membra intelligi possunt, cum omnis ἐπιθυμία referatur πρὸς τὸ ἡδὺ. Est igitur ἀναντιπόδοτον. Argyr. tamen addit de suo* (aliæ non sint) *quod ego facere non audeam.*

Καθάπερ διείλομεν πρότερον] *atqui nusquam ita diuisit, sed tantũ dixit duplicia esse ἡδέα,* τὰ μὲν ἀναγκαῖα, τὰ δ' αἱρετὰ μὲν φύσει, ἔχοντα δ' ὑπερβολὴν. *At hæc eadem diuisio est, nisi quod additur membrum vnum, quod ibi prætermiserat. Prætermissum autem erat illic, quoniam ea tantum quærebantur, quæ ad continentiam, & incontinentiam, seu proprie, seu communiter dictam pertinebant. Hic additur, vt quasi via muniatur ad explicandam ἀπειότητα. Et hic vocat* τὰ μεταξὺ, *quæ primum vocauerat* ἀναγκαῖα, *& ita accipit Argyropylus.*

Οἷον χρήματα] *Hoc exemplum refertur non ad proprium membrum, sed ad primum, & tamen mirabile est pecuniam, & lucrum numerari inter* τὰ αἱρετὰ τῇ φύσει, *cum tamen constet ea expeti tantum propter vsum. Sed videlicet ita vocat bona omnia, quæ quidem non sunt* ἀναγκαῖα τῷ σώματι.

Καὶ τὰ τοιαῦτα] φύσει αἱρετὰ ὑ τῷ πάσχειν.

Οὐ τὸ

Digitized by Google

Οὐ τὸ πάσχειν] *Non quod iis afficiantur, eaque concupiscãt, & ament, At ἐν τοῖς ἐναντίοις, alia ratio; simpliciter enim ea amare, & concupiscere, vituperandum est.*

Διὸ ὅσοι] *Huic quoq; ὅσοι nihil est, quod respondeat. nam cum dicere, vt videtur, instituisset, ὅσοι μὲν οὖν, &c. μοχθηροὶ μὲν οὐκ εἰσιν, εἰ μὴ διὰ τὸ ὑπερβάλλειν, aut aliquid tale, multis interiectis mutauit formam orationis, & pro iis, quæ dixi, addidit μοχθηρία μ̃ οὖν, &c. est igitur insigne ἀνακόλουθον. & proferre possem talia quædam ex aliis scriptoribus.*

Καὶ τῶν ψεκτῶν] *non dicit ipsam ἀκρασίαν esse ex numero τῶν ψεκτῶν, vt Argyrop. Lamb. & alij putant, & græcus etiam interpres, sed referri πρὸς τὰ ψεκτὰ, tanquam ad obiectum, vt rectissimè D. Thomas.*

Τὴν ἀκρασίαν] *legend. πρὸς τὴν ἀκρασίαν, & ita legit Interpres vet. & omnino ita legendum est. nam dicunt primo ἀκρασίαν, deinde addunt περὶ τί.*

Ενταῦθα] ἐν τῷ ἰατρῷ, καὶ ὑπόκριτι εἴποιεν ἂν ἁπλῶς κακὸν.

Τὸ ἄναλογον ὁμοίαν] *Illud ὁμοίαν, Aspasius indicat esse glossam vocis ἀνάλογον.*

Ὁμοίοτητα λέγομεν] *λεγομένην legendum videtur.*

Εἰ τίς ὥσπερ ἡ Νιόβη] *De Niobe.*

Καὶ γὰρ τ' ἤϋκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτον,
Τῇ περ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο.
Ἕξ μ̃ θυγατέρες, ἕξ δ' υἱὲς ἡβώοντες,
Τοὺς μ̃ ἀπόλλων πέφνεν ἀπ' ἀργυρέοις βιοῖο
Χωόμενος Νιόβη. τὰς δ' Αρτεμις ἰοχέαιρα. *Il. φ.*

IN

IN CAPVT V.

Ἐπεὶ δὲ ὄζιν] *Hic potius debet esse ἀρχὴ κεφαλαίου.*

Τὰ μὲν διὰ πηρώσεις] *id est, νόσους.*

Καὶ περὶ τούτων] τούτων τῶν τριῶν τῶν νῦν λεχθέντων, οὐχ ὑδέων φύσει.

Λέγω δὲ τὰς θηριώδεις] θηριώδεις *si oriuntur ἐκ μοχθηρᾶς φύσεως, νοσηματώδεις, si ex morbo, aut praua consuetudine.*

Τῶν ἀπηγιωμένων] *Scytharum.*

Ἢ τὸ περὶ φάλαρειν] ὅπ τὸν ἑαυτῦ παῖδα κατέφαγε.

Ὥσπερ ὁ πῶ μητέρα] *Xerxes μανεὶς.*

Οἷον αἱ τῶν τριχῶν πίλησεις] *hæc non ponuntur, vt ad immanitatem pertinentia, sed ait illa superiora ita ex quibusdam morbis, aut consuetudine euenire, vt hæc quoque eueniunt.*

Εἴπῃεν ἀκρατεῖς] *nemo ob id dicit mulieres ἀκρατεῖς esse, quod nolint ὀπῄειν, sed ὀπῄεσθαι.*

IN CAPVT VI.

Ὅπ δὲ καὶ ἥττον, &c.] *Turpius est vinci à cupiditate, quam ab ira.*

Ὁ δὲ θυμὸς φυσικώτερον ρ] καὶ χαλεπώτερον *vet. interp. Felicianus autem,* ὁ ὁ θυμὸς, καὶ ἡ χαλεπότης φυσικώτερον τῶν ὀπθυμιῶν, &c.

Καθάπερ πῶ ἀφροδίτῃ, &c.] *Sappho etiam Venerem eodem epitheto afficit, alibi etiam vocat ποικιλόφρονα.*

IN

Digitized by Google

IN CAPVT VII.

Ἢ καθ' ὑπερβολὰς] *legendum videtur, μὴ καθάπερ ὑπερβολαὶ, ἀλλὰ, &c.*

Ὁμοίως δὲ καὶ] *Itaque Phædria Terentianus, quod biduum amica carere non posset, ipsemet mollitiem vocat.*

Οἷον ἐν τοῖς συνθῶν] *in aliis libris πορσῶν, quod verius puto; nam & Aspasius ita legit.*

Ὥσπερ περιφραλίσαντες] *περιφραλιδέντες p.*

IN CAPVT VIII.

Ὑπ' ἐλάττονος γὰρ] *nam si esset admodum vehemens, non daret spacium cogitandi.*

Οἷς διὰ τὸ μὴ, &c.] *al. μὴ διὰ τὸ πειπεῖσθαι, & ita vet. aut ὃ ἢ διὰ τὸ πειπεῖσθαι τοιοῦτος, οἷος διώκειν, sed prius malo.*

IN CAPVT IX.

Ἢ ὁ τῷ ψευδεῖ] *lege ἀληθεῖ, & ita cogit sentētia ipsa, & è sequentibus perspicitur.*

Εἰσὶ δὲ πνες οἱ ἐμμανιπκοὶ τῇ δόξῃ, εἰσὶ ἢ, οἷς] *illud vltimum εἰσὶ δὲ. Argyr. delet. Distinguit quosdam ἐμμανιπκὺς τῇ δόξῃ à continentibus, & quosdam ὐκ ἐμμανιπκὺς ab incontinentibus.*

Σωμαπκοῖς χαίρων] *l. χαίρειν. Docet continentiam*

esse

Digitized by Google

esse mediam inter duo extrema vitiosa, sed eorum extremorum esse rarissimum inuentu.

Ὅμοιοι ἢ καὶ ὁ ἀκρατὴς, καὶ ὁ ἀκόλαστος] *Qua in re tum conueniant, tum differant ὁ ἀκρατὴς, καὶ ὁ ἀκόλαστος.*

IN CAPVT X.

Οὐ γὰρ ἐπίβουλος] ἐπίβουλος, *hic non tam videtur significare insidiatorem, quam eum, qui ἐπὶ βουλῇ, id est consulto facit, nam & Plato ita interdum accipit nomen ἐπιβουλῆς.*

Ἀναξανδρίδης] Ἀναξανδρίδης ἀναξάνδρου ῥόδιος ἐκ καμείρου γεγονὼς. ἐν τοῖς ἄγωσι φιλίππου τοῦ μακεδόνος ἐν τῇ ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ πρώτῃ. κατὰ δέ τινας καλοφώνιος. ἔγραψε δὲ δράματα ἑξήκοντα πέντε, ἐνίκησε δὲ I. καὶ πρῶτος ὕστερος ἔρωτας, καὶ παρθένων φθορὰς εἰσήγαγε. *Suidas, vide & Athenaeum lib. 9.*

Ἡ πόλις ἐβούλε] ἐβούλου *legend. puto.*

Μελέτω ἔμεναι φίλε] μεῖναι *p. & ita esse videtur.*

IN CAPVT XI.

Ἀπὸ τοῦ χαίρειν] ἴσως. ἀπὸ τοῦ μάλα χαίρειν.

Ἐπὶ ὁ σώφρων φεύγει τὰς] *Si σωφροσύνη φεύγει τὰς ἡδονὰς σώζει τὸν φρόνησιν, sequitur τὸν φρόνησιν φθείρεσθαι ὑπὸ τῶν ἡδονῶν, & vide locum Cicer. de Senectute. in oratione Architae Tarentini.*

IN

Digitized by Google

IN CAPVT XII.

Καὶ αἱ φύσεις, καὶ αἱ ἕξεις] φύσεις, & ἕξεις ponit hic pro eodem, item κινήσεις, καὶ ἡμέσεις, vt ostendit in istis verbis (ἕξεως, καὶ φύσεως) lego autem καὶ αἱ φύσεις, καὶ ἕξεις, καὶ αἱ κινήσεις, καὶ ἡμέσεις ἀκολουθοῦσι, id est, pro varietate habituum varij sunt appetitus. nam alia appetimus καθεστηκύας τῆς φύσεως, alia ἐνδεύσης.

Ἀκολουθήσουσι καὶ αἱ φαῦλαι δοκοῦσαι] ἀκολουθοῦσιν vetus, καὶ αἱ φαῦλαι εἶναι δοκοῦσαι.

Οἷον αἱ τῶν καμνόντων] vt cum mulier grauida capit voluptatem ex esu carbonum, aut cineris, aut cum, qui scabie laborat, scabit corpus.

Τῆς ὑπολύπου ἕξεως] indigentis, & imperfecti vetus interpres. ergo legisse videtur ὑπολοίπου, at ὑπόλοιπος est reliquus, ὑπόλυπος nihil est. legendum igitur forte ὑπελλιποῦς, aut potius ὀπλιποῦς, & ita est. Soluit rationem, adductam ad confirmationem tertiæ opinionis.

* * *

IN CAPVT XIV.

Οὐ γάρ ἔστι τῇ ὑπερβολῇ] τῇ τῆς ἡδονῆς ὑπερβολῇ οὐκ ἔστιν ἐναντία ἡ λύπη. neque enim quisquam quod careat ὑπερβαλλούσης ἡδονᾶς λυπεῖται, præterquam si sit aliquis τῶν δοκόντων τῶν τῷ ὑπερβολῷ, quales sunt οἱ ἀκόλασοι. Nam hi etiam si habeant affatim, quibus expleant necessarias cupiditates, anguntur tamen,

Digitized by Google

nisi abundent etiam non necessariis, & vide Aristotelem in problem. ὅσα περὶ σωφροσύνην, καὶ ἀκολασίαν, *quæst. 1. vbi de Dionysio.*

Ὁμοίως δὲ καὶ τῇ νεότητι] *Iuuenes, quia crescunt, plurimum conficiunt cibi: iccircoque sicut ebrij, quo plus bibunt, eo plus sitiunt, ita illi sæpe, quo plus cibi sumunt, eo plus appetunt. In melancholicis autem idem contingit ratione* τῆς κράσεως, *humor enim ille perpetuo cor mordicat.*

Τὸ δεῖν, τὸ ἀκούειν, &c.] *hæc opinio Anaxagoræ fuit, vide Theophrastum* περὶ αἰσθήσεως.

Ἐπεὶ εἴτε] *Hippocrates in libro de natura hominis.*

Καὶ ἡδονὴ μᾶλλον] *Euripides in Oreste.*

Finis Commentariorum in lib. 7.
Ethicorum Aristotelis.

M. ANT.

Digitized by Google

M. ANT. MVRETI IN LIBRVM OCTAVVM ETHICORVM ARISTOTELIS SCHOLIA.

IN CAPVT I.

Μετὰ δὲ ταῦτα] *Quidquid est aut ἀρετὴ, aut μετ' ἀρετῆς, tractandum est Philosopho morali, talis autem φιλία; tractanda igitur. Estne hæc eadem φιλία, de qua in fine secundi? Non, Estne ἀρετὴ? si ἀρετὴν vocas πᾶσαν ἕξιν τε καὶ διάθεσιν ἐπαινετὴν; Est, sin proprie accipias non est. Quomodo id probas? Primum ipse ordo Aristotelis hoc indicat. Deinde nulla virtus est τῶν πρός τι, sed qualitas absoluta. At μετ' ἀρετῆς est ἢ ἁπλῶς φιλία, vt infra videbitur. Cicero,* virtus amicitiam gignit, & continet, nec sine virtute amicitia esse potest vllo pacto.

Επὶ δὲ] *Cic.* non aqua, non igni, vt aiunt, pluribus vtimur locis, quam amicitia.

Ἄνευ γὰρ] *Cic.* Nam quis est prô Deum fidem atq; hominum? qui velit, vt nec diligat quenquam, nec ipse ab vllo diligatur, circumfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia viuere.

Digitized by Google

Καὶ γὰρ πλουτοῦσι] *Aduersus Euripideum illud*

Ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῶ, τὶ δεῖ φίλων;

Et tyranni id probant.

Δυγαστείας] *Cyrus moriens apud Xenophontem.* οἶσθα μὲν οὖν καὶ σὺ, ὦ καμβύση ὅτι οὐ τόδε τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον τὸ τὴν βασιλείαν διασῶζόν ἐστιν, ἀλλ' οἱ πολλοὶ (στρ. πιστοὶ) φίλοι σκῆπτρον βασιλεῦσιν ἀληθέστατον καὶ ἀσφαλέστατον. Ἐγὼ γὰρ τοὺς φίλους πλουσίους ποιῶν, τοιούτους μοι νομίζω θησαυροὺς, καὶ φύλακας ἅμα ἐμοῦ τε καὶ τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν πιστοτέρους εἶναι, ἢ εἰ φρουροὺς μιστοφόρους ἐπεστησάμην.

Φύσει τ' ἐνυπάρχειν ἔοικε] τὴν πρὸς τὰ τέκνα στοργὴν φυσικὴν εἶναι *Aristoteles putat. Et Plato in Symposio. Sophocles.*

Δεινὸν τὸ τίκτειν ἐστὶν οὐδὲ γὰρ κακῶς

Πάσχοντι μῖσος ὧν τέκει προσγίγνεται.

Menander:

Ὦ παῖδες οἷον φίλτρον ἀνθρώποις φρενὸς.

Cic. 1. de off. Plut. περὶ τῆς πρὸς τὰ ἔκγονα φιλοστοργίας. *Epicurei eam tollebant. Plut.* πρὸς κολώτην. τὸ δὲ φύσει περιέχεσθαι τὰ τεκόντα τῶν γειναμένων οὐχὶ πᾶσι φαινόμενον ἀναιρεῖτε; *Idem* περὶ φιλοστοργ. θαυμάζεται γὰρ ἐν τοῖς θεάτροις ὁ εἰπὼν.

Μισθοῦ γὰρ ἀνθρώπων τις ἄνθρωπον φιλεῖ.

Κατ' ἐπίκουρον ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν μήτηρ τὸ τέκνον, οἱ παῖδες τοὺς τεκόντας, &c. *Et inde est illud Cic.* Filiola tua te dilectari lætor & probari tibi φυσικὴν εἶναι τὴν πρὸς τὰ τέκνα. Etenim si hæc non est, nulla potest homini ad hominem esse naturæ adiunctio, qua sublata, vitæ societas tollitur. Bene eueniat

eueniat inquit Carneades ſpurce. Sed tamen prudentius, quam Lucius noſter & Patro, qui cum omnia ad ſe referant, nec quicquam alterius cauſa fieri putẽt. *Epicurei hauſerant ab Ariſtippo, cuius dictum quoddam in filium refertur à Stobæo. Stoici (apud Laërtium in Zenone)* φασὶ δὲ καὶ τὴν πρὸς τὰ τέκνα φιλοστοργίαν φυσικὴν εἶναι αὐτῆς, καὶ ἐν τοῖς φαύλοις μὴ εἶναι. *Iuriſc. in lege. Nam etſi. de inoff. teſt.* & metuere tam patrem de filio, quam de ſe, & vehementius torqueri in filio, quã in ſe ipſo.

Τὶ γὰρ ὄφελος] *Martialis.*

Extra fortunam eſt, quidquid donatur amicis.

Et Alexander, nuſquam tutius deponi pecunias dicebat, quam apud amicos.

IN CAPVT II.

Ὁμοιότητά τινα] *Theocr.*

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος μύρμακι, δὲ μύρμαξ, ἵρηκες δ' ἵρηξιν.

Plato Symp. ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. *Horat.*

Oderunt hilarem triſtes, &c.

Plut. de adul. & amico.

Στέρων γέροντι γλῶτταν ἡλίστην ἔχει
Παῖς παιδὶ καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνὴ. *Mart.*

Cum ſitis ſimiles pareſque vita,
Vxor peſſima, peſſimus maritus,
Miror non bene conuenire vobis.

Digitized by Google

Ἥλιξ, *vetus dictum est*, ἥλικα τέρπει, *& pares cum paribus facillime degere. Aristoteles 1. Rhet.* καὶ ἐπεὶ τὸ κατὰ φύσιν ἡδὺ, τὰ συγγενῆ δὲ κατὰ φύσιν ἀλλήλοις ἐστὶν, ἅπαντα τὰ συγγενῆ καὶ ὅμοια ἡδέα, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, οἷον ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ, καὶ ἵππος ἵππῳ, καὶ νέος νέῳ, ὅτι καὶ αἱ παροιμίαι εἴρηνται, ὡς ἥλιξ ἥλικα τέρπει, καὶ ὡς ἀεὶ τὸν ὅμοιον, καὶ ἐγνώκει θῆρ θῆρα, καὶ κολοιὸς ποτὶ κολοιὸν. *In Eudemeis autem addit, & hoc.*

Εγνω δὲ φῶρτε φῶρα, καὶ λύκος λύκον.

Nos etiam aliquando de ea re in Elegia quadam cecinimus hos versus:

Nescio qua humanas coniungunt fœdera mentes
Ignea quæ superis sedibus astra, micant.
Inde fit vt studio quicunque tenentur eodem,
Illorum tacitus pectora nectat amor
Qui fragili gaudet fluctus sulcare carina,
Eiusdem socios conditionis amat.
Durus agricultor reliquos colit arua colentes,
Armaque tractanti, qui terit arma, fauet.
Hæc vis Parrhasium magno coniunxit Apelli
Hæc eadem celeri patroclon Æacidæ
Quidnam erat œneiden Iocasta vt natus amaret,
Ni quod & hic bello, fortis, & ille fuit?
Nos quoq; qui colimus diuas Helicone morantes,
Capta pari studio pectora amare decet.
Ὅταν δὲ συμμιχθῆτον εἰς ταυτὸν δύο
Φίουσιν ὑμῖν πάντα καὶ τρέφουσ' ἅμα
Δι' ὧν βρότειον ζῆ τε καὶ θάλλει γένος.

Ex Athenæo lib. 1. δειπνοσοφ. Æschylus.

Ερᾶ

Ἐρᾷ μὲν ἀγνὸς ὑφανὸς τρῶσαι χθόνα
Ἔρως ἡ γαῖαν λαμβάνει γάμου τυχεῖν
Ὄμβρος ἡ ἀπ' ἐνάερον ὑφαινῶν πεσὼν
Ἔκυσε γαῖαν ἡ ἡ τίκτεται βροτοῖς
Μήλων τε βοσκὰς. καὶ βίον δημήτριον.
Δένδρων ὀπώρα δ' ἐκ νοτίζοντος γάμου
Τέλειός ἐστι. τῶν δ' ἐγὼ παναίτιος.

Καὶ ἥρακλέους] *Laertius in Heracl.* τῶν δ' ἐναντίων τὸ μὲ ὅτι τῷ ἡδέσθαι ἄγον καλεῖσθαι πόλεμον καὶ ἔριν, τὸ δὲ ἐπὶ τῷ ἐκπύρωσιν ὁμολογίαν καὶ εἰρήνην.

Καὶ ἐμπεδοκλῆς] *Cuius est & illud* πρὶν τῆς κυνὸς, καὶ τῆς κεραμίδος, *in Eudemeis. Ciceronis error in Empedoclis opinione referenda, de qua Simpl. in 1. Phys. & Cyrus Prodromus in dialoga.*

IN CAPVT III.

Οἵτε δὴ διὰ τὸ χρήσιμον] ἢ διὰ τὸ χρήσιμον, *etiam in bestiis, vt inter Trochilum, & Crocodilum apud Herodotum in Euterpe. pinna cum parua squilla. Ego cap. 10. lib. v. var. Lectionum. & propter voluptatem:*

Sic niger à viridi turtur amatur aue.

Τὸ δὲ χρήσιμον] *Ouidius:*

Vulgus amicitias vtilitate probat.

Et illud:

Ὁ ὑκέτι γιγνώσκουσιν ἀδικαίοι μιγαρῆας.

Καὶ τὰ λοιπὰ] *Vide ne quid hic desit, idque indicetur his verbis* καὶ τὰ λοιπὰ. *&c.*

Ταύτῃ δ' ὅμοια] *Victor. legit* ταῦτα δ' ὅμοιοι, *at ve-*

Digitized by Google

tus interpr. ταύτῃ γὰρ ὅμοιοι *fortasse ita legendum.* ταύτῃ δὲ πάντα ὑπάρχει τὰ εἰρημένα καθ' αὑτὰ, τότε ἁπλῶς ἀγαθὸν, καὶ τὸ ἁπλῶς ἡδὺ, ἔστι δὲ μάλιστα ταῦτα φιλητὰ, καὶ τὸ φιλεῖν δὴ καὶ ἡ φιλία ἐν τούτοις μάλιστα καὶ ἀείστη.

Ὀλίγοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι] *Antiphanes apud Athenæum,* ὀλίγων τὸ καλόν ἐστι πανταχοῦ, καὶ τίμον.

Πρὶν τοὺς λεγομένους] *De sale Plin. lib. 31. Cicer. de amic. Aristot.* Εὐδημείων 8. Διὸ εἰς παροιμίαν ἐλήλυθεν ὁ μεδιμνὸς τῶν ἁλῶν. *Theog.*

Οὐ γὰρ ἂν εἰδείης ἀνδρὸς νόον, οὐδὲ γυναικὸς
Πρὶν πειραθείης ὥσπερ ὑποζύγιον, *Theog.*
Οὐ φιλοῦντα κρίνειν, ἀλλὰ κρινόντα φιλεῖν.

Plut. Περὶ φιλαδελφ. *Soph.*

Χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσιν μόνος,
Κακὸν δὲ κἂν ἡμέρᾳ γνοίης μόνῃ.

Καὶ κατὰ πάντα ταῦτα] *lego* ταυτά.

IN CAPVT IV,

Καὶ ἐπιεικεῖς φαύλοις] *Obscurus locus, at non idem sunt,* οἱ ἐπιεικεῖς, καὶ οἱ τἀγαθοὶ. *neque* οἱ φαῦλοι, *&* οἱ κακοὶ. *quare ita emendo* ἐπιεικεῖς φαύλοις, *vt Q. Lutatius amabat Roscium histrionem;*

Δοκοῦσι γὰρ αἱ συμμαχίαι] *Aristoph.*

Ἡ ξυμμαχία δ' οὐχὶ διά σε τοῖς αἰγυπτίοις.

Καὶ πρώτως μὲν] *Sic in Rhetor.* ὁ πρώτως συλλογισμὸς. *Sic* ἡ πρώτως οὐσία. *& hoc ipso in libro,* ἴσον πρώτως.

IN

IN CAPVT V.

Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς] *Vide quædam huc pertinentia apud Athæn. lib. 5.* τὰ δὲ.

Οὐ χρή συμποσίοις, φίλους ἀπέχεσθαι ἑταίρους
Δῆρον. ἀνάμνησις δὲ πέλει χαριεστάτη αὕτη.
Τήλου φίλοι ναίοντες οὐκ εἰσιν φίλοι,

Et prouerbium est. τρόπῳ οὐ τόπῳ. *Isoc.* ἐν πολλοῖς μὲν, ὦ δημόνικε πολὺ διεστώσας εὑρήσομεν τὰς τε τῶν σπουδαίων γνώμας, καὶ τὰς τῶν φαύλων διανοίας. πολὺ δὲ μεγίστην εἰλήφασι διαφορὰν ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους συνηθείαις. οἱ μὲν γὰρ τοὺς φίλους παρόντας μόνον τιμῶσιν, οἱ δὲ καὶ μακρὰν ἀπόντας ἀγαπῶσιν, καὶ τὰς μὲν τῶν φαύλων συνηθείας ὀλίγος χρόνος διέλυσε, τὰς δὲ τῶν σπουδαίων φιλίας οὐδ' ἂν ὁ πᾶς αἰὼν ἐξαλείψει.

Καὶ τῷ ἡδεῖ] εἴδει. *legunt vet. inter. D. Thom. & Turnebus.*

IN CAPVT VI.

Ἀγαθὸν εἶναι] *legendum puto* ἦν. *D. Thom. ita exponit, quasi legerit* ἀγαθὸν ἦν, *quem sequor, aut certe eodem recido. Vetus interp. vertit,* esse, *sed vt puto scripserat,* esset, *non* esse.

Οὐδ' αὐτὰ τὸ ἀγαθὸν] *Aspasius interpretatur fœlicitatem. Sed non placet. Melius d. Thomas.*

Ἢ τοῖς αὐτοῖς] *Horatius.*

Consentire suis studiis, qui crediderit te.

Καὶ οὐκ ἀγαθοὺς] *forte.* καθ' αὑτοὺς.

Digitized by Google

Οἱ δὲ ἐν τοῖς ἐξουσίαις] *vt Hiero habebat, ἢ δεῖς μὲν Simonidem Pindarum, & tales, cum quibus tamẽ non consultabat de rebus grauibus. Sic prope Augustus habebat Mœcenatem, & Agrippam. Dictum ipsius extat apud Senecam de beneficiis lib. 6.* Horum mihi nihil accidisset, si aut Agrippa, aut Mœcenas vixisset. *In hoc taciturnitatem, in illo patientiam desiderabat Suetonius, & Aurel. Victor.*

Horat. lib. 2. Sat. 6.

Septimus octauo propior iam fugerit annus,
Ex quo Mœcenas me cœpit habere suorum.
In numero duntaxat ad hoc, quem tollere rheda
Vellet iter faciens, & cui concredere nugas
Hoc genus, hora quota est. Thrax est Gallina Syro par? &c.

IN CAPVT VII.

Q*Vasi admonitus ab illa amicitia, quæ est inter τοὺς ἐν ἐξουσίαις, & pauperes, bonos, atq; eruditos transit ad τὰς καθ' ὑπεροχήν.*

Οἷον πατὴρ φιλεῖ τὸν υἱὸν] *Pater non amat filios, neque διὰ τὸ καλὸν, τὸ ἐν αὐτοῖς, neque διὰ τὸ ἀφ' αὐτῶν, ἢ ἡδὺ, ἢ χρήσιμον, sed natura, interdũ enim posthumos instituunt hæredes, interdum amant & debiles toto corpore, & furiosos; & illa institutio valet.* Filius meus impiissimus, & male de me meritus, hæres esto. *l. 48. D. de hæred. instituend. Et apud Valer. multa exempla reperiuntur.*

Καὶ

Καὶ ὅλως πρεσβυτέρῳ] *Plato πολιτ. γ.* οὐκοῦν ὅτι μὲν πρεσβυτέρους τοὺς ἄρχοντας δεῖ εἶ, νεωτέρους δὲ τοὺς ἀρχομένους δῆλον; δῆλον. *Lacedæmone γέροντες. Romæ, Senatus.*

Καὶ παντὶ ἄρχοντι] *Significat omnes quoque illos, quos prædixit* εἶ φύσει, τοὺς μὲν ἄρχοντας, τοὺς δ' ἀρχομένους.

Οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ] *Regis quidem veri eadem. Imperatores Romani* patris patriæ *nomen pulcherrimum esse ducebant, Cic.*

Διαφέρουσι δὲ αὐταὶ] *Lego* κ᾽ ἄυται, κ᾽ ἀλλήλ', *aut* ἄυται τε κ᾽ ἀλλήλ'. *Hoc autem opinor aduersus Platonem, dicitur.*

IN CAPVT VIII.

Ἐπιτρέπειν, ὑπηρετεῖν] *credo alterum redundare.*

IN CAPVT IX.

Κοινὰ τὰ φίλων] *Eurip. Oreste.*

Κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων. *& in Phœnissus.*

Κοινὰ γὰρ φίλων ἄχη. *& alibi.*

Ἐς κοινὸν ἀλγεῖν τοῖς φίλοισι χρὴ φίλους.

Et in Androm.

Φίλων γὰρ οὐδὲν ἴδιον οἵπνες φίλοι

Ὀρθῶς πεφύκασ' ἀλλὰ κοινὰ χρήματα.

Terent.

Digitized by Google

Terent.Adelph.Cic.1.off.Plat.5.de leg. Mart.lib.2. epigr.34.

Candide κοῖνὰ φίλων, hæc sunt tua Candide πάντα
Quæ tu magniloquus, nocte, dieq; sonas, &c.

Theophrast.apud Plut. περὶ φιλαδελφίας εἰ κοινὰ τὰ φίλων ἐστὶ μάλιστα, δεῖ κοινοὺς τῶν φίλων εἶναι τοὺς φίλους.

Ἐστὶ δὲ ἀδελφοῖς] *Hegio apud Terent. in Adelphis. act.3.scen.5.*

vna à pueris paruoli
Sumus educti, vna semper militiæ & domi
Fuimus, paupertatem vna pertulimus grauem.
Quapropter nitar, faciam, experiar, deniq;
Animam relinquam potius quam illas deseram.

Ouidius.

O soror, ô coniux, ô fœmina sola superstes, &c.

Et lib.3.Fast.

Flebat vt amissa gemini consorte pericli, &c.

Xenoph.3. Παιδ. οἱ κοινοὶ κίνδυνοι φιλοφρώνως ποιοῦσιν ἔχειν τοὺς συμμάχους πρὸς ἀλλήλους.

Τὰ δίκαια] ἄδικα *Argyr.recte vt constat ex sequentibus.*

Ἢ πάλεως ὀρεγόμενοι] *Locus sine dubio perturbatus, lego,* ὀρεγόμενοι. πᾶσαι δὲ αὗται ὑπὸ τὴν πολιτικὴν ἐοίκασιν εἶναι, οὐ γὰρ τοῦ παρόντος συμφέροντος ἡ πολιτικὴ ἐφίεται, ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν βίον, ἔνιαι δὲ τῶν κοινωνιῶν δι' ἡδονὴν δοκοῦσι γίγνεσθαι θιασωτῶν, καὶ ἐρανιστῶν. αὗται γὰρ θυσίας ἕνεκα καὶ συνουσίας. ὁμοίως δὲ καὶ φυλέται, καὶ δημόται θυσίας τε ποιοῦντες, &c. *Horat.epistol.1.lib.2.ad Augustum:*

Agri-

Digitized by Google

Agricolæ prisci, fortes, paruoq; beati,
Condita post frumenta leuantes tempore festo
Corpus, & ipsum animum spe finis dura ferentem
Cum sociis operum, & pueris, & coniuge fida
Tellurem porco, Siluanum lacte piabant.

Οὐ γὰρ τοῦ] οὐ *positum* ἀντὶ τοῦ οὐ μόνον.

IN CAPVT X.

Πολιτείας] πολίτεια *est* ἡ τῶν ἀρχῶν τάξις. *vt ipse in Politic. vocat.*

Κληρωτὸς ἄν τις εἴη, ἢ βασιλεὺς] ἢ. *id est*, μᾶλλον. *Simile illi,*

Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σαὸν ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.

Χρῶνται γὰρ] *Ex Xenophonte quidem, hoc verum non est. vt ex Cyripædia intelligi potest.*

Επίκληροι οὖσαι] *Senex Plautinus:*

Argentum accepi dote, imperium vendidi.

Menander.

Ὅς τις γυναῖκ' ἐπίκλυρον ἐπιθυμεῖ λαβεῖν
Πλουτοῦσαν, ἤ τοι μῆνιν ἐκτίνει θεῶν
Ἢ βούλετ' ἀτυχεῖν μακάριος καλούμενος.

Idem,

Ὅταν πένης ὢν, καὶ γαμεῖν τις ἑλόμενος
Τὰ μετὰ γυναικὸς ἐπιδέχηται χρήματα,
Αὐτοὶ δίδουσιν, οὐκ ἐκείνην λαμβάνει.

Antiphan.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν βαρύτερον τῶν φορτίων

Ὄντως

Ὄντας γυναικὸς πρεῖκα πολλὰ ἢ φέρει.

Megadorus in Aulularia, cum multa enumerasset. Hæc sunt, inquit, atque aliæ multæ in magnis dotibus incommoditates, sumptusque intolerabiles. Nam quæ indotata est, ea in potestate est viri, dotatæ mactant, & malo, & damno vires. *notum est illud veteris sapientis.* τὸ κατὰ σωτὸν ἔλα. Et *illud.*

Si qua voles aptæ nubere, nube pari.

Eurip. Rheso.

Οὐκ ἐξ ἐμαυτῆ μειζόνων γαμῶν θέλω.

Martialis.

Vxorem quare locupletem ducere nolo,
Quæritis? vxori nubere nolo meæ.

Vide quæ diximus in Arist. Oeconomica.

IN CAPVT XI.

Ταῦτα ἀπονέμεται] ταυτὰ *leg. & ita Argyrepyl.*

Ὁμοιοπαθεῖς, καὶ ὁμοήθεις] *in aliis* ὁμοήθεις, καὶ ὁμοιοπαθεῖς. *Vetus legit* ὁμοιοπαθεῖς, καὶ ὁμοιοηθεῖς *legitur.*

Καὶ ψυχῇ] animi imperio, corporis seruitio vtimur. *Sallustius.*

IN

IN CAPVT XII.

Οἷον δὲ καὶ ἀμολογίαν] *Hic potius debet esse principium cap. Argyr. & Arretinus.*

Μᾶλλον συνῳκείωται] *id est, adiunctus natura est.* Cic. *pro Cluent.* quæ propria huic causæ, & adiũctiora sunt. *& de inuent.* Sunt quædam cum adiunctione necessitudines, quædam simplices, & absolutæ. Conciliandi *etiam verbo in eadem re nonnunquam vti solet.*

Ἐκ τούτων δὲ δῆλον] *Eurip.*

Μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον (ἐστὶ δ') πατρὸς.
Ἡ μὲν γὰρ αὐτῆς οἶδεν ὄνδ', ὁ δὲ οἴεται.

Menand.

Αὐτὸν γὰρ οὐδεὶς οἶδε δ' ποτ' ἐγένετο,
Ἀλλ' ὑποποιοῦμεν πάντες, ἢ τις δύομεν.

Itaq; Telemachus.

Μήτης μὲν τ' ἐμέ φησι δ' ἔμμεναι, αὐτὰρ ἔγωγε
Οὐκ οἶδ' ὅ γάρ πώ τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.

Et vide Iuris. Item Eustat. in Odyss. pag. 1412.

Τῷ σύνεγγυς] *Nam omne agens in propinqua agit fortius, vt cum à cœlo sit principium motus, & caloris, ignis quidem & ardet, & κινητότατός ἐστι, aër calet, sed non ardet, & mobilis, at non vt ignis, aqua mobilis, sed calore destituitur, at terra vtroq.*

IN

Digitized by Google

IN CAPVT XIII.

Ἔοικε δὴ] *Vt ius aliud scripto, aliud moribus continetur. Atque illud quidem quod scriptum est, certum, exploratumque est. Quibus autem de rebus nihil nominatim cautum est legibus, ea plerumque ex æquo, & bono disceptari, ac diiudicari solent; ita in eis amicitiis, quæ ad vtilitatem diriguntur, duplex est officij tribuendi ratio. Nonnunquam enim certis quodammodo legibus, ac conditionibus res agitur, scitque & is, qui beneficium alteri tribuit, quid ab eo vicissim exigere debeat, & is qui accipit, quo eum, à quo accipit, remunerari. Interdum nulla talis pactio, & conuentio interponitur, sed qui amico commodat, sperat quidem sibi quoq; aliquid ab eo commodi; neque tamen ab eo stipulatur quidquam certi, cumque sibi aut tantundem, aut etiam ampliùs, si res ita ferat, redditum iri existimet, tamen quid, quantumque sibi debeatur, ei ipsi, quem obligat, arbitratu suo æstimãdum relinquit. Illam igitur φιλίαν νομικὴν, hanc ἀδικὴν Aristoteles vocat. Ac facile quidem est intelligere, has mercaturas potius quasdam, & nundinationes officiorum, quam amicitias esse: neque enim quidquam est ab amici officio alienius, quam cum beneficium tribuas, de recipiendo cogitare. Sed tamen & vulgo ita vocantur, & si vera, quam speciosa malumus, pleraque hominum pars, non alia fere ratione amicitias colit. Vtilitate ducuntur omnes, & vt possessiones, ita amicitias eas plurimi faciunt,*

Digitized by Google

faciunt, ex quibus plurimum capiunt. Veræ illæ amicitiæ, quæ sine vlla spe commodorum dignitatem modo, atque honestatem spectabant vnam in solis iam libris, non etiam in hominum moribus reperiuntur. Ait igitur Aristoteles, inde potißimum existere, atque ex eo, quasi fonte manare omnes talium amicorum de amicis conquestiones, cum alio animo, ac consilio sunt in tribuēdis, accipiendisue beneficiis, alio in reddendis, aut exigendis. Sæpe enim is, qui dat, non eo animo dat, vt tantundem accipiat, sed æquum putat, se multo plus, si vsus venerit, consequi: is autem qui accipit, vbi tantundem reddiderit, nihil se amplius debiturum putat. Non nunquam etiam contra. Est & cum mutatur animus eius, qui beneficium dedit. Nam cum eo animo dederit, aut certe videri voluerit dare, vt non tantūdem reciperet, sed vt eo, quod amici vires, ac tempora commodo ipsius tulissent, contentus foret, in exigendo tamen acrem se, ac difficilem præbet, & nisi solidum recipiat, iniuriam sibi fieri clamat. Inde quærelarum plena omnia. Inde omnes domus, omnia fora, omnia compita, omnia deniq; publica, & priuata hominum alios, vt ingratos accusantium quotidie vocibus personant.

Αλλ' οἴονται δεῖν] *Nicolaus* ἐν τῷ περὶ ἐθνῶν. παρ' ἰνδοῖς, ἐάν τις ἀποστερηθῇ δανείου ἢ παρακαταθήκης, οὐκ ἔστι κρίσις ἀλλ' ἀυλὸν αἰτᾶται ὁ πιςώσας. *Stobæus lib. μβ. Seneca lib. 3. de benefic.* Vtinam quidem persuadere possemus, vt pecunias creditas tantum â volentibus acciperent, vtinam nulla stipulatio emptorē venditori obligaret, nec pacta,

Digitized by Google

conuentaque impresſis ſignis cuſtodirentur, fides potius illa ſeruaret, & æquum colens animus.

Ἢ ὅπ δήποτε ἄλλο] *id eſt, aut quocunque illud alio nomine vocari placet, non enim ſatis proprie eſt δωρεῖδαι.*

Καὶ ὁμολογῆσαι δι' ἂν] *lego* καὶ γὰρ ὁμολόγησαι μὲν ἄν.

Καὶ τῷ δωροδόκῳ χρήματα] *puto legend.* ἀδωροδόκῳ, *vt etiam habet Euſtrat. aut quod forte verius eſt, delenda vox* χρήματα.

Finis Commentariorum in lib. 8. Ethicorum Ariſtotelis.



M. ANT.

Digitized by Google

M. ANT. MVRETI IN LIBRVM NONVM ETHICORVM ARISTOTELIS SCHOLIA.

IN CAPVT PRIMVM.

Ev ἁπάσαις] τῆς ἀνομοειδοῦς φιλίας. *duo genera sunt, vnum, in quo ea res, quæ amicitiam conciliat, vna eademq; est, sed non æqualis in vtroque, vt cum amant ob virtutem vterque, sed ea præstat alter. Alterum, cum alia res alium mouet, vt ὁ ἐραστὴς amat τὸν ἐρώμενον propter voluptatem. ὁ δ' ἐρώμενος τὸν ἐραστὴν διὰ κέρδος. De hoc posteriori genere hic Aristoteles loquitur.*

Ev δὲ τῇ ἐρωτικῇ] *Numquam se amator satis amari putat, ipse autem immodice amare sibi videtur. Ex quibus doceri possit, eos semper sibi videri ὑπερφιλεῖν. Sunt hæc & talia custodes ouium, &c.*

Quid faculam præfers, &c.

Cum tantũ arderem, quantum Trinacria rupes.

Οὐδὲν ἔχων] *vt senex, aut pauper effectus.*

Εἰ ὅτως ἔτυχε] *id est, si sors tulerit. Ouidius,*

Figitur in viridi si sors tulit ancora prato.

Vbi male vulgo legunt sic.

Digitized by Google

Οἷον καὶ τῷ κυθαρῳδῷ] *Plutar.* Διονύσιος γοῦν ὁ τύραννος, ὡς φασὶ κιθαρῳδοῦ τινος εὐδοκιμοῦντος ἀκούων ἐπηγγείλατο δωρεὰν αὐτῷ τάλαντον. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τοῦ ἀνθρώπου τὴν ὑπόσχεσιν ἀπαιτοῦντος, χθὲς εἶπεν, εὐφραινόμενος ὑπὸ σοῦ παρ' ὃν ἥδεις χρόνον, ἔυφρανα κἀγώ σε ταῖς ἐλπίσιν, ὥστε τὸν μισθὸν, ὧν ἔτερπες ἀπελάμβανες εὐθὺς ἀντιτερπόμενος. *Narratur & in lib. 7.* εὐδημ. *Citatur ex Eurip.*

Λόγον δικαίως μισθὸν ἂν λόγου φέροις.

Et Augustus cuidam Græculo, vt Macrob. narrat, versus pro versibus reddidit. Polit.

Verba dedi Xysto, decet hæc dare dona poëtam.

Ταῦτα δώσει] *lego* τὰ αὐτοῦ, *Eustr.* τὰ αὐτὰ, *si emendatus est codex. & exponit,* ἃ ἔχει:

Πρωταγόραν] *Plato in Protagora.*

Ὅσου δοκεῖ ἄξια] *Sic & latini dignum. Scæuola.* Si dignum decem fundum, damnetur hæres quinque vendere, sine dubio, quinque erunt imputãda Falcidiæ. *D. ad l. Falcid. Paulus.* Si fundus legatus sit quinquaginta dignus sub hac cõditione, si qnquaginta hæredi dedisset, &c.

Μισθὸς δ' ἀνδρὶ] *Hesiod.*

Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω.

Hanc autem sententiam ad Pittheum Thesei auum refert Plutar. in Theseo, Aristotelem citans. Est autem sensus illius versus talis. Etiam si cum amico aliquid negocij contrahas, fac vt tibi prius conueniat cum eo, & dicat quam mercedem sibi satis futuram putet, quanto contentus futurus est. contrahendum enim est semper

ἐπι-

ἐπὶ ῥητοῖς, *sic enim tolluntur, ac præciduntur omnes conquerendi occasiones, cum ei satis esse debeat id, quod dictum est. Moschopulus.* πρὸς φίλον δ' ἄνδρα, ὃν λαμβάνεις δηλονότι συνεργὸν ἐπ' ἔργοις, μισθὸς ἔστω συμπεφωνημένος ἱκανὸς τῇ γνώμῃ αὐτοῦ. *Argyr.*

Sufficiens socio sane est merces statuenda.

Hanc esse sententiam illius versus, non illam, quam putabat Auratus, ostendunt, quæ sequuntur.

Καί τε κασιγνήτῳ γελάσας ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι.

Πίστεις δ' ἄρα ὅμως, καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.

Quod si cum amicis multo magis cum aliis. Plutarchus περὶ δυσωπίας. ὁ δὲ περσαῖος ἀργύριον τινὶ τῶν γνωρίμων δανείζων δι' ἀγορᾶς, καὶ τραπέζης ἐποιεῖτο τὸ συμβόλαιον μεμνημένος δηλονότι τοῦ ἡσιόδου λέγοντος,

Καί τε κασιγνήτῳ γελάσας ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι.

Θαυμάσαντος δὲ ἐκείνου, καὶ εἰπόντος. οὕτως ὦ περσαῖε νομικῶς; καὶ εἶπεν, ἵνα φιλικῶς ἀπολάβω, καὶ μὴ νομικῶς ἀπαιτήσω. Πολλοὶ γὰρ ἐν ἀρχῇ διὰ δυσωπίαν προέμενοι τὸν πιστὸν ὕστερον ἐχρήσαντο τοῖς νομίμοις μετ' ἔχθρας. *Plato commendans Heliconem Dionysio.* γράφω δέ σοι ταῦτα περὶ ἀνθρώπου ζώου φύσει εὐμεταβόλου. *At Xenocrates hominem improbum, cum parum caute Polypercheti Maced. commendasset, &c.* Qualem commendes, &c.

Οἱ [σοφισταὶ] *Sophistæ sunt* οἱ ἐπαγγελλόμενοι μὲν, ὡς ἀρετῆς ἕνεκα τὰς ὁμιλίας ποιούμενοι μισθὸν δὲ νόμισμα πραττόμενοι. *In Sophist. Plato, Aristoteles in Elenchis.* ὁ σοφιστὴς χρηματιστὴς ἀποφαινομένης σοφίας, ἀλλ' οὐκ οὔσης. *Sic appellantur ij, qui ostentationis, aut quæstus causa philosophantur. Cic. 4. Academic.*

Digitized by Google

Τὸν περιέχοντα] τὸν περιϊέμενον Eustr. sed postea variat, & exponit τὸν λαμβάνοντα, ἀλλ' ὁ τὸν περιϊέμενον. hæc secunda placet.

IN CAPVT II.

Ἀποείαν δὲ ἔχει] Suntne patri omnia tribuenda? Non, neque enim Imperatorem eum creaueris τῆς στρατηλίας ἀπείρως ἔχοντα, ἀλλὰ μᾶλλον τὸν στρατηλικόν. Idem multo etiam magis de aliis amicis dicendum est.

Estne patri in omnibus obtemperandum? De ea re tres veteres opiniones affert Gellius lib.2.cap.7. ex quibus omnibus mihi magis secunda probatur, quam multis rationibus confirmare possem. Sed tamen aduersus eã argumentari licet. Num ægrotans patri potius, an medico parebit? Num ipsi patri ægrotanti potius an medico? Num in musicis? Num in naue, &c. Num in Grãmaticis (vide Musonium apud Stobæũ λόγῳ 77.) Nam si quid turpe iubeat, tum in promptu responsio est. Iupiter cõmunis omnium parens aliud iubet. Multo magis idem dicendum de aliis amicis. Regula igitur sit, quæcunq; neq; talia sunt, vt ea facere, eisue abstinere turpe sit, neq; ad artem vllam pertinent, sed sunt plane ἀδιάφορα, in eis patris iussio præcipuam vim obtinere debet. Iubetne pater ad mercaturam, ad agriculturam animum ne applices, ne hanc vxorẽ ducas, ne huc aut illuc eas. Obtemperandũ est. Cætera modeste recusanda sunt.

Ὁμοίως δὲ φίλῳ]]Hæc quoque ὑποτίθεται, alium esse φίλον, alium συνδεῖον. Nam si vterque, συνδεῖος,

non

non est dubium quid respondendum sit, sed quid si alter virtute, alter amicitia potior sit? οὐ δυνατὸν ἀκριβῶς.

Εὐεργέτῃ αὐταποδοτέον] *Momenta rerum consideranda sunt. Cæteris autem paribus prius præstat.*

Εταίρῳ δοτέον] *lego* ἑτέρῳ, *& paulo ante* χαριστέον ἑτέροις.

Οὐδὲ τῷ πατρὶ] *vide quæ scripsi cap. 13. lib. 8. var. lect.*

Καὶ εἰς τὰ κήδη] Κήδη εἰσὶ τὰ πρὸ τοῦ γάμου συναλλάγματα. *Eustr. hic.*

* * *

IN CAPVT IV.

Τὰ φιλικὰ] *ea, ex quibus definitur* ὁ φίλος, *quod exponens dicit,* καὶ οἷς αἱ φιλίαι ὁρίζονται, *vetus Interpr. vertit, amicabilia autem quæ ad amicos. legit ergo* τὰ φιλικὰ δὲ τὰ πρὸς τοὺς φίλους. *Ego autem putabam totum illud* πρὸς τοὺς φίλους *delendum esse. Et Eustratij commentarius adiuuat hanc coniecturam.*

Οἱ προκεκρουκότες] *quod argumentũ est eos id velle, non propter se, sed propter amicum ipsum.*

Μέτρον ἑκάστῳ] ἄνθρωπος χρημάτων πάντων μέτρον *Protag. & Plat. in Cratylo, & in Theæteto, at 4. legum Plato Deum ait,* εἶναι πάντων μέτρον.

Ὅπερ ἕκαστος] *Hæc Platonis sententia est in Alcib. priore.* Mens cuiusque is quisque est. *Cic. de fine lib. 1.* Tu vero enitere, & sic habeto, te non

esse mortalem, sed corpus hoc, neq; enim tu is es, quem forma ista declarat, sed mens cuiusque is est quisque, non ea figura, quæ digito demonstrari potest. Deum igitur te scito esse, si quidem Deus est, qui viget, qui sentit. *Inde quoque illa manarunt.* Neque enim ciuitas in seditione potest esse beata, nec in discordia dominorum domus, quanto minus animus à seipso dissidens, secumque discordans gustare poterit partem illam liquidæ voluptatis, & libera esse. *Cicero lib. 1. de finibus. Et in oratione pro Roscio.* Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis, eos, qui impie aliquid, scelerateque commiserint agitari, & perterreri furiarum tædis ardentibus sua quemque fraus, & suus terror maxime vexat, &c. *In Pisonem.* Nolite putare P. C. vt in scena videtis homines consceleratos impulsu Deorum terreri furiarum tædis ardentibus, sua quemque fraus, suum facinus, &c.

IN CAPVT V.

Φιλησίς ἐστιν] ἡ φίλησις, ὡς λάλησις καὶ ὑγίαινσις, καὶ θέρμανσις. *Eustr.*

Ἔχει διάτασιν] Διάτασις *non est intensio, multoque minus, quod Lamb. putat contentio, sed continuatio quædam ac tractus temporis.*

Οἷον καὶ] *Vt in factionibus aurigarum solet.*

Εὔνοι

Εὖνοι γὰρ αὐτοῦ] *leg.* αὐτοῖς.

Ἡ διὰ τῆς ὄψεως ἡδονὴ] ἔρως ἐσρεῖ διὰ τῶν ὀμμάτων. *Plato Cratylo. Propert.*

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis.

Et:

Si nescis, oculi sunt in amore duces.

Paulus Silentiarius.

Οφθαλμόι τεο, μεχρὶς ἀφίξετε νέκταρ ἐρώτων,
Κάλλεος ἀκρήτου ζωροπόται θρασέες;

Et quidam ait:

Εκ τοῦ ὁρᾶν γὰρ γίνετ' ἀνθρώποις ἐρᾶν.

Αὐτὸν ἀργὴν ἔτι φιλίαν] *sic dictum, vt* ἀργὰ χρήματα *& similia.*

IN CAPVT VI.

Αλλὰ τὰς πόλεις] *sic vna quælibet dissensio* ἐχθρὺς ποιεῖ. *Plato in Euthyphrone.*

* * *

IN CAPVT VIII.

Απ' αὐτοῦ] ἀφ' αὐτοῦ *leg. puto.*

Επιτιμῶσι γὰρ τοῖς] *Horatius.*

Egomet mi ignosco Mæuius inquit.

Stultus, & improb. hic amor est. dignusq; notari

Talem notat Plato 5. de leg. Epicur. dicebat sua causa omnia quemque facere oportere, sed necessarium est, quicunque tales sunt, cum sibi valde placeant aliis ta-

Digitized by Google

men displicere. Amor enim cœcus, & qui se amant, in vitiis suis cœci sunt. Cicero lib.13.ad Atticum epist.13. nisi forte me communis φιλαυτία decipit, vt in tali genere ne apud græcos quidem simile quidquam.

Ὥσπερ ἡ πόλις] *Sophocl.*

Πόλις γάρ ἐστι πᾶσα τῶν ἡγουμένων,
Στρατὸς δὲ ζύμπας.

IN CAPVT IX.

Τὸ δ' οὐκ ἔστιν ἴσως ἀληθὲς] *Docet iam propriis, & suis rationibus, felici opus esse amicis. Earum prima est hæc.* ὁ εὐδαίμων προαιρεῖται θεωρεῖν πράξεις ὀικείας, καὶ οἰκίας. *Facere autem id nisi in amicis non plene potest. Indiget igitur amicis. Primum lemma probat hoc modo.* εὐδαιμονεῖν *est* ἐνεργεῖν τὸ δ' ἐνεργεῖν οὐ μόνον πράττειν, ἀλλὰ θεωρεῖν. *Debet autem* ὁ εὐδαίμων θεωρεῖν *ea, quæ sibi iucunda sunt. Iucundæ sunt autem ei actiones* ὀικείας, καὶ οἰκεῖαι. *Tales igitur* θεωρητέον. *Secundum hoc modo. Aut eas* θεωρήσει *in seipso: aut in aliis. In seipso non satis commode potest.* θεωρεῖν δὲ μᾶλλον δυνάμεθα τὰς πέλας, ἢ ἑαυτὰς, καὶ τὰς, *etc. ergo in aliis. Quare aut in amicis, aut in iis, qui nobis coniuncti nõ sunt. Si in iis quibuscum nulla nobis intercedat coniunctio, vt demus eas iucundas fore, quia* ὀικείας, *at certe carebunt altera parte iucunditatis: non enim erunt* οἰκεῖαι. *Sed si in amicis, tum vero* ἔξουσιν ἄμφω τὰ φύσει ἡδέα, *erunt enim etiam* οἰκεῖαι, *cum amicus sit alter idem, & quæ*

Digitized by Google

quæ amici faciunt, ea nos quodammodo ipsi facere videamur. Vt oculus alia omnia melius videt, quam seipsum: ita vnusquisque nostrum alienas actiones melius videt, quam suas. Vt formosæ mulieres libenter se in speculo intuentur: ita si animi, & honestarum actionum speculum aliquod esset, libenter se in eo viri boni, ac felices intuerentur. In amicis igitur se tanquam in quodam speculo intuentur.

Καθάπερ καὶ διόγνις] *Summa huius argumentationis est.* πᾶν τὸ αἱρετὸν προσεῖναι δεῖ τῷ εὐδαίμονι· αἱρετὸν δὲ ὁ φίλος. δεῖ ἄρα αὐτῷ καὶ φίλων. *Maior patet, quoniam alioqui esset* ταύτῃ ἐνδεής. *Ad minorem probandam multa adferuntur, quæ reddunt obscuram disputationem. Ad summam autem hoc dicit. Vir bonus eodem modo adfectus est erga amicum, vt erga se: ergo quæcunq; bonum, & optabile, & iucundum est habere in se, eadem & in amico. Bonum & optabile, & iucundum est bene viuere, & sentire se viuere: ergo bonum est etiam ipsi, tum vt amicus viuat, tum vt ipse sentiat eum viuere. Sed congeruntur multa, vt doceat bonum esse bono* τὸ ζῆν, *quorum summa est, omne bonum, & iucundum natura, est bonum, & iucundum bono: tale est* τὸ ζῆν: *Igitur, &c.*

Τὸ δὲ κύριον] κύριον *vocat* τὸ τέλος *Eustrat. at ego eo refero, quod id demum dicitur* κυρίως εἶναι, *quod est* ἐνεργείᾳ *vt sæpe dictum est.*

Τὸ δὲ ὅτι] *Sentire se sentire, aut cogitare, est sentire se esse, siue viuere, Nam esse, aut viuere homini nihil est, quam* αἰσθάνεσθαι, καὶ νοεῖν.

IN

Digitized by Google

IN CAPVT X.

Μήτε πολύξεινος, &c.]

Μήτε πολύξεινον, μήτ' ἄξεινον καλέεσθαι. *Hesiod.*

Μήτ' ἂν πολύφιλον] *Apud Scythas* πολυφιλία *ducebatur probro. Lucian. in Toxaride.*

Ἥδυσμα] *Sal. Eustr.*

Διόπερ] *Vnde est illud vetus.*

Οὐκ ἐς' ἐραστὴς, ὅς τις ὐ μιᾶς ἐρᾶ.

IN CAPVT XI.

Τὸ δὲ λυπούμενον] *legendum est* λυπουμένων.

Ὑπερτείνη τῇ ἀλυπίᾳ] *Pessime hunc locum interpretatur Eustr.*

Finis Commentariorum in lib. 9. Ethicorum Aristotelis.

M. ANT.

Digitized by Google

M. ANT. MVRETI IN LIBRVM ARISTOTELIS DECIMVM SCHOLIA.

IN CAPVT II.

Ὁμοίῳ δὲ, *pro* δὴ. οἷον τὸ, *pro* τῷ. ὠφέλετο αὐτῶν *pro* αὐτῆς, *& ita Argyr.* τῷ μηδέτερον, *pro* μηδετέρῳ. μηδέτερον ὁμοίως, *pro* μηδέτερα.

IN CAPVT III.

Οὐ μὴν ὑδὲ] *Refellit quædam argumenta eorum, qui voluptatē bonum esse negabant. Omne bonum est qualitas. adfert* ἕνστασιν. *ἡ ἡδονὴ non est bonum, nam est* ἀόριστόν τι, δεχομένη τὸ μᾶλλον, καὶ τὸ ἧττον. *Respondetur idem in virtutes, aut certe virtute præditos conuenit, & non omnis voluptas* δέχεται τὸ μᾶλλον, καὶ τὸ ἧττον.

Οὕτω καὶ] *non est verum omnem* ἡδονὴν *capere* τὸ μᾶλλον, καὶ τὸ ἧττον. *nam hæc dicuntur secundum maiorem, aut minorem contrariȳ admistionem: ergo locum habere possunt in iis voluptatibus, quæ sunt mistæ*

cum

Digitized by Google

cum dolore, quales sunt corporeæ, at ἐν ταῖς ψυχικαῖς quæ sunt ἀμιγεῖς, non potest. Ita aduersus omnes alios intelligo.

Οὐ γίνοιτ'] γίνοιντ' ἂν ἀναπληρώσεις, *Arret, & quidam libri Basileenses.*

Δόξειε δὲ] *Hoc tantum voluptas non est motus, aut γένεσις. sed ne satis quidem proprie dicimus voluptatem gigni, aut quempiam voluptate commoueri.*

Finis Commentariorum in lib. 10. Ethicorum Aristotelis.

ARI-

Digitized by Google

ARISTOTELIS OECONOMICA

JACOBO LVDOVICO INTERPRETE.

CVIVS INTERPRETATIONEM M. ANTONIVS MVRETVS LOCIS ALIQVOT emendauit, ſcholiiſque illuſtrauit.

Digitized by Google

ARISTOTELIS OECONOMICA.

IACOBO LVDOVICO STRAEBAEO INTERPRETE:

CVIVS INTERPRETATIONEM M. ANTONIVS MVRETVS LOCIS aliquot emendauit, ſcholiiſque illuſtrauit.

CAPVT PRIMVM.

ISCIPLINA rei familiaris à ciuili ſcientia nō ſolum tam differt, quam domus à ciuitate (nam domus & ciuitas eſt ſubiecta quaſi materia duabus his artibus) verum etiam quod adminiſtratio, ad plures magiſtratus: domus autem rectio, ad vnius imperium pertinet. Ac ſunt quidem artes quædam diſtinctæ: in quibus non eſt eiuſdem opus efficere, & vti facto, vt lyra, & tibiis. Ciuilis autem ſcientiæ eſt, & ab initio conſtituere ciuitatem, & bene & ratione vti conſtituta. Vnde planum fit, eſſe diſciplinæ rei familiaris, & domum

Digitized by Google

mum comparare, & prudenter vti comparata. ergo ciuitas quidem est domorum multitudo, cui & agri & rei satis est ad bene viuendum. Constat autem ita esse: vel ex eo, quod si id assequi non possunt, dirimitur societas. Atque etiam ea de causa coeunt. Id autem est ipsa cuiusque rei substantia, propter quod ea res est, atque facta est. Apparet igitur rei familiaris artem ciuili disciplina esse ortu priorem. Nam & opus eius prius est. Dominus enim est pars ciuitatis. Itaq; de ratione tuendæ rei familiaris, & quod sit eius munus, videndum est.

CAPVT II.

Domus partes sunt, homo, & res quæ possidentur. Quando autem principio natura cuiusque rei minimis in partibus spectatur, hoc quoque modo natura domus est consideranda. Vt igitur Hesiodus,

Primum ædes, mulierque, & bos habeatur arator.

Hic enim primum victus & alimenti gratia comparandus: illa vero liberorum causa. Debet igitur œconomiæ peritus vxoris consociationem recte, & prudenter instituere, hoc est talem parare qualis esse debet. Facultatum autem prima cura, ea quæ secundum naturam est. In iis artibus autem, quæ secundum naturam sunt, priorem obtinet locum ratio agri colēdi: alterum vero, quæcunq; è terra aliquid exquirunt, vt ea quæ metalla eruit, & si quæ sunt aliæ generis eiusdem. Sed agriculturæ prima laus est, propterea quod iure nititur, ac iustitia. Non enim rem quærit ab hominibus, aut non in-

Digitized by Google

ultiu, vt ars cauponum & mercenariorum, aut inutilis, vt bellicæ. Cui iunge & illud, esse secundum naturam, quia natura comparatum est, vt à matre sit omnibus alimentum. est igitur hominibus à terra. Præterea ad laborum tolerantiam ac fortitudinem perutilis est. non enim sicut artes sordidæ ita corpora infirma & inutilia facit, sed quæ sub dio manere, laborare, atque etiam aduersus hostes adire periculum possint. Nam soli agricolæ res suas extra munitiones habent.

CAPVT III,

IN *hominum autem genere curando, prima vxori adhibenda curatio. Societas enim fœminæ & maris maxime naturalis est. Huius rei fundamentum à nobis alibi positum est, naturam cupere talia multa procreare, qualia produxit, vt in quoque genere animalia. At fieri non potest, vt hoc fœmina sine mare, aut mas sine fœmina perficiat. Quamobrem societas illorum necessaria est. Idque in aliis quidem animantibus nulla ratione duce, & naturæ tantum impulsu, & solum procreandæ sobolis gratia coeunt. In cicuribus autem, & in iis, quibus est plus cuiusdam prudentiæ, perspicua magis, atque manifesta societas, quia magis elucent mutua auxilia, beneuolentia, labores, & operæ communes. In homine vero maxime perspicitur hæc coniunctio, quod mas & fœmina, non solum vt sint, sed etiam vt bene sint, inter se dant operam, & habentur liberi non modo vt naturæ seruiatur, verum etiam vt inde capiatur vtilitas. Nam*

qua

Digitized by Google

quaparentes, cum vires haberent, labore suo in ætatem liberorum imbecillam contulerunt: debilitati senectute, & viribus destituti, à valentibus quasi deposita recuperant. Adde quod & hoc ambitu ac tanquam orbe natura supplet æternitatem, si non singulorum numero, at certe specie conseruata. Sic diuinitus natura vtriusq;, & viri, & mulieris ad coniunctionem societatemq; præparata est. Distincta enim est, ne esset vtriq; ad eadē omnia similiter vtilis & idonea facultas, sed in quibusdam ad contraria, quæ tamen eodē contenderent, apta. Alterum valētiorem, alteram minus robustam fecit, vt hæc adducta metu diligentius aduigilet ad custodiam rerū: ille fortitudine præditus, sit animosior ad propulsandam iniuriam: vt ille rem quærat foris, atq; domum importet: hæc intus sit, & importata conseruet. In opere autem faciundo, quum sit hæc infirmior, quam quæ foris agere, & in iis quæ sub dio fiunt, versari possit; constantius tamen esse domi quam vir, & in eadem sede permanere potest. Ille ad opera quieta minus aptus, & ad res laboriosas, molestas, operosas, roboris est atq; temperamenti salubrioris. liberos communiter procreant, non item communiter educant, sed in eos propria sunt huius, & illius adiumenta. Alere matrum est, erudire patrum.

CAPVT IV.

PRimum igitur sibi leges imponat vir de vxore tractanda: & illi ne faciat iniuriam. sic enim fiet vt ab

Digitized by Google

ea nullam patiatur ipse. Nos ad hoc & lex communis hortatur, vt aiunt Pythagorei, quã minime oportere videri iniuriam facere cuiquam, *quemadmodum supplici, & quæ à lare sit abducta. Violat autem iura coniugis vir, cui sunt externi concubitus. De congressione lex altera, vt nec egeant præsentes, nec absentibus quiescere non possint: sed ita assuescendum, vt præsentiam & absentiam coniugis æquo animo ferat. Hoc autem præclare suadet Hesiodus.*

Vt mores doceas pulchros, tibi virgo sit vxor.

Nam morum dissimilitudo dissociat amicitias. De corporis ornatu sit hæc præceptio. Vt ne moribus quidem superbis & arrogantibus inter se coniuges vti debent, ita neque immoderato vultu & ornatu. Congressus autem iste ex ornatus ostẽtatione gloriosa, nihil ab eo differt, qui est in scæna tragœdorum.

CAPVT V.

IN iis autem rebus quæ possidentur, illud quidem est primum, maximeque necessarium, quod optimum, quodque principatu dignissimum. Hoc vero homo est. Primum igitur danda opera est, vt seruos efficiamus bonos. Seruorum autem duæ sunt species: dispensator, & operarius. Quoniam igitur videmus iuuenes, prout educantur, tales euadere; necesse est & parare & alere eos, quibus liberaliora munera mandanda sunt. Cum seruis autem dominus ita versetur, vt neque improbos fieri atque petulantes, neque licentia dissoluta, & immodica

Digitized by Google

modica libertate diffluere patiatur: & iis quibus est animus liberalior, honorem; iis qui viliores dant operas, alimenti copiam tribuat. Quod autem vini potus non seruos modo, verum etiam liberos, petulantes & contumeliosos efficit, multæque nationes liberæ vino se abstinent, vt militiæ Carthaginienses, perspicuum est aut nihil eius aut parum seruis esse tradendum. Et quum tria ad illos pertineant, opus, castigatio, alimentum; si castigatio laborq; deest, alimentum vero suppetit, contumeliam gignit. labores autem & animaduersiones sine alimento, vim afferunt, & omnes adimunt vires. superest igitur vt dominus operas atque labores imponat, & alimenti quantum satis est suppeditet, Nam fieri non potest vt iis imperet, qui mercede careant: seruo autem merces, alimentum. Ac sicut alij, si meliores meliora non capiunt, nec vlla sunt præmia virtutis, & vitij supplicia, deteriores fiunt, ita quoque serui. Horum igitur habenda ratio, & vnicuique pro dignitate partienda, atque plus minusve laxanda sunt hæc, alimentum, vestis, intermissio laboris, castigandi modus: imitandaque tum verbo, tum re, medicorum facultas: qui in ratione medicamenti illud quoque considerant, alimentum, quia semper idem suggeritur, non esse medicamentum. In seruorum autem genere optimi ad opera facienda sunt habendi, qui neq; plus æquo timidi sunt, neque plus satis animosi. Neutri enim quod iustum est faciunt. Etenim plus æquo timidi nihil subire audent. Animosi vero non facile dicto sunt audientes. Omnibus autem certus finis terminusque constituendus est.

Digitized by Google

Nam iustum est ac vtile, esse præmium propositum, libertatem. Dabunt enim libenter operam atque laborabunt, cum præmium fuerit propositum, tempusque definitum. Suntque procreatis liberis quasi pignoribus obstringendi. Nec plures gentis eiusdem, vt in vrbibus, sic & in ædibus habendi. Atque propter seruos potius quam liberos sacra faciunda, & huiusmodi lætitia, atque voluptas fruenda. Plura enim habent eorum, propter quæ hæc lege ac moribus recepta sunt.

CAPVT VI.

P*Artes autem œconomi in pecunia sunt quatuor. etenim debet habere quærendi facultatem, atque seruandi. alioqui inutilis esset quærendi ratio. Hoc enim est* aquam haurire, *colo,* ὑθμῷ, *&, quod aiunt,* dolium perforatum. *Præterea scire debet suo quæque loco, & ordine decenter, & apte disponere: & quum tempus est, vtenda depromere. Nam propter hæc illis egemus. Discrimen autem statuendum est inter genera bonorum. & plura fructuosa, quam quæ fructum non ferunt, habenda. Negotia atq; operæ sic partiendæ sunt, vt non vna periclitentur vniuersæ. Ad rem familiarem tuendam prodest institutis vti Persicis, & Laconicis; & Attica iuuat œconomia. Athenienses enim vendentes emunt, nec in minoribus œconomiis penum reponunt, ac recondunt. Persica sunt instituta, vt paterfamilias ipse omnia statuat, omnia inuisat: id quod & Dion de Dionysio tyranno dicebat. Nullus enim sic aliena curat.*

vt

Digitized by Google

vt sua. Debet igitur eniti, vt omnia quæ potest ipse curet. scitum enim est quod Perses quidam, quodque Libys respondisse dicitur. Rogatus ille, quid opimum pinguemque maxime faceret equum, oculus domini, *inquit. Libys autem, quum ex eo quæreretur, quod stercoris genus optimum putaret,* domini vestigia, *respondit. sunt igitur alia videnda curandaque viro, alia vxori, vt huic, & illi munera sunt œconomiæ distributa. Idque raro in œconomia exigua tenuiq; faciendum sæpius autem in ea, quæ aliorum diligentiæ committitur. Nam nisi qui præit, id quod alij sequantur, bene diligenterque monstret, nec in aliis rebus, nec in commissa procuratione fieri potest, vt bonos atque diligentes habeat imitatores. sic fieri non potest, si domini sint improuidi & negligentes, vt eorum præfecti rem diligenter curent. Hæc autem quum honesta pulchraque sint, & vtilia ad rem & augendam, & tuendam, domini prius expergisci quam serui, & posterius somnum capere debent: nec vnquam domum magis quam magistratus vrbem, sine custodia relinquere: nec aliquid eorum quæ facienda sunt nocte dieq; prætermittere; idque bonum, de nocte è lecto surgere: propterea quod hoc vtile est, & ad bonam valetudinem, & ad œconomiam, & ad studia philosophiæ. Ac paruis quidem in rebus Attica ratio administrandi fructus est vtilis: in magnis alia, diuisis fructibus, & quæ in annum, & quæ in mensem consumuntur, separatis. Neque aliter in vasis supellectilique faciundum, sepositis iis quibus vtendum cotidie, & iis quæ raro sunt vsui. Hæc tradenda præfectis.*

Digitized by Google

ctis. Præterea subinde ex interuallo, quæ recondideris inuisenda, vt quid saluum & integrum, quid perditum & imminutum sit, sciatur. Quum autem domus ædificatur, habenda ratio, & rerum quæ possidentur, & valetudinis: atque hominum commoditati iucunditatique prospiciendum. Habenda ratio rerum, vt videndum qui locus ædium fructibus, reique vestiariæ commodus futurus sit, qui fructibus siccis, quique humidis: & in diuerso genere rerum, qui animatis, quique inanimis, seruis & liberis, mulieribus & viris, peregrinis & ciuibus. Vt hominum commoditati iucunditatique & valetudini prospiciatur, domus ita statuenda, vt æstate salubres ventos, hyeme liberum solem facile admittat. Talis erit, si antica ad meridiem, postica ad septentriones, habeant latera longiora. Vbi autem magnæ administrantur opes, ianitor, cuius in aliis rebus nullus sit vsus, videtur vtilis, qui quæ importantur, & exportantur, obseruet. Ad expeditum promptumque supellectilis vsum pertinet Laconica dispositio. Instrumentum enim quodque suo poni loco debet. Quod enim sic est in promptu, non requiritur.

M. ANT.

Digitized by Google

M. ANT. MVRETI IN ARISTOTELIS OECONOMICA ANNOTATIONES.

MAGNI *facienda sunt præcepta politices: sed ne ea quidem quæ ad rei familiaris rectionem pertinent, negligenda: fortasis etiam eo cognoscenda studiosius; quod, vt veteres dicebant,* non cuiuslibet hominis esse Corinthum ire: *ita non omnium est ad rempub. accedere. at omnium est regere familiam suã: neque eius rei ratio sine certo ac præsenti damno ignorari potest. Atque id in priuatis quidem hominibus dubitationem non habet: de regibus, ac potentibus viris aliud fortasse senserit aliquis. illi enim domesticam curam, tanquam magnitudine sua inferiorem, & humiliorem solent aliis delegare ac committere: ipsi grauioribus curis, ac cogitationibus occupantur; sed tamen vt reges ipsi solent interdum deposito auro ac purpura ingredi priuatorũ domos, & curiose inspicere quid à quoque agatur: ita non est alienum maiestatis ipsorũ, scire ac cognoscere, quemadmodum tenuiores familiæ administrentur, & recte dictum est à veteribus,* regum quoque ac satraparum propriam quandam œconomiam esse. *Ac quanquam Aristoteles alicubi negat, reges ac tyrannos prodigos esse posse, quod*

Digitized by Google

immensam illam, & infinitam opum copiam largiendo, & faciendis sumptibus, superare non queant: notum tamen est, quosdam ex eis, immoderatis largitionibus, & temere profundenda pecunia, eo redactos esse, vt & fraudare creditores, & aduersus dignitatem suam multa facere cogerentur. His certe vsus aliquis præceptorum œconomiæ profuisset. neq; alienam esse hanc facultatem à regibus, iudicabat Cicero, qui Deiotarum, non tantum vt tetrarcham nobilem, sed & vt optimum patremfamilias, & diligentissimum agricolam, ac pecuarium laudat. Quod si Agricultura recte in œconomices parte numeratur: non esse eam indignam regibus, declarat Xenophon, qui sub Cyri minoris persona, ostēdit nihil sibi videri tam regale, quā studium agri colendi. Sed & Priscorum regum Hieronis, Attali, Philometoris, Archelai, Iubæ geoponicōn libri, qui sæpe citantur à veteribus, nō mediocriter eos hac œconomices parte delectatos esse declarant. Ac certe vt qui duorum scalmorū nauim gubernare nesciat, ridiculus sit, si se ad quinque remos, aut alia maiora nauigia gubernāda idoneum profiteatur: ita qui gubernādæ domus peritus nō est, multo minus ad regendā ciuitatē, aut prouinciā idoneus sit, necesse est. Fatendū igitur est, œconomices p̄cepta digna esse, in quib. cognoscēdis aliquid operæ ac studij collocetur.

Prodiderunt ea monumentis litterarum duo apud Græcos nobilissimi scriptores, Xenophon & Aristoteles. Xenophontis librum Cicero in latinum sermonem conuerterat, quæ interpretatio si exstaret, nō in alio potius harum rerū auctor, nostra hoc tempore exerceretur in-

dustria.

Digitized by Google

dustria. Aristotelis librum vnum huius argumenti habemus, eumq; decurtatum ac mutilum: nam qui duo ei praeterea tribuuntur, & si contemnendi non sunt, longe tamen abhorrent ab Aristotéleo disputādi genere. quod si veterum artificū statuas quamlibet truncas, & mutilas, in pretio tamen esse, & studiose conquiri videmus: debemus & nos multo magis amare has qualescunque praestantium ingeniorum reliquias: &, vt qui famelici, & esurientes ad cœnam prope consumptam veniunt, tanto iis quæ supersunt, auidius vesci. His igitur paucis diebus hoc fragmētum œconomicorum Aristotelis interpretabimur: deinde cum primum licebit, institutam politicorum interpretationem persequemur.

Disciplina] Proœmium est, quod tribus partibus cōtinetur. Primum, quia magna est politices, & œconomices similitudo, docet quid inter eas intersit. Recte. n. monemur in primo Topicorum, quærēdum esse quid intersit inter τὰ μὴ πολὺ λίαν διεστηκότα: & quid simile sit inter τὰ πολὺ διεστῶτα. deinde tradit quiddam vtriusq; commune: quo ipsæ à plerisq; aliis differunt. Postremo cum domus sit pars ciuitatis, ostendit, prius de ratione gubernandæ domus, quam de ratione tractandæ Reipub. differendum.

Non solum tam differt] Aduersus sententiam Socratis, qui apud Platonem in Riualibus, & in politico, & apud Xenophontem tertio commentariorum tradit, nihil inter politicum regemue, & inter patremfamilias interesse, nisi quod illi pluribus imperant, hic paucioribus, omnemq; esse ciuitatem nihil aliud quam

magnam

Digitized by Google

magnam domum, domum autem, paruam ciuitatem: quod & primo Politicorum refutatum esse meminisstis.

Ad vnius imperium] *πᾶσα γὰρ οἰκία βασιλεύεται ὑπὸ τοῦ πρεσβυτάτου. ait ipse in eodem libro. & alibi, μοναρχεῖται γὰρ πᾶς οἶκος. Itaque Lacedæmonium quidam Athenienſi, qui ſtatum popularem monarchiæ anteponebat,* Inſtituito igitur eum, *inquit*, domi tuæ. *eſt igitur & hoc diſcrimen inter Rempub. & priuatam domum: non id tantum, quod Socrates dixerat.*

Ac ſunt quidem] *Hæc proœmij ſecunda pars eſt, in qua docet, artem efficiendi aliquid, & artem eo ſcienter vtendi, plærumq; diſtingui: At œconomicen, & politicen vtriuſque eſſe. Nam illa quidem familiam, hæc vero ciuitatem, & à principio optime fundare, atq; inſtituere: & inſtituta iam optime vti poteſt. eſſe autem plerumq; aliam artem, qua quid parat & conficit, ab ea quæ confecto atque elaborato vtitur, copioſe docet Plato in Euthydemo.*

Ergo ciuitas quidem] *Hæc eſt tertia pars. in qua docet prius tractandam eſſe œconomicen, quam politicen. Idq; hoc modo. quæ ortu priora ſunt, prius etiam tractari debent: œconomice autem ortu prior eſt quam politice: Priore igitur loco tractanda eſt. Aſſumptionem probat allata definitione ciuitatis: ex qua cognoſcitur, domum eſſe partem ciuitatis. Partes autem ortu priores ſunt, quam totum. Prior ergo eſt domus ciuitate. quare & artium ipſarum eadem inter ſe ratio eſt.*

Ciui-

Digitized by Google

Ciuitas quidem] *Definitio ciuitatis ducta ex materia, & ex fine. Paulo subtilius in politicis, ex multis domibus pagum, seu vicum constare ait; ex multis vicis ciuitatem.* ἡ δ' ἐκ πλειόνων κωμῶν κοινωνία τέλειος πόλις; ἤδη πάσης ἔχουσα πέρας τῆς αὐταρκείας.

Constat autem ita esse] *eum esse, quem dixit, finem ciuitatis, probat duobus argumentis, quorum prius est: etiam homines qui ad vitæ societatem conuenerunt, ac congregati sunt, distrahi ac dissipari, cum satis magna earum rerum copia non suppetit, quæ necessariæ sunt ad bene viuendum. Quo igitur sublato dissociantur, eius causa societatem coiuerant. Plena autem sunt historiæ talium exemplorum: cum populi, qui ad eam multitudinem excreuerant, vt suus ager alere eos non posset, alio commigrarunt: aut cum partim eorum domi mansissent, alios aut in colonias, aut etiam ad quærendas nouas sedes dimiserunt.*

Atque etiam] *Alterum Argumentum.* τέλος ἡ φύσις. *ait ipse primo Polit. opus & finis idem.* πάντα δὲ τῷ ἔργῳ ὥρισται καὶ τῇ δυνάμει.

Ortu priorem] *Natura, prior ciuitas, sed* φύσει *prior domus. sic & octauo Ethicorum.* τὸ φύσει ὕστερον, πρότερόν ἐστι φύσει. *libro 1. maiore* τῶν μ. τὰ φυσ. Perfectum natura prius. *primo de cœlo. & secundo* περὶ ζώων μορίων. ἐναντίως ἔχει τῆς φύσεως ἔχει, καὶ τῆς οὐσίας. τὰ δ' ὕστερα τῇ φύσει, πρότερα τῷ φύσιν ἐστί. καὶ πρῶτον τὸ τῇ φύσει τελευταῖον. οὐ γὰρ οἰκία πλίνθων ἕνεκέν ἐστι καὶ λίθων, ἀλλὰ ταῦτα τῆς οἰκίας. *Sic* τῆς ψυχῆς τὸ λογικὸν, *postremum homini* ὑπάρχει. *Sic hominem*

φύσει

Digitized by Google

φύσει πρώτιστον τῶν ζώων, *postremo loco creauit Deus. Itaq; γενέσει, posterior est cæteris animalib⁹, φύσει, prior.*

Domus partes] hinc incipit de re proposita disputare. Ac primum docet quæ sint partes domus. Deinde de illis pauca quædam tradit ὡς ἐν τύπῳ. *Postremo de singulis accuratius, &* λεπτομερέστερον *disserit.*

Homo & res quæ possidentur] Hominis nomine intelligit virum, & vxorem, & liberos. serui autem numerantur in iis, quæ possidentur.

Natura C. R. M. IN. PART. SP.] *sic & in Politicis,* ἐν τοῖς ἐλαχίστοις πρῶτον ἕκαστον ζητητέον.

Primum Ædes, &c.] ita citat hunc versum etiam in politicis. Hesiodus tamen ancillam non vxorem intellexerat. addit enim,

Κτητὴν ὐ γαμετὴν, ἥ τις, καὶ βουσὶν ἕποιτο.

id est,

Empta tamen non nupta, boues quæ pone sequatur.

Sed pene suspicor hunc posteriorē versum, ψευδησιόδειον *esse, &* παρεμβεβλῆσθαι: *tum auctoritate Aristotelis adductus: tum quia cum superiori, si quis diligenter animaduertat, non satis belle cohæret.*

Debet igitur] Hæc sunt illa, quæ dixi, τυπώδη: *Vnum de vxore: alterum de ratione parandæ rei: quam optimam maximeq; naturæ consentaneam, ait esse agriculturam.*

Sed agriculturæ] Cato. ex agricolis & viri fortissimi, & milites strenuissimi gignūtur: maximeque prius quæstus, stabilissimusq; consequi-

sequitur minimeque inuidiosus: minimeque male cogitantes sunt, qui in eo occupati sunt. *Vegetius lib.1.* sequitur, vtrum ex agris, an de vrbibus vtilior tiro sit, requiramus. De qua parte nunquã credo potuisse dubitari, aptiorem armis rusticam plebem quæ sub dio, & in labore nutritur: solis patiẽs, vmbræ negligẽs, balnearum nescia, deliciarum ignara, simplicis animi, paruo contenta, duratis ad omnem laborum tolerantiam membris; cui gestare ferrum, fossam ducere, onus ferre consuetudo de rure est. *Et paulo post:* Ex agris ergo supplendum robur præcipue videtur exercitus. Nescio enim quomodo minus timet mortem, qui minus deliciarum nouit in vita.

Vt à matre] πάντα γὰρ τὰ τίκτοντα, ἅμα καὶ τρέφει τοῖς γιγνομένοις ἀπ' αὐτῆς τῆς φύσεως φέρει. *Demosth. in Epitaphio. Inde* Δημήτης, *quasi* γῆ μήτης. *Ouid.1.Metamorph.*

Ossaq; post tergum magnæ iactate parentis,

Et responsum Tarquinii, ac Bruto est. Qui primus matrem osculatus esset, eum rerum potiturum. Liuius lib.1.

A nobis alibi] *lib.2.* περὶ ψυχῆς. *Diotima apud Platonem in Sympo sio. Plato lib.4.de legibus. Galenus principio lib.14.de vsu partium.*

Nam quæ parentes] *Eo nomine maximo in honore Ciconiam Ægyptios habuisse tradit Ælianus histor. animal.*

Digitized by Google

animal. lib. 10. cap. 16. & lib. 3. cap. 24. propterea quoq. pietati cultrix, *Petronio dicitur, & olim apud Romanos,* pia auis, *vt notat D. Ambros. lib. 5. hexaëmer. cap. 16. vnde,* ἀντιπελαργεῖν. *vide de Ciconia, & muliere Tarentina mirabilem, historiam apud eundem Ælianum, lib. 8. cap. 22.*

Sic diuinitus] *Xenophon sub persona Iscomachi.* ἐμοὶ γάρ τοι οἱ θεοὶ δοκοῦσι πολὺ διεσκεμμένως μάλιστα τὸ ζεῦγος τοῦτο συντεθεικέναι ὃ καλεῖται θήλυ, καὶ ἄρρεν, ὅπως ὅτι ὠφελιμώτατον εἴη αὐτῷ εἰς τὴν κοινωνίαν. πρῶτον μὲν τοῦ μὴ ἐκλιπεῖν ζώων γένη. ἔπειτα τοῦ γηροβόσκους κεκτῆσθαι ἑαυτοῖς. ἔπειτα δέ, &c. *ad operum varietatem.*

Vxor quo genere ducenda, & quibus opibus.

Non ignobili. ne pudori sint, & viro, & liberis. Nam vt Euripides ait, apud Plutarchum. lib. περὶ παίδων ἀγωγῆς. *qui tamen non videtur esse Plutarchi.*

Vbi generis male iacta fundamenta sunt
Natos necesse est sorte non bona frui.

Idem, ibid.

Quamuis ferox sit seruili tamen metu
Premitur, patris qui nouit, aut matris mala.

Non tamen quæ valde nobilitate superet virum. præclare enim Iuuenalis.

Malo Venusinam, quam te Cornelia mater
Græcchorum, si magnis virtutibus affers
Grande supercilium, & numeras in dote triumphos.

Tolle

Digitized by Google

Tolle tuum precor Hannibalem, victumq; Syphacen
In castris, & cum tota Carthagine migra.

Et elegans querela est Strepsiadæ apud Aristophanem, quod duxisset.

Τὶω μεγαχλέυς, ἄχροικος ὢν ἐξ ἄστεος.

Sed vide eum in principio νεφελῶν. Optimum est præceptum Pittaci Mitylenæi, τὶω κατὰ σαυτὸν ἔλα. *de quo extat Callimachi epigramma apud Laërtium in Pittaco, quod quia perelegans est, & lepidissimam historiam tontinet, placuit hoc loco appingere.*

Ἷππος Ἀταρνείτης τὶς ἀνήρετο πιτθακὸν ὕτως
Τὸν Μιτυλιναῖον, παῖδα τὸν Τρράδιν.
Ἄτθα, γέρον, δοῖός μα καλεῖ γάμος. ἢ μία μὲν δή
Νύμφη, ἢ πλούτῳ ἢ ἡδυεῖ κατ' ἐμέ·
Ἡ δ' ἑτέρη πρεσβύτερα. τί λώϊον; εἰ δ' ἄγε σύν μοι
Βούλευσον ποτέρῳ εἰς ὑμέναιον ἄγω.
Εἶπεν. ὁ δὲ σίπωνα γεροντικὸν ὅπλον ἀείρας,
Ἡνίδε κεῖνοί σοι πᾶν ἐρέουσιν ἔπος.
Οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῆσι δοὰς βέμβικας ἔχοντες
Ἔστρεφον ἐυρείῃ παῖδες ἐνὶ τειόδῳ.
Κείνων ἔρχεο (φησὶ) μετ' ἴχνια. χῷ μὲν ἔπεσι
Πλησίον· οἱ δ' ἔλεγον. τὶω κατὰ σαυτὸν ἔλα.
Ταῦτ' ἀίων ὁ ξεῖνος ἐφείσατο μείζονος οἴκου
Δέξασθαι, παίδων κληδόνα συνδέμενος.
Τὶω δ' ὀλίγῳ, ὡς κεῖνος, ἐς οἰκίον ἤγετο νύμφιον.
Οὕτω καὶ σὺ Δίων τὶω κατὰ σαυτὸν ἔλα.

Hæc Callimachus, quo etiã allusit Plutarchus, ad finem, ἢ περὶ παίδων ἀγωγῆς. ἐγγυᾶσθαι δὲ δεῖ τοῖς ὑοῖς γυναῖκας, μήτε ὀυγωρεῖσας πολλῷ, μήτε πλουσιωτέρας. τὸ γὰρ.

Digitized by Google

τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα, σοφὸν, ὡς οἵ γε μακρῷ κρείττους ἑαυτῶν λαμβάνοντες, οὐ τῶν γυναικῶν ἄνδρες, τῶν δὲ προικῶν δοῦλοι λανθάνουσι γινόμενοι. *Demænetus apud Plautum in Asinaria.*

Argentum accepi, dote imperium vendidi.

Megadorus in Aulularia.

Ego virtute Deũ, & maiorum nostrũ diues sum satis.
Istas magnas factiones, animos, dotes dapsiles, (rã,
Clamores, imperia, eburata vehicula, ballas, purpu-
Nihil moror, quæ in seruitutẽ sumptib' redigunt vi-
Menander. *(ros.*

Καὶ τοῦτον ἡμᾶς τὸν τρόπον γαμεῖν ἔδει
Ἅπαντας, ὦ ζεῦ σῶτερ, ὧς ὠνήμεθα.
Οὐκ ἐξετάζειν μὲν τὰ μηδὲν χρήσιμα.
Τίς ἦν ὁ πάππος ἧς γαμεῖ τιτθὴ δὲ τίς;
Τὸν δὲ τρόπον αὐτῆς τῆς γαμουμένης, μεθ' ἧς
Βιώσεται, μητ' ἐξετάσαι, μητ' ἰδεῖν.
Αλλ' ἐπὶ τράπεζαν μὲν φέρειν τὴν προῖχ' ἵνα·
Εἰ τ' ἀργύριον καλόν ἐστι δοκιμαστὴς ἴδῃ,
Ὅ πέντε μῆνας, ἔνδον οὐ γενήσεται
Τῆς διὰ βίου δ' ἔνδον καθεδουμένης ἀεί
Μὴ δοκιμάσασθαι μηδὲν ἀλλ' εἰκῇ λαβεῖν.

Dotata an indotata.

Antiquitus formosis mulieribus dotes à viris dari mos erat, vnde & Alphesibœæ puellæ, de quibus Eustathius Odyss. o. Auctor Etymol. &c. Tacitus de moribus Germanorũ. Dotẽ nõ vxor marito sed vxori marit' offert. Intersunt parẽtes, & propinqui, ac mune-

munera probant: munera nõ ad delicias muliebres quæsita, nec quibus noua nupta comatur: sed boues, & frænatum equum, & scutum, cum framea, gladioque. In hæc munera vxor accipitur, atq; inuicem ipsa armorum aliquid viro adfert. hoc maximum vinculum, hæc arcana sacra, hoc coniugales deos arbitrantur. *Plato lib. 5. de legib.* Γαμοῦντα δὲ, καὶ ἐκδιδόντα, μήτ' οὖν διδόναι, μήτε δέχεσθαι προῖκα τοπαράπαν μηδ' ἡντινοῦν. *Sed tamen lib. 6. permittit dari, & accipi perparuam quandam pecuniolam. Apud quosdam populos formosæ dotem accipiunt: sed quæ in commune confertur, vt sit vnde deformes collocentur. Multa Megadorus apud Plautum in dotatas mulieres, quem vide omnino in Aulularia. Sed & Euripid. hoc maxime vtitur argumento ad mulieres vituperandas, quod ipsi parentes, vbi eas diu educarunt, vltro pecuniam dent, vt ab eis liberentur.*

Qua forma.

Βίας, aut vt alij, Pittacus dicebat, εἰ καλὴν, κοινὴν. εἰ αἰσχρὰν, ποινὴν. *Quo in loco, male, vulgo* ποινὴν, *interpretantur, pœnam, cum furiam significet, Quare media quædam forma probanda est, quam Phauorinus, vxoriam, antiquiores, statam formã dixerunt. Gellius lib. 5. ca. 11.* Ennius eas fere fœminas esse incolumi pudicitia asseruit, quæ stata forma forent. *Petronius Arbiter.* Raram facit misturam, cum sapientia forma. *Martialis.*

Digitized by Google

Lis est cum forma magna pudicitiæ.

Nocuit Menelao nimis pulchra. Nocuit & Candauli. de quo vide Herodotum lib. 1.

Qua Ætate.

Hesiodus.

Ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι
Μήτε τριηκόντων ἐτέων μάλα πολλ' ἀπολείπων
Μηδ' ἐπιθεὶς μάλα πολλὰ. γάμος δέ τοι ὥριος οὗτος.
Ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἡβώη πέμπτῳ δὲ γαμοῖτο.

Quos versus varie exponunt Iurisconsulti. Plato lib. 6. de legibus ad finem, cõstituit puellis, à sexto decimo, vsq; ad vicesimum: maribus à trigesimo, ad trigesimum quintum.

I. Aristoteles multa affert, cur huic rei diligenter prouidendum sit. Primum enim si ita copulentur, vt alteruter eorum ineptus sit ad generandum, apto adhuc, & vigente altero, magna sequentur incommoda. Oportet igitur, virum tanto esse maiorem natu, vt concurrant tempora. Fœminæ enim, vt citius generant, ita citius desinunt.

II. Deinde, ne aut parentes, si sero cœperint, dare operam liberis, neq; educare eos possint vsq; ad florentem ætatem, neq; meritam gratiam vicissim ab eis recipere: aut si nimis cito, minus honorentur ab eis iam adultis, διὰ τὸ πάρεγγυς τῆς ἡλικίας.

III. Tertio, vt corpora robustiora gignantur, ἔκγονα *autem iuniorum sunt* ἀτελῆ, καὶ θηλυτόκα μᾶλλον, καὶ μικρὰ τὴν μορφὴν, *quod statim post exemplo docet.*

IV. Ado-

IV. Adolescentulæ difficilius pariunt: & sæpius enecantur, idq; oraculum Trœzenii redditum significauit, cum eos monuit, ne tam mature semen in agros spargerent. de quo vide Victorium in commentar. ad eum locum.

V. Ipsi mares, si cito coeant, non crescunt. Tacitus, de Germanis. Sera iuuenũ Venus: eoq; inexhausta pubertas. Nec virgines festinantur, eadem iuuenta, similis proceritas, pares, validęque miscentur, ac robora parentum filij referunt. *Cæsar de iisdem lib. 6.* Qui diutissime impuberes manserunt, maximam inter suos ferunt laudem; hoc ali staturam, hoc vires, neruosque confirmari putant. intra annum vero vicesimum fœminæ notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus.

VI. Ad temperãtiam mulierum plurimum confert. nam iuuenculæ cognitæ, intemperãtiores euadunt. propterea virgines circa annum ætatis XVIII. nuptui tradi debent, viri vxores ducere circa annum trigesimum septimum.

Vt hæc adducta metu] *τὸ κτηνικὸν viri, τὸ φυλακτικὸν mulieris.*

Constantius tamen esse domi] *hoc significabat Testudo, Phidiacæ Veneris pedibus supposita, vt Pausanias tradit. Plutarchus & Herodotus auctores sunt Ægyptias mulieres calceos non tulisse, vt sic videlicet, domi se continerent, non foris extra vagarentur. famam enim non formam mulieris notam esse oportet.*

Digitized by Google

Primum igitur] *Lex cõmunis Pythagoreorum, propter quam, & ab animalibus abstinebant.*

Cui sunt externi cõcubitus] *Iason apud Euripidem.*

Αλλ' εἰς τοσοῦτον ἥκεθ' ὥς' ὀρθουμένης
Εὐνῆς γυναῖκες πάντ' ἔχειν νομίζετε

Menelaus apud eundem Andromacha.

Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα δεύτερ' ἂν πάσχοι γυνὴ
Ανδρὸς δ' ἁμαρτάνουσ' ἁμαρτάνει βίου.

Periniquum videtur esse, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat. l. si vir vxor. §. Iudex. d. Ad leg. Iuliam. de adulteris.

De corporis ornatu sit hæc præceptio] *Eustathius commentar. In Iliad. τ. testatur apud Syracusanos lege cautum fuisse, ne aurum, aut purpuram ferrent mulieres, nisi impudicitiam professæ, quod & apud Lacedæmonios valuisse, testatur Clemens Alexandrin. lib. 4. pædagogi. Cyprianus in epistola de habitu virginum.* Si quis pingendi artifex, vultum alicuius, & speciem, & corporis qualitatem æmulo colore signasset, & signato iam consummatoque simulacro manus alius inferret, vt iam formata, iã picta, quasi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria, & iusta indignatio videretur? In te existimas impune laturã, tam improbæ temeritatis audaciam, Dei artificis offensam? vt enim impudica circa homines, & incesta fucis lenocinantibus non sis, corruptisque violatisque, quæ Dei sunt peior adultera detineris. *D. Hieron. epist. ad Marcellam.* Illæ

Chri-

Christianos oculos scandalizant potius, quæ purpurisso & quibusdam fucis, ora, oculosq; depingunt, quarum facies gypseæ, & nimio candore deformes idola mentiũtur, Quibus si forte improuidis, lacrymarum stilla eruperit sulco defluit, quas nec numerus annorum potest docere quod vetulæ sint, quæ capillis alienis verticem struũt, & præteritam iuuentutem rugis anilibus poliunt. *vide & D. August. epist. 73. Plutarch. ἐν γαμηκ. παρεγγέλμ.*

Vt seruos efficiamus bonos] *Crassus cæterarum rerum curam seruis mandandam: seruos ab ipso domino curandos esse dicebat. Plutarchus in Crasso.*

Dispensator & operarius] *dispensator est ἐπίτροπος, Atriẽsis, diœcetes. Necesse est, & parare, & alere eos.* Male agitur cũ domino, qué villicus docet. *Cato.*

Cum seruis autem dominus ita versetur] *Cato.* familiæ male ne sit, ne algeat, ne esuriat: opere bene exerceat. Si quis, quid deliquerit, pro noxa bono modo vindicet, pro bene facto gratiam referat, vt aliis recte facere libeat.

Quod aũt vini potus] *Serui à tribus rebus præcipue sunt auertendi, à vino, à somno, à venere. Xenoph. Cato tamen amabat seruos, qui plurimum dormirent.*

Militiæ Carthaginienses] *vidẽdus Plato sub finem, lib. 11. περὶ νόμων.*

Si castigatio laborq; deest] Nihil agendo, homines male agere discunt. *Cato.*

Alimentũ, quia semper idẽ suggeritur non esse medicamentũ] *Assueta. n. non mouẽt. Mart.*

Digitized by Google

Effecit poto Mithridates sæpe veneno, &c.

Quod aiunt dolium perforatum] *Xenophon in œconomico*, οὐχ ὁρᾷς ἔφην ἐγὼ, οἱ εἰς τὸν τετρημένον πίθον ἀντλεῖν λεγόμενοι ὡς οἰκτείρονται, ὅτι μάτην πονεῖν δοκοῦσι. *Simile illud est, apud Plinium lib. 35. cap. 1.* Piger, qui appellatur ocnos, Spartum torquens, quod Asellus arrodit. *Et Propert. lib. 4.*

Dignior obliquo, funem qui torqueat Ocno,
Æternusq; tuam pascat Aselle famem.

De quo etiam vide Plutarch. περὶ εὐθυμίας.

Athenienses enim vendentes emunt] *Ita facere solitum Periclem, narrat Plutarch. in ipsius vita.*

Perses quidam, quodq; Libys respōdisse dicitur] *Xenoph. in œconomico Barbarum dicit.* καλῶς δέ μοι δοκεῖ ἔχειν ἔφη, ὁ ἰσχόμαχος, καὶ ἡ τοῦ βαρβάρου λεγομένη ἀπόκρισις, ὅτε βασιλεὺς ἄρα ἵππῳ ἐπιτυχὼν ἀγαθῷ παχύναι αὐτὸν ὡς τάχιστα βουλόμενος.

Domini prius expergisci, quam serui] *Recte Homer.*

Οὐχρὴ παννύχιον βουληφόρον ἄνδρα καθεύδειν.

At Cato de villico ait, primus cubitu surgat, postremus cubitum eat.

Quæ recondideris, inuisenda] *Nam.*

Illa minus furem metuunt, quæ sæpe videntur.

Domus ita statuenda, vt æstate salubres ventos] *vide, quæ docuimus lib. 14. var. lect. cap. 14.*

ARI-

Digitized by Google

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER SEPTIMVS:

ET IN EVNDEM ALEXANDRI APHRODISIENSIS Commentarius.

M. ANT. MVRETO INTERPRETE.

Digitized by Google

M. ANT. MVRETVS L. MEMMIO FREMIOTO PATRICIO DIVIONENSI S.

QVIBVS ex causis quæque res effecta est, Luci Memmi, earum interitu ac commutatione ipsam quoque labefactari ac concidere necesse est. Quare mirandum non est, si quas amicitias vulgaris aliqua ac leuis causa coniunxit, eas nutare ad omnem, vt dicitur, ventulum, tandemque ad nihilum recidere videamus. Me vero non fluxa aliqua res, & vicissitudini obnoxia coniunxit tibi: sed cum eximia quædam ingenij naturæque tuæ bonitas magnam in animo meo tui admirationem excitasset, ea deinde inter nos amicitiæ fundamēta constituta sunt, quæ quia æternas planeque diuinas radices habent: falluntur, siqui coniunctionem

Digitized by Google

nem hanc nostram aut locorum interuallis, aut temporum, aut vlla vi semper sæuientis in optimos quosque fortunæ dissolui posse arbitrantur. Equidem cum præsentem te nunquam nõ visus sim admirabili quodam, omninoq; immenso amore complecti, ex quo tamen flagitiosa illa nos quorundam coniuratio distraxit, ita eum in dies augeri sentio, vt pene iã à magistro meo Aristotele dissentiam, credamq; etiam ad ea, infinita quæ sunt, aliquam fieri posse accessionem. Cuius rei, non tibi, cui hoc certissimum est, sed ceteris omnib⁹ indicium volo esse, quod cum hunc Alexandri Aphrodisiensis (si verus est index) librũ animi causa, è Græco interpretatus, etiam in publicum edere statuissem, neminem habui, cui eum potius dicatum vellem, quam tibi.

Vale. Venetiis, Cal. Iuliis.

M. D. LIV.

ARI-

Digitized by Google

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER SEPTIMVS:

ET IN EVNDEM ALEXANDRI APHRODISIENSIS COMMENTARIUS, M. Antonio Mureto interprete.

Iam vero quæstionum, in quibus idem, an aliud sit, quæritur, explicanda tractatio. Cum autem variæ à nobis propositæ sint eiusdem acceptiones, ea nunc vtemur, quæ ex omnibus maxime propria est.

CVM dixerit in primo Topicorum, definitioni adiuncta esse ea quoque problemata, in quibus, propositis duobus, idem ne sit vnum cum altero, an vero aliud, quæritur, eodemq; loco eius rei causam indicarit, recte atque ordine, problematis ad definitionem spectantibus, de quibus proximo superiore libro explicatum est, annecti ea in quibus de eodem atque alio quæritur: locosque tum ad destruendum, tum ad astruendum aptos hoc septimo libro tradit: ita vt loci qui de eodem sunt, eos

qui

Digitized by Google

qui sunt de definitionibus, proxime subsequantur. Hi autem loci de eodem vtiles sunt, ad tractandas quæstiones de rei alicuius definitione institutas: quibus enim locis hoc cum illo idem esse ostendimus, iisdem ostendere possumus propositam aliquã finitionem idem esse cum eo quod definitur: contraque quibus locis ostendimus hoc ab illo aliud esse, iisdem ostendi licet aliud esse definitionem quampiam, & aliud id, quod definiendum proponebatur.

Dicebamus autem maxime proprie idem esse id, quod numero vnum est. Primum igitur considerari hoc potest, ex casibus, ex coniugatis, ex contrariis. Nam si iustitia & fortitudo eadem est: iustus etiam & fortis: iusteq; & fortiter, eadem erunt. Similis quoque contrariorum ratio est. Nam si hęc eadem sunt, & quæ iis aduersantur, eadem erunt: quodcunque eorum quæ diximus cõtrariorum genus accipias. Si enim vtrunque idem est, nihil sane intererit, id quod huic, an id quod illi contrarium est, sumpseris.

Quia idem aliud cum alio variis modis dici potest, idcirco admonet, de eo quod maxime proprie idem dicitur, totã hanc disputationem fore. Porro maxime propria eiusdem acceptio est, quia aliquid vnum & idem numero esse indicauit. Vbi enim aliter hoc vocabulo vtimur, fere aliquid adiicere solemus, ita vt ea de quibus agitur, dicamus eadem esse genere, aut specie: hic vero sine illa adiectione, Idem, dicimus: ac ne illud quidem,

nume-

Digitized by Google

numero, addere consueuimus. Præterea si quæ eadem numero sint, ea tum genere, tum specie eadem esse consequitur: at eorum modorum alterutro eadem esse possunt, quæ tamen numero eadem non sint. Quamuis igitur idem multis modis dici potest, tamen hoc loco de iis demum quæ numero eadem sunt, verba facturus est: nam & definitio cum eo quod definitur idem esse hoc modo dicitur: numero videlicet, non aut genere, aut specie idem. Et vero eorum omnium quæ de eodem traduntur, hæc tantum pars ad definitionem attinere censenda est, nempe in qua de iis agitur, quæ quādam cum ipsis definitionibus communitatem habent. Nam sit ne aliquid cum alio, idem genere, ex ipsis qui ad genus referuntur, locis disputari potest. Quibus enim locis hoc sub vno, illud sub alio genere contineri ostenditur: iisdem etiam patefit ea genere à se, inuicem dissidere. Siquidem ita demum genere eadem esse dicentur, si vnum aliquod genus ostensum fuerit, cuius ambitu eorum vtrumque comprehendatur: quod & ipse primo horum librorum tradidit. Quod si specialia problemata, vt ea etiam, quibus differentia exquiritur, sub generalibus continentur, facile ex his, qui ad generis tractationem traditi sunt, locis, tota eorum quæ specie eadem sunt, ratio intelligetur. Apte igitur & conuenienter, de iis, quæ numero eadem sunt, hoc loco disputationem instituit. Ac primus quidem locus qui ab eo proponitur, hic est: ex casibus, ex coniugatis, ex contrariis idem numero vel astrui posse, vel destrui. Etenim quod ad hanc de eodem & diuerso quæstionem attinet, quæ duorum inuicem

Digitized by Google

*cem collatorum ratio est, eadem in omnibus ipsorum & casibus, & coniugatis valet. Sed & si qua eadem sint, eadem etiam esse oportet ea, quæ sunt illis contraria. * Sin diuersa ipsa sint, diuersa quoque contraria erunt: idque in quolibet genere contrariorum.*

* Contraria cum Cicerone appello, quæ Barbari opposita.

Item ex iis, quæ efficiendi, & ex iis quæ interimendi vim habent, adeoque ex ipsis tum procreationibus, tum interitibus: omninoque, ex iis quæ ad eorum alterutrum similem rationem habent. Nam quæcunque proprie eadem sunt: eorum & procreationes & interitus iidem: & eadem quoque, tum quæ efficiendi, tum quæ interimendi vim habent.

Item, inquit, ex iis quæ efficiendi, & ex iis quæ interimendi vim habent. Nam quæcunq; proprie eadem sunt, eorum & procreationes & interitus iidem. Vt si homo, & mortalis idem, vtriusque etiam eadem procreatio, idemque interitus. Procreatio quidem ex semine, sanguineque menstruo. Interitus autem separatio animæ à corpore. Item si sanitas cum morbo idem est, eadem quoq; erit eorum procreatio. At id quidem secus se habet. Sanitatis enim efficientia sunt salubres epulæ, victusque moderatus: morbi vero ea quæ his aduersantur. Similiterque si eadem ipsa sint, interitus quoque eis ab iisdem rebus afferetur. Non autem idem est interitus, & id quod interimendi vim habet. Interitus enim sanitatis est, morbus. Quæ autem ipsius velut interi-

Digitized by Google

terimendæ vim habent, sunt, vt cibus, vt prauæ victus ratio.

Videndum etiam, si vnum eorum, quæ eadem esse dicuntur, summum aliqua in re gradum obtineat, num & alterum quoque summum eadem in re gradum obtinere dicatur. quomodo Xenocrates vitam beatam & eam quæ ex virtute degitur, eandem esse demonstrat: quod videlicet & ea maxime expetenda vita sit, quæ cum virtute coniuncta, & ea quæ beata est. Vnum enim est vltimum ac maximum rerum omnium expetendarum. Eadem ceterorum quoq; consimilium ratio est. Verum enimuero oportet vtrunque eorum quæ maxima, quæúe summe expetenda dicuntur, vnum numero aliquid esse. Alioqui, hac ratione argumenti, eadem esse ipsa inter se non consequetur. Neque enim necessario efficitur, si & Peloponesij & Lacedæmonij Græcorum fortissimi sunt, vt iidem sint inter se Peloponesij & Lacedæmonij. Nam neque Peloponesij, neque Lacedæmonij nomine, certus aliquis homo, & vnus numero indicatur. At illud certè necessarium est, in altero alterum contineri: sicut & Lacedæmonij in Peloponesiis continetur. Nisi enim alteri in alteris continerentur, vtrosque se inuicem fortiores esse oporteret: Etenim si neutri continentur in alteris, Peloponesios, cum ceteris omnibus fortio-

Digitized by Google

fortiores ſint, Lacedæmoniis quoque fortiores eſſe oportet. Sed & Lacedæmonios Peloponeſiis: quippe cum eos quoque poſitum ſit ceteris eſſe omnibus fortiores. Itaque vtriq; alteris fortiores erunt. Perſpicuum igitur eſt, vnum numero eſſe oportere id, quod optimum ac maximum dicitur, ſiquis ex eo, vt idem quoque ſit, efficere meditetur. Quocirça non recte concludit Xenocrates: neque enim vna numero eſt beata vita, & ea quæ ex virtute degitur. Ideoque non, ſi vtraque ſumme expetenda eſt, ex eo eadem quoque eſſe conſequitur, ſed tantum alteram ſub altera contineri.

Præterea quæ eadem in re ceteris omnibus antecellere dicuntur, vt quod optimum eſt, quodq; maximum, & cetera eiuſmodi, ſi eadem ſunt, omnino vnum numero ſint oportet. Niſi enim vnũ numero ſint, eadem non ſunt: neceſſariumque eſt eorum alterum ſub altero contineri. Alioqui vtrumque altero eadem in re ſuperius erit. Oportet igitur in iis de quibus, vtrum eadem inter ſe ſint, quæritur, inſpicere, ſi eorum vnum aliqua in re cetera omnia ſuperet, num alterum quoque eadem in re cætera omnia ſuperare dicatur. Verbi gratia, ſi vnum omnium maximum eſt, ſitne alterum quoque omnium itidem maximum. Et ſi vnum maximum, maximeque expetendum rerum omnium eſt, ſit ne alterum quoque rerum omnium maximum, maximeque expetendum. Neq; enim ſi hoc quidem maxime expetendum fuerit,

Digitized by Google

posit, necesse est. Sin horum in aliquo dissideant, eadem non esse constat.

Si enim homo & mortalis idem, illud consequens est, vt quæcunque vni vsuuenire possunt, possint alteri quoque. Vsuuenire autem homini potest, vt grammaticus sit, vt candidus. In mortali igitur hæc quoque inesse possunt. Contraque, inquit, in quibus eorum vnum hærere potest, in iis alterum quoque hærere posse oportet. Hæret autem hominis, mortalisque natura, in Socrate, in Platone, ceterisque singulis hominibus. Quocirca homo & mortalis idem & vnum numero sunt. Quod si horum in aliquo dissideant, liquido constabit eadem non esse de quibus agitur.

Illud quoq; videndum, ad idem ne genus, eandemque categoriam pertineant, an minus: sed hoc quidem, quale, illud vero, quantum, significet, aut sit ex iis quæ referuntur ad aliud.

Si enim diceret quispiam scientiam, virtutemque idem esse, videndum erit ad eandem ne categoriam eorum vtrunque referatur. Si enim non ita sit, sed vnum quidem ad quantitatem, alterum ad qualitatem, relationemúe aut aliquod aliud pertineat, ne inter se quidem eadem fuerint. vt, verbi gratia, numerus & scientia idem non sunt, quoniam hoc sub vno, illud sub alio genere continetur.

Præterea num idem vtriusque genus non sit, sed vnius bonum, alterius malum: aut vnius virtus, alterius scientia.

Locus

Digitized by Google

Locus hic videri posset cum priore idem esse: neq; tamen ita est. Prius enim de categoria tantum, id est, de primo summoque genere inquirebat: hic autem de genere propinquo, ac, vt ita dixerim, continenti. Nam & si duo aliqua in eadem categoria sint, propinquum tamen genus idem nõ habeant, eadem idcirco inter se numero non erunt. Sit enim eorum vtrunque qualitas: at vero hoc virtus, illud vitium, aut hoc virtus, illud scientia: diuersa esse liquido constat.

Aut num genus quidem vtriusq; idem, sed non eædem differentiæ: vt si vtrunque scientia sit, sed vnum ex iis, quæ contemplatione, alterum ex iis quæ actione cernuntur. Itidemque in aliis.

Etiamsi genus idem sit, differentiæ tamen, quæ speciem constituunt, eædem non sint, constat ea de quibus agitur, eadem inuicem non esse. Itaque eadem non est scientia quæ contemplatione, & ea quæ actione cernitur. Nam & si commune vtriusque genus scientia est, iis tamen ipsis, quas diximus, differentiis separantur.

Præterea ex accessione. si alterum quidem accessionem capit, alterum vero non capit.

Hac ratione ostenditur non idem esse continentiam, & temperantiam: nam continentia & accessionem & decessionem capit: temperantia non item.

Aut si cum vtrunque capiat accessionem, crescere tamen alterum non crescente altero possit. Quemadmodum, non vt quisq; amat vehementius, ita maiore commiscendi cor-

Digitized by Google

poris desiderio ducitur. Non igitur idem est amor, & commiscendi corporis cupiditas. Pręterea ex additione; vt si eodem vtrique addito, id totum quod efficitur, idem non est. Aut si, cum idem ab vtroque sustuleris, quod superest, idem non est. Vt si quis duplum dimidij, & multiplum dimidij idem esse diceret. Ita enim, sublato vtrinq; dimidio reliqua idem valere oporteret. At non ita est. Neque enim duplum & multiplũ idem valent. Considerandum autem est, non tantum ex eo ipso, quod ponitur, verum etiam ex iis, quæ eo posito consequentur, absurdũ ne aliquid consequatur: vt iis vsuuenit qui vacuum & id quod aëris plenum est, idem esse definiunt. Certum enim est, si aër quoque ipse excesserit, nihilo minus, imo magis etiam vacuum locum fore. Atqui non erit tunc aëris plenus. Itaque posito aliquo, seu falso, seu vero, (nihil enim interest) si duorum alterum interimi, altero non interempto, potest, eadem inter se ea non esse perspicuum est.

Considerandum autem est] Locus hic ex hypothesi educitur (id est, ex ficta quadã concessione, quæ interdum ponuntur, vt certa, ea quæ controuersa sunt, vt perspici possit, quid eis positis consequatur.) Putat enim animaduertendum esse, non tantum, positis iis de quibus agitur, statim ne perspicua ex eis nascatur absurditas (vt si quis effusionem, & liberalitatem idem esse posuerit,*

Digitized by Google

fuerit, statim consequetur id, quod absurdissimum est, idem esse virtutem, & vitium. Ea vero quæ sunt eiusmodi, vt si quis ipsa eadem esse posuerit, statim absurdum aliquid consequatur, constat diuersa esse) non tantum igitur ex iis de quibus ambigitur, verum etiamsi quid præterea ponatur, seu verum, seu falsum, sed quod fieri queat, seu quod non queat (multa enim, quæ reuera esse non possunt, ex hypothesi tamen nonnunquam recipi nihil vetat) † num ex eo quoque ipso, aliquid, quod esse non possit, consequatur. Tunc enim eadem non erunt ea de quibus agitur. In illis autem verbis [verum etiam ex iis, quæ eo posito, consequentur, absurdi ne aliquid consequatur] absurdum vocat id, quod fieri non potest. Nam si ponamus hoc, vacuum & plenum aëris idem esse, si postea fingamus aërem è loco in quo erat, excedere, iam necessario consequetur. idem esse non posse vacuum & aëris plenum. Siquidem amoto, ex hypothesi, aëre, vacuus locus remanet: plenus aëris non remanet.

* Quæ parenthesi inclusa sunt, perspicuitatis causa, ne quem Græca vox perturbaret, fecimus.

† Textus in Græco deprauatus.

Atq;, vt vniuerse ac generatim loquamur, videndum, nuncubi varient ea, quæ quomodocunque de vtroq; dicuntur, vel ea, de quibus hæc ipsa dicuntur. Quæcunque enim de vno dicuntur, ea de altero quoque dici; & de quibus vnum dicitur, de iis etiam alterum dici oportet.

Digitized by Google

Videtur & hic locus idem esse cum iis duobus, qui proxime antecesserunt, ab adiunctis: neque tamen penitus idem est, imo vero latius patet: quippe qui ducatur ex iis omnibus quæ quomodocunque insunt in eis, de quibus agitur, non ex iis tantum, quæ eis accidunt. Non enim quicquid in re quapiam est, id ei accidere putandum est. Ait igitur videndæ esse omnia, in quibus, non tantum fortuito, sed etiam quomodocunq; insunt ea, quæ in quæstione versantur. Si enim aut non eadem sint ea omnia, quæ in ipsis insunt, aut ipsa vtraque non eodem penitus modo insint in iisdem, sequitur vt eadem non sint. Nam quæ proprie eadem sunt, nullo à se inuicem modo discrepare oportet.

Præterea, cum idem multis modis dicatur, videndum est, num quo alio modo sint eadem; neque enim si qua vel specie, vel genere sint eadem, vt etiam numero eadem sint, necesse est. inspiciemus igitur ecquid hoc modo eadem sint, an minus: tum possit ne alterum sine altero esse: neq; enim idem fuerint. Atque hi quidem sunt, qui ad quæstiones de eodem referuntur, loci. Ex iis autem quæ diximus, cõstat, eos omnes locos, quibus idem non esse ostenditur, euertendis quoque definitionibus vtiles esse, vt & antea admonuimus. Nisi enim quod nomine, idem etiam oratione indicetur, eam definitionem non esse constat. Eorum autem quibus idem esse ostẽditur, nullus omnino vtilis est ad confirman-

dam

Digitized by Google

dam finitionem. Neque ſatis eſt oſtendere idem nomine aliquo, & propoſita oratione indicari, vt definitionem eſſe concludas: imo, vt definitio ſit, ea omnia præterea habeat oportet, quæ præcepta ſunt.

Quia tribus modis idem dicitur, vt in ſuperioribus dixit, admonet nunc, quæ alio quopiam modo eadem ſunt, non numero quoque eadem eſſe. cuius præcepti hic ſenſus eſt. Si qua ſint proximo genere eadem, ſpecie autem à ſe inuicem differant: ea, cum ſpecie differant, vt numero eadem ſint, fieri non poteſt. Rurſum quæ ſpecie proxima eadem ſunt, numero à ſe inuicem differũt. Quocirca principio admonuit, maxime proprie idem dici, quod numero idem eſſet. Videntur enim quæ numero eadem ſunt, & ſpecie, & genere eadem eſſe. Ideoque in quibuſdam nihil prohibere videbitur, quin, cum & genere & ſpecie ſint eadem, eadem ſint numero quoque. Quare cum quis nonnulla interrogatus eadem eſſe dixerit, eam reſponſionem infirmare qui volet. primum oſtendere debebit eſſe quidem eadem, ſed alio quodam modo, non eo de quo inſtituta quæſtio eſt: quod ſi poſtea oſtenderit eorum vnum ſine altero eſſe poſſe, iam eadem non eſſe conſtabit. Ex iis autem (inquit) quæ diximus, conſtat, eos omnes locos, quibus idem non eſſe oſtenditur, euertendis quoque finitionibus vtiles eſſe. Quibuſcunque enim modis idem non eſſe oſtenditur, iis etiam omnibus definitio euerti poteſt. Niſi enim quod nomine, idem oratione indicetur, definitio non eſt. Neque tamen loci, quibus idem eſſe oſtendi-

Digitized by Google

tur, etiam ad confirmandam finitionem valent. neque enim, vt definitio sit, satis est, si idē indicet, imo ipsam rei naturam explicari oportet: quod non statim præstat, quisquis aliquid affert, quod idem sit, cū eo de quo agitur. Oportet enim & rei genus adferri, & differentias, quibus à cæteris, quæ sub eodem genere sunt, separetur: & perspicuam esse finitionem, & ex prioribus ductam, & deniq; conformatam ad ea omnia, quæ supra de finitione præcepimus.

Hoc igitur modo, & ex iis locis aggredi ad euertendas finitiones oportet. Quod si finitionem aliquam confirmare voluerimus, primum quidem illud intelligendum est, aut neminem, aut certe paucos admodum in disputando facere, vt à se allatam finitionem syllogysmo comprobent. quin omnes quicquid eiusmodi est, quasi principiū quoddam accipiunt; vt Geometræ, vt Arithmetici, cæteriq; mathematici. Deinde, alterius cuiusdam facultatis & instituti esse, tū quid definitio sit, accurate tradere, tum aperire quæ sit ratio finiendi. Nunc autem, quātum ad hanc disputationem attinet, tantum dixisse satis erit, definitionē videlicet, eamq; orationem qua rei natura explicatur, syllogismo posse concludi. Si enim finitio est oratio, qua, quid sit res, indicatur; eaq; sola, quæ in definitione ponūtur ad quæstionē, qua quid sit res quæritur, de re proposita dici oportet: neq; quicquam præter gene-

Digitized by Google

genera & differentias, ad explicandam eiusmodi quæstionē valet: liquido constat, si quis ea sumat, quę sola ad quæstionem, quid est, responderi oportet, orationem quæ ex iis effecta fuerit, necessario definitionem fore. Neq; enim alia esse potest definitio: cum, si quid ea res sit, quæratur, aliud nihil responderi queat. Definitionem igitur syllogismo probari posse cōstat. Ex quibus autem eiusmodi syllogismum construere oporteat, aliis locis accuratius explicatum est. Iidem autem loci ad eam, quæ nobis hoc tempore proposita est, rationem sunt vtiles. Nam & aduersa, & alio quolibet modo contraria inspicienda sunt, & iis qui totas definitiones, & iis qui partes aliquas earum cōsiderant. Si enim contraria contrariæ, & hæc, quæ allata est, vt rei propositæ definitio sit, necesse est.

Hoc igitur modo, & ex iis locis) Eos locos intelligit, quos & proximo superiore libro, ad euertendam diffinitionem vtiles tradidit, & quos hoc ipso libro, vtiles ad probandum eadem non esse quæ proponuntur. Deinceps autem locos quosdam tradit, quibus definitiones confirmari queant: imprimisque nos admonet, solere eos, qui definiunt, definitionem accipere, quasi principium quoddam, quod demonstrari non possit: neque vero ei confirmandæ, aut demonstrationem adhibere, aut syllogismum: quibus verbis illud statuit, neq; facile esse demonstratione confirmare finitionem, neq; necessa-

Digitized by Google

necessarium. Nam & geometræ, & qui in aliarum scientiarum tractatione versantur, definitionibus suis, vt principiis quibusdam vtuntur, neque ad eas demonstrationem adhibent. Secundo admonet, accuratam finitionum tractationem non ad dialecticen, sed ad primam illam supremamque philosophiam pertinere: quare dicendum id tantum, definitionem videlicet, eamque orationem qua rei natura explicatur, syllogismo concludi, id est, quod ipsa finitio sit, syllogismo confirmari ac patefieri posse, & si secundo libro posteriorum analyticorum traditum est demonstrari finitionem nequire. At nimirum id nos quoque dicimus, si ad veritatem accurate hæc omnia exigantur, demonstrari eam non posse: vt inibi quoque ipse patefecit. dialectice tamen & probabiliter syllogysmo posse concludi, vt hoc loco dicitur. Quo autem id modo fieri possit, statim explicat, his verbis: Si enim finitio est oratio, quæ, id quod definitur, indicat, quid sit: ob idque oportet ea demum quæ in definitione ponuntur, ad quæstionem quid est, de re proposita dici: genus autem & differentiæ ad eam quæstionem explicandam valent, (differentiæ enim & si qualitatem potius indicant, qua rei natura constituitur, in finitionibus tamen quid ipsa res sit, ostendunt) liquido constat, si quis ex genere & differentiis rei naturam indicantibus orationem composuerit, ab eo definitionem esse confectam. neque enim alia esse potest definitio, quandoquidem neque genus aliud est, neque aliæ, quæ rei naturam indicent, differentiæ. Deinde addit, Definitionem igitur syllogismo

(dia-

Digitized by Google

(dialectico videlicet, non autem demonstratione) probari posse constat. qua de re, aliis locis, accuratius explicatum est. (nempe in secundo posteriorum analyticorum, & in septimo de prima Philosophia. Iidem autem loci ad eam, quæ nobis hoc tempore proposita est, rationem sunt vtiles.) Eosdem locos, ad confirmandas ratione quadam dialectica finitiones, vtiles esse ait: nempe eos ipsos, quos supra ad euertendas finitiones tradit. Cum enim proximo superiore libro, euertendis definitionibus locos tradiderit, à contrariis, à coniugatis, aliosque quorum nunc quoque meminit, illi ipsi loci vtiles sunt iis, qui talia problemata cõfirmare meditantur. Nam & adiunctum, & genus, & proprium, argumento ex aduersis ducto confirmari potest. Siquidem aduersorum & adiuncta sibi inuicem aduersantur, & genera, & proprietates: itaq; cum vnum in vno probatum fuerit, contrarium in contrario probatum intelligetur: eademq; tum coniugatorum, tum aliorum, quos enumerat, ratio est. Etenim nullum est problematis genus, quod non locis communibus, à contrariis, à casibus, à coniugatis, aliisq;, quos ipse enumerando persequitur, & confirmari, & infirmari queat.

Quando autem eorum quæ sibi inuicem aduersantur, plures sunt complexiones, ea demum aduersę rei sumenda definitio erit, in qua maxime repugnantia elucebit. Atq; hæc de ratione considerãdi totas finitiones à nobis dicta sint: nunc quomodo singulas earum partes considerare oporteat, explicemus.

Pri-

Digitized by Google

Primum igitur, genus recte positũ esse ostendemus: si enim rei, quæ aduersatur ei de qua disserimus, genus quoque aduersatur generi â nobis posito, neque sub eo ipso genere res proposita continetur, necessario continebitur in eo quod â nobis allatum est, nempe in aduerso. Necesse enim est, ea quæ sibi inuicem aduersantur, aut vno eodemque genere, aut generibus ipsis quoque sibi inuicem aduersantibus contineri. Differentias autem repugnantes de repugnantibus dici arbitramur. vt de albo, & nigro: illud enim vidẽdi sensum dissipat, hoc colligit. Itaque si de eo quod rei propositę aduersatur, differentiæ iis quas ipsi attulimus, repugnantes enunciẽtur, has quoque constabit recte de re proposita enunciari. Quocirca si & genus recte positum est, & eæ differentiæ additæ, quas oportuit, dici nihil potest, cur non tota diffinitio recte constituta sit.

Quando autem eorum) Oportet enim, inquit syllogismum qui confirmandæ finitioni adhibetur, ex notioribus ducere. Totam igitur finitionem hoc modo ex contrariis confirmari oportet. Deinceps autem docet, quomodo vnaquæque pars definitionis confirmari queat. Ac siquidem aduersorum vtrumque per aduersa definiatur, eam definitionem sumendam esse ait, in qua maxime repugnantia elucebit. Exempli causa, sit vtilis definitio, id quod est efficiens boni: noxij

autem

Digitized by Google

autem id quod efficiens mali, aut id quod habet vim tollendi, quasique interimendi boni. Ex his duabus definitionibus ea sumenda est, quæ cum definitione eius quod vtile est, apertissime pugnat. Rursumque amicitia, boni efficiens, odium, mali, aut eius quod bonum nō est. Sumenda hic quoq; erit ea in qua maior pugna perspicitur. His traditis docet, quomodo per partes definitio confirmanda sit: cumq; finitionis partes sint genus & differentia, primo de ratione confirmādi generis disserit. atq; imprimis ait cognosci posse an recte traditum sit genus, ex eo quod rei propositæ aduersatur. Si enim res, quæ aduersatur ei, de qua disserimus in eo genere continetur, quod aduersatur generi à nobis allato: neq; potest id, de quo agitur, sub illo ipso genere contineri, sub quo aduersum continetur, manifesto constat id verum genus esse quod à nobis allatum est. Docuimus enim ea quæ sibi inuicem aduersantur, aut vno eodemq; genere, aut generibus ipsis quoq; sibi inuicem aduersantibus cōtineri. Exempli gratia, assumpserit aliquis virtutem, tanquam genus, in definienda iustitia. Dicendum est, recte acceptū genus fuisse. Nam cum iniustitia, quæ iustitiæ aduersatur, contineatur sub vitio, quod aduersatur virtuti, neq; possit iustitia eius ipsius generis, nempe vitij ambitu comprehendi, constat nimirum eam sub aduerso genere, nempe sub virtute contineri. Aduersa enim aut sub eodem genere sunt, vt cādidum & nigrum sub colore: aut sub aduersis generib°, vt iustitia sub virtute, iniustitia sub vitio. Illud nō adiecit, aut ipsa quoque aduersa genera esse, vt in categoriis dixerat: qui ne

vtile

Digitized by Google

vtile est id quidem ad disputationem institutam. Neque enim quæritur, vtrum id quo de agitur, sit genus, sed sub quo genere sit. De differentiis quoque, inquit, ex aduersis iudicare poterimus. Nam si de eo, quod rei diffinitæ aduersatur, differentiæ quoq; iis, quas ipsi attulimus, aduersantes enunciantur, consequens est, recte etiam eas, quæ à nobis allatæ sunt, de re proposita enunciari. Vt si hæc iustitiæ finitio tradita sit, habitus tribuens cuiq; id quod æquum est: videre oportet, num rei quoque aduersæ, nempe iniustitiæ differentia huic aduersa conueniat, nempe sit ne iniustitia ea, quæ plus minusue quam æquum est, tribuit: quo probato illud quoque superius probatum intelligitur. Sed huic præcepto adfert argumentationem contrariam, hoc modo.

An vero necessariũ non est, de aduersis aduersas differentias enunciari? Ita est: nisi aduersa sub eodem genere includantur. Sed quorum genera ipsa aduersa sunt, nihil prohibet de eis vtrisque eandem differentiam dici: vt de iustitia, & iniustitia. Nam illa quidem virtus, hæc autem vitium animi est. quare differentia illa, nempe animi, vtrique conuenit. Siquidem corporis quoque & virtus, & vitium aliquod est.

An vero, inquit, necessarium non est aduersis aduersas differentias dici? ita est: nisi aduersa sub eodem genere includantur.] Eorum enim quæ sub eodem genere sunt, necesse est aduersas esse differentias, aut omnes,

Digitized by Google

nes, aut certe aliquas omnes, vt in graui, & leui. Genus enim est, corpus. differentia autem, grauis quidem, crassum densumq;, & in partem inferiorem ferri: leuis autem, tenue; & ferri in partem superiorem. Aliquas vero, vt si dicamus graue, naturaliter deorsum ferri: leue autem, naturaliter sursum. Etenim differentia illa, naturaliter, ambobus communis est: eoq; addito effectum est, ne omnes eorum differentiæ sibi inuicem aduersæ dicerentur. Eorum autem, quæ sub aduersis generibus sunt, nihil necesse est aduersas esse differentias. aliquam enim communem differentiam habere possunt. Quod autem ita se habeat, ostendit, allato iustitiæ exemplo. Quæ cum sub aduersis generibus includantur, illa quidem sub virtute, hæc vero sub vitio, eandem tamen differentiam habent. Illud enim, animi, vtrisque communis differentia est. Nam & illa animi virtus, & hæc animi vitium est. Additur autem illud, animi, ad eas à corporis virtutibus ac vitiis separandas. Nam vt à se inuicem distinguantur, satis illud est, quod genera inter se pugnantia habent: sed differentia illa eo additur, vt à corporis virtutibus ac vitiis separentur. Fieri tamen potest, vt ea etiam quæ in aduersis generibus continentur, aduersis quoque differentiis insigniantur. vt cum dicimus iustitiam esse virtutem, æquitatis effectricem, iniustitiam vero, vitium, quo æquitas tollitur.

At illud quidem verum est, aduersorum aut aduersas esse differentias, aut easdem. Si igitur aduersa de aduerso dicitur, de eo autem, quod propositum est, non dicitur: eam quæ

Digitized by Google

allata est, rei propositæ conuenire perspicuum est. Ad summam, cum definitio genere & differentiis constet, si aduersi definitio nota sit, eius quoque quod proponitur, definitio perspicua erit. Quando enim aduersum aut in eodem genere est, aut in aduerso: ac differentiæ quoque de aduersis, vel aduersæ, vel eædem enunciantur, constat fore, vt de eo quod ad definiendum proponitur, vel idem genus, quod de ei aduerso, enuncietur, aduersæ autem differentię, aut omnes, aut saltem aliquæ aduersæ, cæteræ vero eædem: vel contra, differentię quidem eædem, genera vero pugnantia: vel vtraque pugnantia, & genera, & differentiæ. Vt enim vtraque eadem sint, fieri non potest: alioqui aduersorum eadem definitio esset.

At illud quidem] *Proposita contraria argumentatione, hoc addidit, quasi indicans, aduersorum vt vel aduersas, vel easdem differentias esse, ita & genera vel aduersa, vel eadem. Nam & genus vel idem est, vel aduersum. Itaq; illud perspicuum est, si de aduerso aduersa differentia dicitur, de eo autem quod propositum est, non dicitur: fore vt ea quæ allata est, nempe ea quæ illi alteri aduersatur, recte de re proposita enuncietur. Ideoque generalem quandam rationem ac viam præscribit, inquiens, cum definitio genere, ac differentiis constet, si aduersi definitio nota sit, eius quoque quod proponitur, definitionem perspicuam fore. Quando enim aduersum,*

aut

aut in eodem genere est, aut in aduerso: ac differentiæ quoq; de aduersis, vel aduersæ, vel eadem enunciantur, constat fore, vt vel in eodem genere sit id, quo de agitur, cum eo quod ipsi aduersatur, vel in aduerso. Si in eodem, aut aduersas omnes differẽtias habet, aut quasdam aduersas, quasdam easdem. Si in aduerso genere sit, sic quoq; aduersas differẽtias habebit, aut etiam easdem aliquas, sed non omnes: aut omni ex parte pugnabit, vt & sub aduerso genere sit, & omnes habeat aduersas differentias. Vt autem vtraq; eadem sint, fieri non potest: ita enim non iam amplius aduersa essent, quæ finiuntur, imo vero eadem: esset q; aduersorum eadem definitio, quod absurdum est.

Præterea ex casibus, & ex coniugatis. Nam & genera ex generibus, & ex finitionibus finitiones necessario consequuntur. vt, si obliuio est scientiæ amissio, obliuisci quoque erit, scientiam amittere: & oblitum esse, scientiam amisisse: ita vt si quis horum vnum admiserit, is necesse habeat cætera etiam confiteri. Itidẽq; si interitus est naturæ dissolutio: interire quoq; dicetur id, cuius natura dissoluitur: & lethaliter, efficienter ad naturam dissoluẽdam. contraq; si lethale est, quod dissoluendæ naturæ vim habet, lethum quoq; sine interitus nihil erit aliud, quã naturæ dissolutio. Eademq; ratio aliorum est. Itaq; concesso vno, cætera quoque concessa intelliguntur. Quin & ex iis, quorum similis ad se inuicem

Digitized by Google

ratio eſt,argumentari licet. Si enim ſalubre eſt, id quo efficitur ſanitas, * εὐεκπτὸν quoque erit id quo efficitur bona habitudo: & vtile, id quo efficitur aliquid boni. Eadem enim eorum,quæ diximus, ad ſuum cuiuſque finem ratio eſt. Itaque ſi finitio vnius è finis ſui effectione ducetur,eadem erit ratio cętera omnia finiendi.

* εὐεκπτὸν vno vocabulo Latino exprimi non poteſt:at ſi in plura diducas vis argumenti perit.

Præterea ex caſibus & ex coniugatis definitio confirmari poteſt. Nam & genera ex generibus, & ex finitionibus finitiones neceſſario conſequuntur. Si enim alicuius ex coniugatis finitionem aſſecuti fuerimus, cæterorum quoque finitio reperta erit. Vt ſi quis ortus finitionem tradiderit, cætera etiam quæ ex ortus vocabulo coniugata ſunt, quomodo finiri debeant, indicauit. Siquidem eo ipſo, quod poſita fuerit vnius ex coniugatis finitio,cæterorum quoque finitiones poni oportebit.

Præterea à maiore, & à ſimili. quibus ex locis non aliter definitio confirmari poteſt, quam ſi duo cum duobus comparentur. vt ſi magis hæc huius rei definitio eſt, quam illa illius: atque ea quæ minus videtur, vera tamen finitio eſt, ſequitur, vt ea quoque vera ſit,quę maiorem probabilitatem habet.quod ſi adæque videtur hæc huius,& illa illius rei finitio, qui vnam receperit, alteram quoque reci-

Digitized by Google

recipiat, oportet. Inutilis autem est loci à maiore tractatio, si quis velit aut vnam definitionem cum duabus rebus, aut duas definitiones cum vnica re comparare. Nam neq; duarum rerum vna, neq; vnius rei finitiones duæ esse possunt.

Non idem hic dicit, quod paulo supra dixerat. Illic enim loquebatur de similitudine quadam ex analogia: hic vero de similitudine simpliciter ac proprie accepta. Multos igitur locos à maiore, à minore, à simili, tum ad confirmandum, tum ad infirmandum vtiles tradidit: à maiore & à minore quatuor, tres autem à simili. Nunc admonet eos demum ex illis locis, confirmandis finitionibus adhiberi oportere, per quos id fieri potest. Potest autem per eum tantum, quo duo cum duobus, vel vt maius cum minore, vel similiter comparantur. Non enim per eum quo vnum ad duo refertur, quorum alterum magis significat, alterum minus: siquidem eadem definitio eidem rei non potest magis ac minus conuenire: neque vna eademque definitio istam accessionem ac decessionem capit. sed ne per eum quidem, quo duo de vno dicuntur, ita vt vnum magis, alterum minus inesse dicatur: ac ne tum quidem si similis sit vtriusque ratio. Eiusmodi autem loci sunt tum is qui probat quippiam in hac magis quam in illa re inesse, tum is qui probat in re aliqua magis hoc inesse, quam illud. Similiterque in locis à minore, & à simili. Talium igitur nullus in confirmanda finitione esse vsus potest. Non enim potest eadem definitio pluribus

Digitized by Google

rebus, neque huic magis, illi minus, neque æque omnibus conuenire. Vterque autem locorum, quos inutiles esse diximus, hac via progreditur: Si hoc potius inest, quam illud, aut, Si horum vtrunque similiter inest. Quare inutiles omnino sunt ad confirmandam finitionem: neque enim vnius rei plures finitiones esse possunt, neque ita vt hæc magis, illa minus conueniat, neque vt omnes æque conueniant. Vnus igitur locus reliquus est, in quo duo sunt quæ subiiciuntur, & totidem quæ de eis enunciantur: siue vnum magis, alterum minus, siue vtrumque ex æquo sit, ad explicandam naturam eius cui adiungitur, accommodatum. Hic igitur tantum locus communis est, per quem, tum à maiori, tum à simili, definitio confirmari potest. Atque hoc modo inter se continuanda sunt, quæ hic dicuntur. Præterea, inquit, à maiore, confirmare finitionem, quatenus id fieri potest. vt hoc modo. Si magis definit temperantiam, qui eam in honestis tantum salutaribusque rebus animo agitandis positam esse dicit, quam iustitiam is, qui illam esse dicit habitum tribuentem cuique id quod æquum est, contraque, Si minus hæc iustitiæ finitio est, habitus cuique tribuens id quod æquum est, quam illa temperantiæ, honesta tantum & salutaria animo agitare. In hunc autem modum conformari argumentatio non potest, Si illa magis, hæc vero minus finitio est: & tamen prior illa finitio non est, ne illa quidem, quæ minus, nisi quis finitiones duas accipiat, quæ cum duabus itidem rebus comparentur. Eademque ratio est loci à simili. Si enim æqua definitio

Digitized by Google

tio est fortitudinis hæc, habitus fiduciam affetens aduersus ea ex quibus mortis periculum impendet, atque hæc iustitiæ, habitus tribuens cuique quod suum est, & superior illa finitio non est; hanc quoque finitionem non esse consequitur. Quod si vnicam definitionem accipias, eamque cum duabus rebus compares, nihil tibi loci à maiore profutura tractatio est. Neque enim argumentatio ita dirigi potest: Si hæc magis illius, quam huius finitio est, atque huius est, sequitur vt illius quoque sit: neq; enim potest in duas res eadem finitio conuenire: ac ne inuenitur quidem vlla finitio quæ duobus (præterquam indiuiduis) conueniat. Sed ne duæ quidem esse possunt eiusmodi finitiones: itaque in hunc modum non argumentamur, Si illa huius rei, magis quam hæc, finitio est, est q; hæc finitio, illa quoq; finitio erit.

Ex omnibus autem locis opportunissimi sunt ij, quos modo diximus: prætereaque loci à casibus, & à coniugatis. Quocirca eos præcipue tenere, atque in promptu habere oportet: sunt enim ad plurima vtilissimi: cæterorum autem, vt quisque maxime communis est, ita in eo plurimum est virium. qualis est, inspicere num ad res singulas, & num ad species definitio proposita accōmodari queat. siquidem synonimum quiddam est species. Hic autem locus vtilis est aduersum eos qui ideas ponunt, vt & superius dictum est.

Digitized by Google

Præterea ex omnibus locis, ad construendam finitionem opportunissimi sunt, vt supra dictum est, locus à maiore, à minore, & à simili. sed & à coniugatis, & à casibus. quocirca eos in promptu habere oportet. sunt enim oportunissimi, & propter perspicuitatem, & propter efficacitatem. Ex aliis autem locis, ij præcipue in vsum conuertendi sunt, qui maxime communes sunt, id est, qui ad plurima quæstionum genera accommodari queunt, & eos in promptu habere oportet, sunt enim omnium maxime efficaces, maximeque vtiles. Talem autem esse ait, eum quem ipse huius disputationis initio tradidit, per quem inspiciendum esse autumabat, id quod alicui inesse dicitur, ecquid omnibus quæ sub eo continerentur, conueniret. Etenim tum ad stabiliendas, tum ad euertendas finitiones vtile illud est. Cum autem dixisset inspiciendum esse, num ad res singulas, addidit etiam, num ad species. Si enim species indiuiduæ sunt, quorum tradita finitio est, ad singularia tantum, siue ad indiuidua respicere oportet. Sin genera, etiam ad species, quæ sub eis continentur. Hunc autem locum, atque hanc considerationem vtilem esse ait, ad euertendas ideas. neque enim ideis, & iis quæ sub eas includuntur, eadem definitio conuenit, neque videlicet idearum finitio indiuiduis, neque in diuiduorum, ideis. Oportet autem synonyma esse ideis ea, quorum natura & effectio ex eis pendet.

Præterea si translato aliquo nomine vsus est. aut si idéde seipso, vt diuersum quippiam, enun-

Digitized by Google

enunciauit: & si quis præterea locus communis efficaxque est, eo vtendum. Ex iis autem, quæ postea dicentur, multo difficilius confirmari, quam refelli finitionem, intelligetur. Primum enim facile non est, hoc â respõdentibus obtinere, vt eorum quæ in definitione posita fuerint, illud genus, hanc differentiam esse concedant. Deinde vt id quoq; recipiant genere ac differentiis, quæ rei natura sit, explicari. Quibus remotis, syllogismus confici probandæ finitioni accommodatus non potest. Si enim quædam etiam alia ad quæstionem, qua, quid sit res, quæritur, responderi queunt, iam non constabit, sit ne ea quæ allata est, an potius alia quæ piam rei propositæ finitio. Est enim finitio, oratio, quæ, quid sit res, indicat. Quin ex his quoque idem intelligi potest. facilius enim est vnum, quam multa concludere: at definitio, vel vno eorũ, quæ requiruntur, sublato, refellitur: confirmari vero, nisi omnibus probatis, non potest. † Præterea definitionem probare instituenti generalis syllogismus conficiendus est: oportet enim, quibuscunq; nomen conuenit, iis etiam omnibus definitionem conuenire: itemque nomen & orationem inuicem reciprocari: Siquidem ea propria rei propositæ finitio est. At destruere volentem, nihil necesse est generaliter argumentari. Satis enim est, si ostendatur

datur vel vni eorum de quibus nomen dicitur, orationem non conuenire: etiam ad definitionem vniuerse ac generatim refellendam: neque necessarium est, quasi sursum versus acta argumentatione ostendere, quibus non conuenit oratio, iis nomen conuenire.

† Græca Aristotelis hoc loco leuiter depranata sunt.

Cum dixerit, qui loci vtiles sint confirmandis finitionibus, ac quorundam mentionem iniecerit, per quos non confirmare modo, sed etiam euertere finitionem licet, addit hos quoque communes ad eam euertendam locos, admonetque eos, vtpote valde vtiles, in promptu habendos esse. sunt autem hi, tum quod vsus fuerit aduersarius in finitione, trãslato aliquo nomine, aut quomodolibet, inuerso, & improprio. Qui enim ita definit, minus probe definit. vt neque is, qui de rei alicuius finitione interrogatus, illud ipsum quod definiendum est, in definitione subiungit. ac translato quidem nomine vtitur, qui temperantiam, concentum animi esse dicit. Concentus enim proprie in fidibus dicitur. Idem autem de seipso enunciat, qui hominem esse dicit, animal consilij particeps, mortale, hominem. Ex iis autem, quæ postea dicentur, multo difficilius confirmari, quam refelli finitionem intelligetur. Etenim difficile est à respondentibus obtinere eas propositiones, quibus ostendatur orationem à nobis allatam, finitionem esse. Qui enim hanc finitionem esse probaturus est, is hoc primum obtineat, oportet, eorum quæ in oratione posita sunt, illud genus, hanc differentiam esse: eaq; sola, vbi quid sit res,

quæ-

Digitized by Google

quæritur, enunciari. Hæc vero difficilia sunt ad probandum: neque enim cuiuslibet hominis est, eis assentiri. At, nisi iis concessis, diffinitionem esse hanc, nulla ratione probari potest. Nam si etiam alia quæpiam sint, quæ de re proposita, ad quæstionem, quid est, responderi queant, non tantum genus, & differentia ex quibus constituta est finitio: tum certo cognosci non potest, sit ne hæc finitio, an potius alia quæpiam: quandoquidem finitio est oratio, quæ, quid sit res, indicat. Quin ex his quoque idem intelligi potest quanto videlicet facilius sit conuellere, quam confirmare finitionem, facilius enim est vnum, quam multa concludere. at vero ad confirmandam finitionem, probandum est, omnia, quæ illius ambitu comprehensa sunt, in rei propositæ natura inesse. nisi enim in ea, insint omnia, finitio non est. vt autem euertatur, probeturque finitio non esse, satis est ostendere, vel vnum eorum quæ indefiniendo adhibita sunt, in re quæ definitur, non inesse. vno enim reprehenso, tota definitio corruit. facilius autem est vnum probare quam multa. Præterea definitionem, inquit, probare instituenti generalis syllogismus, isque aiens, necessario conficiendus est, quo concludat, quæ in definitione posita sunt, ea vniuerse, ac generatim de eo quod definitur, enunciari: itemque nomen & orationem inuicem reciprocari, siquidem ea propria rei propositæ finitio est. At destruere volentem nihil necesse est generaliter argumentari. non enim tantum refellitur definitio, si nulli eorum, quæ sub nomine continentur, conueniat, verum etiam si ostendatur alicui non conuenire. Nam ad euertendum

Digitized by Google

tendum id, quod de toto aliquo genere dicitur, satis est, si ostendatur, in eorum aliquo, de quibus nomen enunciatur, allatam orationem non valere. Sed neque vicissim conferre finitionem cum eo quod finitur, destruenti necessarium est. Satis enim est, si ostendatur, de quibus nomen dicitur, eorum nulli orationem conuenire: neq; necesse est contra ostendere, quibus non conuenit oratio, iis nomen conuenire. Æqualia enim sunt hæc duo, de quibus nomen dicitur, iis non conuenire orationem, & quibus non conuenit oratio, iis nomen conuenire. At reciprocationem in hoc genere argumenti reiiciendam esse dicit, vtpote, quæ nihil ad euertendam finitionem conferat. Neq; enim finitio est, quæ ita tradita est oratio. Difficilius igitur est confirmare, quam reprehendere finitionem.

Expositio quædam in hæc ipsa Aristotelis verba, quam non eiusdem interpretis esse, sed à studioso aliquo adscriptam, & postea commentario insertam puto.

Satis est, inquit, reprehendenti aliquid generatim dictum, si ostendat, quibus nomẽ conuenit, eorum nulli orationem conuenire: neq; præterea opus est idem ostendere per reciprocationem, quæ huiusmodi est, de quibus oratio ipsa dicitur, de eorum nullo nomen enunciari. neq; enim id ad conuellendam finitionem vtile est, cum satis sit ostendere, de quibus nomen dicitur, de iis non dici orationem. Hæc tamen reciprocatio non per negantiam fieri videtur, imo vero idem sursum versus retroque dici. Idem enim est, de quibus nomen dicitur, de eorum

Digitized by Google

rum nullo dici orationem, & dici nomen de iis, de quibus non dicitur oratio. Quod & ex partium collatione perspici potest. Aut forte reciprocationem indicauit huius enunciationis, De quibus dicitur nomen, de eorum nullo dicitur oratio: cum illa, De quibus oratio, de iisdem etiam nomen dicitur. Forte etiam hoc ait, nihil prodesse reciprocationem huius, De quibus dicitur nomen, de eorum nullo dicitur oratio, propterea quod ipsa per se reciprocatur. Aut, quia satis constat enunciationes, quæ de toto genere aliquid negant, reciprocari, vt id ostendere nihil necesse sit. Quanto igitur operosius est multa probare, quam vnum, & probare affirmationem de toto genere, quam id quod ei è regione respondet, id est negantiam de parte aliqua generis, vel etiam negantiam de toto genere, tanto maioris negocij est finitionem confirmare, quam eandem refellere.

Euertitur etiam finitio, si ostendas eam, omnibus quidem iis, de quibus dicitur, sed non iis solis conuenire.

Quod autem de ea diximus, idem quoque in proprio atque in genere dici potest. Nam & horum vtrunque minore opera refellitur, quam comprobatur. Ac de proprio quidem id, vel ex iis quæ diximus, satis constat. Fere enim proprium coniunctim explicatur: quare vnum qui refutauerit, is proprium sustulerit: at confirmare meditanti, necessario omnia syllogismo sunt colligenda. Ac quæcunq; de finitione dicuntur, ea fere omnia ad proprium

Digitized by Google

prium quoque accommodari queunt. Nam & in eo confirmando, ostendendum est conuenire iis omnibus, quę nomine comprehenduntur: & in refutando satis est, si ostendatur vel vni non conuenire: quodque de finitione dictum est, corruere eam, si, quamuis omni, non tamē soli conueniat, idem etiam in proprio valet.

De genere autem, eo quod confirmanti vnica proposita via est, quam necessario teneat, nempe vt in omni inesse ostendat: reprehendenti autem duæ, vt aut nulli omnino inesse, aut etiam alicui non inesse: vtrouis enim modo, quod initio positum fuerat, tollitur. Prętera confirmanti necesse est, non tantum vt inesse ostendat, verumetiam inesse, vt genus. at reprehendenti satis est, si ostendat, aut in aliquo non inesse, aut in nullo. Vt autem ceteris in rebus tollere ac destruere, quam efficere, ita in his quoque euertere, quam construere, facilius videtur.

Proprium ait fere coniunctim, id est, cum genere explicari. Dixit enim, cum de proprio dissereret, primo genus, deinde proprium tradi oportere. Dixit autem, fere, quia proprium interdum etiam vnico nomine explicatur, vt cum dicimus decorum pulchri proprium esse, felicitatis, nullius rei indignum. Maxime autem hoc modo explicantur summorum generum proprietates: neque enim vllum superius genus est, quo cum complicentur.

Digitized by Google

tur. Sic essentiæ proprium est, in re subiecta non esse. Si ergo proprium coniunctim dicitur, probandum est, & inesse omnia in eo de quo agitur, & vniuerse inesse, & cũ eo reciprocari. Hoc enim vno minus habet proprium, quam finitio, quod, quid res sit, non indicat. Ad refutandum autem proprium satis est, si aut vnum aliquid eorum, quæ ipsi explicando adhibita sunt, non insit in re proposita, aut id quod proprium dicitur, non conueueniat alicui eorum, quæ sub re proposita continentur. Quinetiam euertitur, si omni conueniat, sed non soli. Ostendit autem & genus facilius refelli, quam comprobari. Nam comprobandi vnica via est, si vniuerse dici ostendas: reprehendendi duæ, vt aut nulli, aut alicui non conuenire demonstres.

Adiunctum autem de toto quidem genere facilius est refellere, quam probare. Nam is quidẽ qui probat, necesse habet probare, inesse in omni: is autem qui refellit, satis habet, si ostendat in vno aliquo non inesse. At contra de parte generis facilius probatur, quam refellitur. Probanti enim satis est, si probet in vno inesse: at refellenti ostendendum est, nullum esse in quo insit.

Præterea adiunctum de toto quidem genere facilius est refellere, quam probare: de parte autem generis, contra. qui enim probare vult adiunctum hoc in omni homine inesse, haud sane efficere id facile potest. Fieri enim non potest, vt vere candor in omnibus hominibus hærere dicatur. At qui refellit, facile ostendet in vno quopiam,

Digitized by Google

piam, vt forte in Socrate, non ineſſe candorem. Atque ita euertitur, quod de toto genere dictum fuerat. De parte vero generis, vt quod candor in aliquo ineſt, facilius eſt probare, quam refellere. Etenim ſatis eſt, ſi probetur in aliquo ineſſe. At refellere difficile eſt, & oſtendere in nullo homine ineſſe candorem. Fieri enim non poteſt, vt hominum nullus omnino ſit candidus. Nam eam quæ de aliquo affirmat, ea demum tollit, quæ de omni negat: quando ea quæ non omnem dicit, in quibuſdam vera eſſe poteſt ſimul cum ea quæ aliquem.

Conſtat autem, cur omnium facillime finitio reprehendatur. Plurimæ enim dantur ad id efficiendum viæ, cum in finiendo multa dicantur. E pluribus autem facilius conficitur ſyllogiſmus. Peccari enim veriſimilius eſt, vbi multa, quam vbi pauca dicuntur. Præterea etiam ex aliis argumenta ad impugnandam finitionem eruuntur. Siue enim propria non eſt oratio, ſiue genus non recte poſitum eſt, ſiue eorum, quæ allata ſunt, aliquid non ineſt in re propoſita, definitio corruit. at euertendis ceteris, neq; ea quæ ad definitiones refellendas, neq; cetera omnia adhiberi queunt.

Conſtat igitur, inquit, reprehendi finitionem facilius quam vllum aliud problema, ſiue ex iis quibus proprium, ſiue quibus genus, ſiue quibus adiunctum aliquod explicatur. Cum enim multa dixerimus, quæ in finitione obſeruanda ſunt, quale eſt, vt finitio cum eo quod definitur, reciprocari queat, vt differentia ex ipſa

rei

Digitized by Google

rei essentia petitæ sint, vt ne insint voces vllæ homonymæ, néue translatæ, fit vt multæ ad reprehendendum quasi viæ offerantur. Nam quo plura obseruanda sunt, eo facilius syllogismus ad reprehensionem dirigi potest. cum quibus in rebus plura obseruari oportet, in iis fere etiam multa peccentur. vbi autem pauciores sunt obseruationes, ibi etiam perspicuum sit pauciora esse peccata. Qui enim & longum iter conficere, & in eo etiam celeritatē adhibere contendit, offendit sæpius, quam qui in breuiore itinere adhibet etiam remissionem: quasque in domos per plures vias aditus patet, in eas facilius aliquis de nocte ingredi possit, quam in eas, quæ vno tantum aditu sunt peruiæ. Præterea etiam ex aliis.] Is, inquit, qui finitionem reprehendere aggreditur, potest & hac via aggredi, quod aduersarius in definiendo proximum non acceperit genus, &, quod alienum genus assumpserit, & quod finitio cum re difinita non reciprocetur, & quod sit vsus vocibus vel homonymis, vel translatis, & denique alia omnia tentare, quæ prodita sunt in locis aptis ad reprehensionē. Etenim cum tam multa in definiendo obseruanda sint, pene dixerim, necessarium est, vt aliquid fugerit obtutum illius, à quo composita finitio est. Itaque qui finitionem reprehendit, per alios etiam locos, quibus videlicet problemata de proprio, de genere, de adiuncto refelluntur, efficere id, quod instituit, potest. Qua enim ratione proprium, eadem finitio reprehendi poterit, si cum re proposita non reciprocetur. Et qua ratione genus aut vt alienum, aut vt non proxime adhærens, aut vt rei naturam non expli-

Digitized by Google

cans reprehenditur, eadem, genus in finitione positum, aut quia genus non sit, aut quia in re definita non insit, redarguetur. Rursumque vt in problematis de adiuncto ostenditur in Socrate forsitan candor non inesse, sic, si quis hominem finierit, naturam animatam consilij expertem, aut mare, humorem potui aptum, qui vel vnam è tota finitione partem sustulerit, totam finitionem labefactarit. Quibus igitur modis alia, iisdem & finitio reprehendi potest: sed non contra. Neq; enim quæ finitioni, eadem aliis quoq; euertendis vtilia sunt. Nam etiam si quis ostendat, aptum ad ridendum, quod in hominis finitione aliquis posuerit, ex ipsa hominis essentia non esse, non tamen illud efficietur, vt ne proprium quidem sit hominis. Neque, si genus aut non proximum, aut non recte allatum probaueris, ex eo, vt ne genus quidem sit, consequetur. Neq; si candor hominis naturam non constituit, idcirco, efficitur, vt ne fortuito quidem hærere in natura hominis possit. Quinetiam quibus è locis alia problemata, nempe de genere, & de proprio refelluntur, non ex iis omnibus etiam problemata de adiuncto refelli queunt: imo potius quæ ad refellendum adiunctum valent, ea refellendis quoque ceteris vtiliter adhibentur.

Quæ enim adiuncto, ea sola ceteris quoque omnibus, quæ ante diximus, sunt communia. Quicquid enim de re aliqua dicitur, id in ea inesse oportet. At qui genus ostendit non inesse vt proprium, nullo modo euertit genus: similiterque neque necesse est proprium

ita

Digitized by Google

ita ineſſe, vt genus: neque adiunctum ita ineſſe, aut vt genus, aut vt propriũ, ſed ineſſe tantum. quare arguméta ex aliis ad alia duci non queunt, præterquam ad vnam finitionem.

Quæ enim adiuncto, ea ſola ceteris quoque omnibus, quæ ante diximus, ſunt communia.] *videlicet vt non tantum ad tollendum adiunctum valeant, ſed etiam ad tollenda cetera. Quod enim ſolum de adiuncto quæritur, inſit ne in re propoſita, idem in aliis quoque, nempe in proprio, in genere, in finitione, ſimiliter quæritur. Quod ſi genus cum re propoſita non reciprocetur, ex eo non efficitur, vt ne ſit genus. neq; ſi proprium non ineſt ita vt genus, in ipſa videlicet rei eſſentia, ideo efficitur, vt ne ſit proprium. Similiterq; etiam ſi adiunctũ neque eſt ex ipſa rei natura, vt genus. neque reciprocatur, vt proprium, non ex eo conſequitur, vt adiunctum ne ſit.*

Finitionem igitur facillime reprehendi, difficillime autem conſtitui conſtat: illa enim omnia ſyllogiſmo probanda ſunt, & quod ea quæ in finitione ponuntur, inſint in re propoſita, & quod genus recte traditum fuerit, & quod propria finitio eſt, & præterea, quod ipſius rei naturam & eſſentiam exponat, atque hoc recte præſtitiſſe oportet. E ceteris vero proprium ad eam proxime accedit: eo enim facilius reprehenditur, quod plerunque conſtituitur ex pluribus. Difficillimum autem eſt ad probandum: nam & multa probanda

Digitized by Google

ſunt, & quod rei propoſitæ ſoli conueniat, & quod cum ea reciprocetur. Adiunctum autem omnium facillimum eſt ad probandum. Nam in aliis, non tantum quod inſint, verum etiam quod certo quodã modo inſint, oſtendendum eſt: in adiuncto autem, ſatis eſt ſi ineſſe oſtendatur. Difficillimum autem eſt ad refutãdum: ſiquidem paucæ admodum dantur reprehendi viæ. neq; enim illud in adiuncto ad ſignificatur, quomodo in re inſit. Itaq; aliorum quidem reprehendendi duplex ratio eſt, ſeu quod non inſint, ſeu quod non hoc modo inſint: adiunctũ autem aliter tolli non poteſt, quam ſi oſtendas nõ ineſſe. Locos igitur, qui tractando cuiq; problematum generi argumentorum copiam ſuppeditare poſſunt, quantum fere ſatis eſt, perſecuti ſumus.

Atque hoc recte præſtitiſſe oportet.] Hoc quoque, inquit, ratione concludere, ac demonſtrare oportet, finitione ea, quam probare volumus, rei naturam explicari, neque obſcurum quicquam, neque ſuperuacaneum in ea contineri. quibus efficiendis plures ſuperius tradidit locos. Hac igitur, ceteriſque de cauſis, quas expoſuimus, finitionem conſtituere difficillimum eſt. E ceteris autem problematis, maior eſt in confirmando proprio, quam in genere, aut in adiũcto, difficultas: quod ipſum tamen facilius eſt ad confirmandum, quam definitio. Ac proprium idcirco facilius reprehenditur, quam cetera, quia è pluribus conſtat, fereque coniunctim explicatur.

tur. Exempli causa, animal aptum ad ridendum, quod & proprie proprium est, vtpote cõiunctim explicatum. Addidit autem, fere, quia nonnunquam etiam vno nomine exponitur, vt proprium hominis, aptum ad ridendum. Difficile igitur est probare illud, quod coniunctim proponitur: multa enim concludenda, & ratione colligenda sunt. Primum quidem, quod proximum genus sumptum fuerit: tum quod animal aptum ad ridendũ, de sola homine dici queat, quodque cum eo reciprocetur. Omnium autem facillime probatur adiunctum. Satis enim est ad confirmationem, si, verbi causa, ostendas candorem inesse Socrati: quod solum in aliis non est satis. Difficillimum autem, inquit, est ad refutandum. Vnus enim tantum locus est, nempe si ostendas non inesse. Neque enim praeterea queri potest, insit ne, vt genus, aut vt proprium. Itaq; cum alia problemata duobus modis reprehendi queant, ob idque facilis sit eorum reprehensio, problemata de adiuncto, quibus labefactandis vna tantum proposita via est, difficillime refelluntur.

Hactenus Muretus.

Digitized by Google

M. ANT. MVRETI IN PLATONIS LIBRVM PRIMVM ET SECVNDVM DE REPVBLICA

Commentarius.

M. ANT.

Digitized by Google

M. ANT. MVRETI IN PRIMVM ET SECVNDVM LIBRVM PLATONIS DE REPVBLICA

Commentarius.

EXPOSVI paulo ante vtrorumque argumenta, & eorum qui existimant in his dialogis præcipuam quæstionem esse de Iustitia, & eorum qui de Rep. totam hanc disputationem institutam esse contendunt. Nunc q̃d vere de hac quæstione dici poßit breuiter explicabo. Mihi certe vtrique recte dicere videntur. Nam σκοπὸς est, & περὶ δικαιοσύνης, & περὶ πολιτείας. Non vt sint duo σκοποὶ. Sed vt hæc duo idem sint. Nam quod est ἐν μιᾷ ψυχῇ δικαιοσύνη, id in ciuitate talis πολιτεία. Nã & in politia tria genera respõdent tribus animæ partib. τὸ φυλακικὸν τῷ λόγῳ. τὸ ἐπικουρικὸν, ὡς πολεμοῦν, τῷ θυμῷ. τὸ θητικὸν τῷ ἐπιθυμητικῷ. Platoni videtur μίαν ἕξιν εἶναι τήν τε πόλιν κοσμοῦσαν, καὶ οἶκον, καὶ ἕκαστον. Et si hoc reprehenditur ab Aristotele principio Politicorum. Ergo & quilibet nostrum viuit πολιτικῶς ὑποκεκοσμημένος, & πόλις δικαίως ταχθεῖσα. Estque iustitia πολιτεία ψυχῆς

Digitized by Google

& πολιτεία, δικαιοσύνη πόλεως. Et qui de iustitia disserit, si de omni, disserit & de politia, & contra. Atque ipsum Platonem ita sentire constat ex illa ipsa comparatione lib. 2. non enim, vt ab vno in aliud, sed à paruis litteris ad maiores, quibus idem scriptum sit, Ergo hylè alia, sed εἶδος idē. Inde in Theæteto oportere. ἕκαστον βλέπειν εἰς τὴν ἐν ἑαυτῷ πολιτείαν καὶ τῷ ἀρίστῳ tradere τὴν ἀρχὴν αὐτῆς ἀλλ' οὐ τῷ φιλοχρημάτῳ. Et apud ipsum ἡ Σωφροσύνη χαρακτηρίζει moralem. nihil enim ita necessarium τοῖς παιδευομένοις ὡς τὸ Σωφρονεῖν. ἡ δὲ δικαιοσύνη, τὴν πολιτικὴν. nihil enim tam necessarium Rectori ciuitatis. ἡ ἀνδρεία τὴν καθαρτικὴν, καὶ ἡ φρόνησις τὴν θεωρητικήν. Non ergo duo σκοποί. sed vnicus. περὶ πολιτικῆς δικαιοσύνης, καὶ περὶ δικαίας πολιτείας. Et incipiendum quidem à iustitia, quæ est quasi πολιτεία in vno. desinendum autem in πολιτείαν, quæ est iustitia in multis. Ipse tamen inscripsit tantum περὶ πολιτείας, ὡς γνωριμωτέρας οὔσης, additum est à posterioribus. ἢ περὶ δικαίου. male vulgo πολιτειῶν. Hic enim vna tantum, quæ tamen recte dicitur πολιτεία πρώτη. Vt illa quæ in libris νόμων, δευτέρα. & tertia in Critia. Atque inde error.

Περὶ τοῦ εἴδους.

Ipse tertio horum librorum facit tria. διηγηματικὸν, μιμητικὸν, μικτὸν. Hi libri sunt ἐν μικτῷ. In parte εὐκρίνεια. in parte τὸ πρέπον mirabile.

Περὶ ὕλης. ★ ★ ★

Τόπος, id est, locus in quo hi sermones habiti esse dicuntur.

Digitized by Google

cuntur. Pyræus. quia loca maritima tumultuum plena sunt, vt & hic dicitur disputatum esse ἐειστικῶς. καὶ οὐκ ἀθορύβως de iusto. at hæc commemoratio pridianæ disputationis, & illa eiusdem epitome in Timæo. in ipso actu hæc displicent.

Tempus quo disputatum est. Bendidia. At hæc disputatio pridie Panathenæorum, & illa in Timæo in ipsis Panathenæis. Hic quoque ἀλληγορήζουσιν ἀκαίρως.

Πρόσωπα. Cephalus, Socrates, Polemarchus, Glauco, Adimantus, Thrasymachus. Lysias. Euthydemus. Niceratus. Clitophon. Charmantides. Sed detrahunt Cephalum. Vt sint 10. quot & libri, & hunc numerum esse eũdem cum quaternario, qui sacer est Mineruæ, & talia quæ somnia videntur. Marsilius etiam ineptius. Cephalum, quod sit caput disputationis. Polemarchum, quia primus pugnam aggreditur. Thrasymachum pugnatorem ferocem. Socratem seruatorem potentem. Si hæc nomina ficta essent. Vt Tharso, Gnatho Peniculus, Pyrgopolynices, fortasse aliquid diceretur. Tale est de numero librorum Homeri μῆρον. Ridetur à Plutarcho, & Longino περὶ ὕψους. Philistus quod in nomine Niciæ argutus videri voluerat. Et quod dixerat mutilatis Hermis, Athenienses ab Hermocrate Hermonis filio multa mala accepisse. Longinus addit potuisse eum de Dionysio Tyranno ita ludere, quem diis & Heraclide de Tyrannide deturbarunt. Nam Plautus non illepide in Bacch. Adeon' me fuisse

Digitized by Google

fungum, vt illi crederem, cum mihi ipsum nomen eius Archidemides clamaret dempturum esse, si quid crederem? Sed in seriis talia omnia ridicula sunt, & frigida in iocando non illepida. Vt Cicero Pollex non Index, & Verres. & libertum furacem Tollium pro Tullio. & Biberius Caldius Mero, & similia.



SVM-

Digitized by Google

SVMMA LIBRI PRIMI.

I.

IVstitia est ne verum dicere, & suum cuiq; reddere? Certe iustitiæ fundamentũ est fides, &c. Sed tamen vera dicens, & suum reddens potest aliquis iniuste facere.

II. Num amicis prodesse inimicos lædere? hoc enim est τὸ πρόσηκον ἑκάστῳ.

III. Sed euenire potest, vt virum bonum existimemus & amemus; qui non sit, & contra. Deinde virtus, οὐδένα βλάπτει. Tum Thrasymachus, iustum, quod vtile est potentiori. Non robustiori.

IV. Tria genera πολιτικῶν. Vnaquæq; πολιτεία, statuit leges πρὸς τὸ ὠφελίμων ἑαυτῇ. & hoc sensu, &c.

V. At possunt falli in condendis legibus, & imperare, quod sibi vtile non est, & tunc iustum erit illud facere.

VI. Is qui peccat, quatenus peccat, non est χρείττων. vt nec artifex, saltem τῷ ἀκριβεῖ λόγῳ. Itaq; vt ditimus salubre esse, quod medicus præscripserit, sed non medicus errans, ita, &c.

VII. Omnis ars imperat vt in Lyside, etiam refertur ad aliquam vtilitatem. Per se autem nunquam respicit vtilitatem suam, aut artificis, sed aliorum. Artificis autem non nisi quatenus est χρηματιστικὴ, aut κατὰ συμβεβηκὸς, vt cum medicus ægrotat.

VIII. Thra-

Digitized by Google

VIII. Thrasymachus affert similitudinem pastorum; deinde abire vult.

IX. Retinetur à Socrate, qui docet verum pastorem τῷ ἀκριβεῖ λόγῳ spectare tantum vtilitatem ouium.

X. Deinde docet omnem imperantem procurare vtilitatem alienam, alioqui non posceret mercedem.

XI. Merces imperantium in ciuitate, est aut pecunia, aut honor, aut effugere ne deterior imperet. Et hæc est quam maxime sequuntur boni viri. Itaque si ciuitas esset tota ex bonis viris, ἀστεισμάχητον, &c.

XII. Thrasymachus dixerat, Iniustitiam esse vtiliorem, fortiorem, fœliciorem; Omnia refutat Socrates.

XIII. Non est vtilior, nam prudentia quidem vtilis est. Imprudentia autem damnosa. Iustitia autem similis est prudentiæ & scientiæ, Iniustitia vero τῆς ἀμαθίας. Sciens cum sciente semper concordat, ab imperito autem dissentit. Imperitus & à sciente, & ab alio imperito.

XIV. Non est fortior, nam nihil potest sine iustitia.

XV. Non felicior. Nam fœlicitas est εὐζωΐα.

M. ANT.

Digitized by Google

M. ANT. MVRETI IN PRIMVM LIBRVM PLATONIS DE REPVBLICA COMMENTARIVS.

Κατέβλω χθὲς εἰς Πειραιᾶα] *Tota hæc disputatio, siue* de Republica, *siue* de Iustitia, *quæ his decem libris explicatur, habita fingitur in Piræeo, in ædibus Cephali. Primum igitur Socratem exponentem facit, qua causa adductus in Piræum venerit. Narrat autem hæc Socrates Timæo, Critiæ, Hermocrati, & quarto cuidam, cuius nomen ignoratur: vt constat ex principio Timæi.*

Κατέβλω χθὲς] *vide quæ notaui ex Dionys. Halicarnas. lib. 18. var. lect. cap. 8.*

Εἰς Πειραιᾶα] In Piræum. *Cicero, cum aliquando ad Atticum scribens, ita epistolam exorsus esset,* In Piræea cum exissem, *notatus est ab Attico, quod cum Piræeus nomẽ oppidi sit, addidisset particulam* In, *debuisse enim potius ita scribere,* Piræea cũ exissem, *& certe ita locuti sunt interdum optimi scriptores. Liuius lib. 38.* Athenis paucos moratus dies, dum Piræum ab Epheso naues venirent. *Ser. Sulpicius in epistola ad Ciceronem.* Cum ab Epidauro Piræum naui aduectus essem. *Sed Cicero ita re-*

futat

Digitized by Google

futat reprahensionem Attici. Venio ad Piræea, in quo magis reprehendendus sum, quod homo R. Piræea scripserim, non Piræeum: sic enim omnes nostri locuti sunt, quã quod (*In*) addiderim. non enim hoc, vt oppido præposui, sed vt loco, & tamen Dionysius noster, & qui est nobiscum, Nicias Cous, non rebatur oppidum esse Piræea. Sed de re videro, nostrũ quidem si est peccatum, in eo est, quod non, vt de oppido locutus sum, sed vt de loco, secutusque sum, non dico Cæcilium, (Mane, vt ex portu in Piræeum) malus enim auctor latinitatis est. Sed Terentium, cuius fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur à Caio Lælio scribi. (Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræeum) & idem, (Mercator hoc addebat captam à Sunio) quod si δήμους oppida volumus esse, tam est oppidum (Sunium) quã (Piræeus) *Hæc Cicero. Erat autem* Piræus, *aut* Piræeus *portus regionis Atticæ, & pagus (ita enim Interpretor δῆμον) tribus Hippothoontidos, vt ait Stephanus de Vrbibus. Ibi nauale extruxerat Themistocles, vt est apud Pausaniam principio Atticorum.*

Μετὰ γλαύκωνος τοῦ Ἀρίστωνος] *Sibi hoc studio habuit Plato, vt amicorum nomina per occasionem scriptis suis insereret, eorumque hoc modo memoriam propagaret. Ita hic & sæpe alibi patrem suum Aristonem, & fratres germanos Glauconem, & Adimantum*

Digitized by Google

tum nominat : Hos quidem, etiam in Parmenide sub principium, vbi & vitricum Pyrilampen, & fratrem vterinum Antiphontem, cuius etiam mentio est in Gorgia. Omnibus denique propinquis, ac familiaribus suis studiose, ac libenter hunc honorem impertiebat, vt non temere suspicati sint veteres, cum Xenophontem nusquam nominauerit, aliquid inter eos simultatis fuisse. Se quidem ipsum raro admodum nominat, vt sub principium Phædonis. Πλάτων δὲ οἶμαι ἠσθένει. *& in Apologia,* ὁ δὲ δὲ Ἀδείμαντος, ὁ ἀρίστωνος οὗ ἀδελφὸς οὗτοσὶ Πλάτων.

Προσευχόμενος τῇ θεῷ καὶ ἅμα] *Duas causas ponit suæ in Piræeum profectionis, pietatem, ac religionem, & studium spectandi. Vtraque autem philosopho conuenit. Nam & vera philosophia, ab omni pietate, ac cōtemptu diuini numinis remotissima est : & sunt Philosophi natura, vt* φιλήκοοι, *ita etiam certo quodam modo* φιλοθεάμονες, *vt quinto horum librorum docetur. Iam vero quasi aliud agens purgat Socratē, ab eo, quod maximam ei inuidiam conflauerat: male enim in vulgus audiebat, quod qui dij publice colerentur, eos ipse non coleret : sed alia quædam numina induceret. Itaque accusationis eius summa hæc fuit,* ἀδικεῖ σωκράτης οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσφέρων. *Quod Xenophon ita eum refutantem facit, vt dicat, se in festis publicis, ad aras publicas eadem sacra facere solitum, quæ à cæteris ciuibus fierēt. Id quod ex hoc quoque loco perspicitur. Veteres autem,*

hoc

hoc in magna sapientiæ parte ponebant, quæ publice susceptæ religio esset, in ea permanere, neque velle in eo, aut maiorum auctoritatem contemnere, aut à cæteris ciuibus dissidere. Pythagori tribuitur illud.

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς νόμῳ, ὡς διάκειται,
Τίμα, &c.

Illud autem νόμῳ valet, κατὰ τὰ πάτρια, & oraculo responsum traditur, cum quæsitum esset, quæ optima diuini numinis colendi ratio esset,

νόμῳ δ' ὁ παλαιὸς ἄριστος.

Rectè enim ab hoc ipso in Epinomide scriptum est, exitiosam esse ciuitatibus religionis immutationem. Atq; eo pertinet, quod à Cicerone in secundo de legibus ponitur. Separatim nemo habessit Deos, neue nouos, sed ne aduenas, nisi publice adscitos, priuatim colunto. *Sed & illud obseruatione dignum est, Idcirco huius disputationis occasionem, à numinis cultu, & veneratione duci, quod Deus omnium rerum principio inuocandus est, Quod & in Timæo facere monemur, his verbis:* Ἀλλ' ὦ Σώκρατες τοῦτό γε δὴ πάντες ὅσοι καὶ καταβεβηχὺ σοφροσύνης μετέχουσιν, ὅτι πάσῃ ὁρμῇ καὶ σμικρῷ, καὶ μεγάλῳ πράγματος θεὸν ἀεὶ παρακαλοῦσιν. *& apud Xenophontem in œconomico, iubet Socrates,* σὺν τοῖς θεοῖς ἄρχεσθαι παντὸς ἔργου, *& Cyrus primo παιδείας, ita se facere solitum ait,* πολλὰ γάρ μοι συνόντες ὁρᾶσθαι, οὐ μόνον τὰ μεγάλα, ἀλλὰ καὶ τὰ μικρὰ πειρώμενον ἀπὸ θεῶν ὁρμᾶσθαι ἀεί.

Προσδεχόμενος] *Verbum proprium in Veneratione ac cultu deorum. Sic in Alcibiade secundo.* Ὦ Ἀλκιβιάδη ἄρα γε

Digitized by Google

δη ἄρα γε πρὸς τὸν θεὸν προσευχόμενος πορεύῃ; *Inde* προσευχὰς *vocabant preces ipsas, quibus vtebantur ad Deos, aut etiam, (sed posterioribus sæculis) loca ipsa ad preces diis fundendas instituta Philo aduersus Gaium,* ἠπίστατο γοῦν καὶ προσευχὰς ἔχοντας καὶ συνιόντας εἰς αὐτὰς, καὶ μάλιστα ταῖς ἱεραῖς ἑβδόμαις. *Idem* προσευχὰς ὅσας μὴ δυνήθησαν ἐμπρήσεσι, καὶ κατασκαφαῖς ἀφανίσαι, ἕτερον τρόπον ἐλυμήναντο, *Ad quarum vestibula, quia conueniebant mendici, stipis colligendæ causa, factum vt* proseuche *nomen in contemptum abierit. Cleomedes.* Τὰ δὲ ἐπὶ μέσης προσευχῆς, καὶ τοῦ ἐπ' αὐτῆς προσαιτούντων ἰουδαϊκά τινα, καὶ παρακεχαραγμένα. *& eodem sensu dictum à Iuuenale.*

In qua te quæro Proseucha?

Τῇ θεῷ] Bendin *Deam dicit, non vt Marsilius falso opinatus est,* Pallada, *& eius festa* Βενδίδεια, *quæ tum primum è Thracia allata erant. Celebrabantur autem hæc festa vicesima die Mensis Thargelionis, qui putatur esse Aprilis, in Piræeo biduo antequam agerentur minora Panathenæa, Vt testatur Proculus libro primo commentariorum in Timæum, qui etiam huius rei, cum alios laudat auctores, tum Aristotelem Rhodium.* Bendin *sane. Vt Barbaricam quandam Deam nominat & Lucianus in Ioue Tragœdo. Idem autem Proculus in commentario in hunc librum ait,* Bendin *Thracum lingua vocari,* Liberam siue Dianam: *citatq; ad eam rem versum Orphei.*

Πλουτώνη τε καὶ εὐφροσύνη, Βένδιστε κραταία.

Sed & apud Hesychium ita legimus. Βένδις, ἡ ἄρτεμις,

Digitized by Google

θρακιστί. παρὰ δὲ ἀθυναίοις ἑορτὴ βενδίδεια. *Idem ostendit & S. Athanasius, cuius hæc verba sunt, ex libro primo contra gentiles.* Ille ipse, qui apud eos sapientiæ gloria excelluit cæteris, quippe de Deo veraciter plurima in libris suis prosecutus, Plato, cum Socrate descendit in Piræeum, effictam hominis arte Dianam adoraturus. *Horum sacrorum meminit & Strabo, aitque ea sacrorum Cybeles similia fuisse.* Τούτοις δὲ ἔοικε καὶ τὰ παρὰ τοῖς θραξὶ τάτε κοτύπια, καὶ τὰ βενδίδεια. *vbi vulgo corrupte legitur* μενδίδεια. *Et paulo post:* ἀθηναῖοι δὲ ὥσπερ περὶ τὰ ἄλλα φιλοξενοῦντες διατελοῦσιν, οὕτω καὶ περὶ τοὺς θεοὺς. πολλὰ γὰρ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παρεδέξαντο, ὥστε καὶ ἐκωμωδήθησαν. καὶ δὴ καὶ τὰ θράκια, καὶ τὰ φρύγια. τῶν μὲν γὰρ βενδιδείων πλάτων μέμνηται. τῶν δὲ φρυγίων δημοσθένης. *Meminit autem Bendidiorum Plato nominatim ad finem huius libri.*

Ἅτε νῦν πρῶτον ἄγοντες] *Demetrius* περὶ ἑρμηνείας, *hoc exemplo vtitur, vt ostendat, qualem esse oporteat* periodum dialogicam. Διαλογικὴ δέ ἐστιν, *inquit,* ἡ περίοδος ἡ ἔτι μᾶλλον ἀνειμένη, καὶ ἁπλουστέρα τῆς ἱστορικῆς, καὶ μόλις ἐμφαίνουσα ὅτι περίοδός ἐστιν, ὥσπερ ἡ τοιάδε. Κατέβην χθὲς εἰς τὸν πειραῖα, μέχρι οὗ, ἅτε νῦν πρῶτον ἄγοντες. ἅτε *est*, vt, aut, quippe, *Quare male Ficinus,* quæ tunc primum agebant.

Οὐ μὲν τοι ἥττων] *lego* ἥττον.

Πομπὴ] *Comitatus, quasiq; factio adolescentum Atheniensium, qui ad solemne illud celebrandum, atque ornandum publice missi erant.*

Οἱ

Οἱ θράκες] *à quibus sacra illa, vt diximus accepta erant: quæ etiam Thracio ritu agebantur. Est autem Atticum* πέμπειν πομπὴν, *vt* λέγειν λόγον, *& similia. Marsilius in hac periodo omisit* μὲν, *&* καὶ, *& inelegãter vertit*, quã Thraces mittebant, *neq; enim* πέμπειν πομπὴν, *latine dicitur*, pompã mittere, *sed potius*, pompã ducere. *Ego simpliciter dixissem*, pompam Thracum.

Προσευξάμενοι δὲ καὶ θεωρήσαντες] *Earum enim duarum rerum causa, vt dictum est, venerat.*

Ἀπῆμεν πρὸς τὸ ἄστυ] *Ita vocabant Athenas. Terent. An in astu venit? vtitur hac voce, & Cicer. in li. de legib.*

Κατιδὼν οὖν πόῤῥωθεν ἡμᾶς οἴκαδε, &c.] *Hic Cephalus Rhetor genere Syracusanus, aut, vt alij, Thurius fuit, sed Athenas commigrarat Periclis hortatu, cuius hospitio vtebatur, filios habuit Polemarchum, Euthydemum, (qui à Plutarcho in vita Lysiæ corrupto à librariis nomine* Eudemus *vocatur) Brachyllum, & oratorem clarissimum Lysiam. Auctores his rebus sunt Halicarnasseus, & Plutarchus in vita Lysiæ, sed & Lysias ipse ita scribit in oratione aduersus Eratosthenem.* Οὐμὸς πατὴρ κέφαλος ἐπείσθη μὲν ὑπὸ περικλέους ἐς ταυτὴν τὴν γῆν ἀφικέσθαι, ἔτη δὲ τριάκοντα ᾤκισε. *Polemarchus autem de quo hic agitur à triginta Tyrannis, quos Lacedæmonij Athenis imposuerant, indicta causa, cicutam bibere coactus est. Lysias in ea quam modo citaui oratione* πολεμάρχῳ δὲ παρήγγειλαν, οἱ τριάκοντα τὸ ἐπ' ἐκείνων ἐειθισμένον, παράγγελμα, πίνειν κώνειον, πρὶν τὴν αἰτίαν εἰπεῖν, δι' ἣν τινα ἔμελλεν ἀπο-

θανεῖσθαι. *Lysias autem octingenta scuta dedit iis, qui ad triginta expellendos conuenerant. Quæ res magno ad historiam adiumento fuit. Cum autem postea mille drachmis à populo multatus esset,* Morte, *inquit,* potius multandus eram, qui tam ingratos â Tyrannide liberarim. *Omnium Rhetorum habitus est vir optimus. Tzetzes Chiliad. 6. Histor. 34.*

Καί μου ὄπισθεν ὁ παῖς λαβόμενος, τοῦ ἱματίου] *Simile loquendi genus in parmenide,* καί μου λαβόμενος τῆς χειρὸς, ὁ Ἀδείμαντος, *& principio quinti horum librorum,* ὁ δὲ πολέμαρχος ἐκτείνας τὴν χεῖρα, καὶ λαβόμενος τοῦ ἱματίου ἄνωθεν αὐτοῦ παρὰ τὸν ὦμον.

Καὶ Νικίου] *Nicias hic Nicerati F. dux Atheniensium fuit in bello Peloponnesiaco. Videndus de eo Thucydides, & Plutarchus in ipsius vita, filium habuit eodem nomine quo patrem, cuius etiam mentio fit in Lachete extremo, vbi Nicias ipse loquens inducitur.* Κἂν ἐγὼ τὸν Νικήρατον τούτῳ ἥδιστα, ἐπιτρέποιμι, εἰ ἐθέλοι οὗτος.

Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγὼ] *Nempe, enim vero, &c.*

Οὐκοῦν ἦν δ' ἐγὼ] *Reprehendit eam distinctionem, qua vsus erat Polemarchus, vt non* αὐτοτελῆ, *restare enim etiam vnum, quod ipse addit.*

Λαμπας] *Certaminis genus hoc apud Athenienses fuit, quod* λαμπαδουχίαν, *&* λαμπαδοδρομίαν *vocabant. faces accendebant ex ara, easque manibus gestantes currebant, quam poterant longissime, & incitatissime. Quorum faces extinctæ erant, quiue in cursu defecerant, quiue seriusad destinatum locum peruenerant,*

Digitized by Google

nerant, pro victis habebantur. Meminit Pausanias in Atticis. Certare autem solebant hoc modo in sacris Promothei, qui ferula correptum ignem, ne extingueretur, agitans, è cœlo ad homines detulisse putabatur. Item in sacris Vulcani, quod is deus igni præest. Et in sacris Mineruæ, cui tribuebant curam, & inuentionem artium. Artes autem omnes indiget igne. Vnde est apud Æschylum παντέχνου πυρὸς σέλας. Auctor Scholiastes Aristophanis βατράχοις, Sed & Plato in Politico, homines, cũ prius ferarum more viuerent ait accepisse πῦρ μὲν παρὰ προμηθέως, τέχνας δὲ παρ' ἡφαίστου, καὶ τῆς συντέχνου. Qui autem curriculum suum confecerant, ordine aliis lampadas tradebant. Vnde illud elegantissime dictum à Platone lib. 6. de legibus γιγνῶντάς τε καὶ ἐκτρέφοντας παῖδας, καθάπερ λαμπάδα τὸν βίον παραδιδόντας ἄλλοις ἐξ ἄλλων, quem locum ita expressit Lucret. lib. 11.

sic rerum summa nouatur
Semper, & inter se mortales mutua viuunt.
Augescunt aliæ gentes, aliæ minuuntur:
Inque breui spatio mutantur secla animantum
Et quasi cursores vitai lampada tradunt.

Sed cur & in Dianæ sacris, vt ita certaretur, institutum est? An quia Diana eadem est & luna, quæ noctu quasi facem hominibus præfert, vnde eam νυκτιλαμπῆ vocarunt, id est, vt Horatius, Noctilucam? An quia maturos partus educit, vitæque, ac lucũ hominibus auctor est? Ex eo enim illam, Orpheus quidem, & Euripides, & alij, φωσφόρον, seu φαισφόρον, Latini autem

Digitized by Google

Dianam luciferam, *vt Cicero, de diuinatione, aut* Iunonem lucinam *vocabant.* Catullus.

Tu lucina dolentibus,
Iuno dicta puerperis.

Horatius,

Tu laborantes vtero puellas,
Ter vocata audis, &c. *& alibi.*
Rite maturos aperire partus,
Lenis Ilithya tuere matres.

Lucem *enim, &* lumen *pro vita dicebāt. Lucretius.*

Lumina sis oculis etiam bonus Ancus reliquit.

Virgilius, *nunc cassum lumine lugent.*

Itaq; ad Dianam quoq; Aricinam cum facibus ardentibus mulieres olim ex hac vrbe currebant. Ouidius.

Sæpe potens voti frontem redimita coronis
Fœmina lucentes portat ab vrbe faces.

Propertius:

Cum videt accensis deuotam currere tædis.
In nemus & triuiæ lumina ferre Deæ.

Cur autem huic potissimum Dea ex equis? An quod ipsa quoque equis per cœlum vehitur? Ouidius.

Altaque rorantes luna regebat equos. *Propertius:*

Quamuis labentes premeret mihi somnus ocellos.
Et Mediis cœlo luna ruberet equis.

Eorum autem equorum album esse vnum dicebant, alterum nigrum: quod luna & interdiu conspiciatur & noctu. Vt apud Theonem in Commentariis in Aratum relatum est. Alij Mulos lunæ tribuunt, vt est apud Festum:

Digitized by Google

stum: alij Iuuencos. Isis enim & luna eadem est. Isis autem in Iuuencam mutata est. Auienus Ruffus.

Et quæ noctiuagos attollit luna Iuuencos.

Videntur autem Athenienses non tantum in Dianæ, seu Proserpinæ, sed & in Cereris sacris λαμπαδοφορίαν adhibuisse, Idque aperte significat Statius lib. 4. Syluarum his versibus.

Tuq; Actea Ceres, cursu cui semper anhelo
Votiuam taciti quassamus lampada mistæ.

Παννυχίδα] Peruigilium *hoc latini, aut* peruigilationem *dicunt, vt Cicero de legibus. Hoc ideo Cereri institutum, quia peruigilauit, dum raptã Proserpinam quæreret, accensas pinus manibus gerens: Proserpinæ autem siue Dianæ, vel ob eandem causam, vel quia totam noctem peruigilat, & hominibus lucet. Est enim, vt diximus, eadem* luna.

Καὶ μὴ ἄλλως ποιεῖτε] *Sic paulo infra.* μὴ οὖν ἄλλως ποίει, ἀλλὰ τοῖς δὲ τοῖς νεαν, *&c. & rursus* μὴ οὖν ἄλλως ποίει. *& paulo post,* καὶ οἱ ἄλλοι ἐδέοντο αὐτοῦ μὴ ἄλλως ποιεῖν.

Η μὲν οὖν οἴκαδε εἰς τοῦ Πολεμάρχου, *&c.*] τὸν Λειστωνύμου. *Lysiam quidem & Euthydemum, Polemarchi fratres esse iam dixi, & pro Euthydemo Eudemum apud Plutarchũ corrupte legi. Thrasymachus autem Sophista, id est,* dicendi magister *ex Chalcedone, Bithyniæ vrbe oriundus fuit, Gorgiæ, & Prodici æqualis.* Primus arte verba iunxisse traditur, *ait in Oratore Cicero, aut, vt Suidas, Periodon, & colon inuenisse. stulte ait Suidas eum Platonis, & Isocratis*

discipulum fuisse: cum vtroque antiquior fuerit. Philostratus oratorem, non Sophistam fuisse ait. De Charmantida, nihil alibi memini legere. Clytophon autem Aristonymi filius Thrasimachi sectator, ac familiaris fuit, cuius ex nomine inscriptus extat Dialogus Platonis. Huius Pater Aristonymus, Platonis sodalis, quem & Plato in Arcadiam Reipublicæ constituendæ causa misisse dicitur. Auctor Plutarchus aduersus Coloten.

Μάλα πρεσβύτης] *Sic in Euthyphrone* Πολλῦ γε δεῖ πετέσθαι. ὅς γε δὴ τυγχάνει ὢν εὖ μάλα πρεσβύτης, *& in Parmenide*: τὸν μὲν οὖν Παρμενίδην εὖ μάλα ἤδη πρεσβύτην ἔτι. Σφόδρα πολιὸν, καλὸν δὲ, κ' ἀγαθὸν τὴν ὄψιν.

Διὰ χρόνου] *Sic principio Hippiæ maioris.* Ἱππίας ὁ καλός τε, καὶ σοφὸς. ὡς διὰ χρόνου ἡμῖν κατῆρας εἰς τὰς Ἀθήνας.

Ἐστεφανωμένος] *Coronati sacrificabant, quod & ex antiquis marmoribus videre est. Philo aduersus Caium.* οὐδὲν γοῦν ἦν ἰδεῖν ἕτερον κατὰ πόλεις, ἢ βωμοὺς, ἱερεῖα, θυσίας, λευχειμονοῦντας, ἐστεφανωμένους, φαιδρους. *Plutarchus in Nicia.* λέγεται γὰρ ποτε ἐκκλησίας οὔσης, τὸν μὲν δῆμον καθήμενον ἄνω παραμένειν πολὺν χρόνον, ὀψὲ δὲ εἰσελθεῖν ἐκεῖνον ἐστεφανωμένον, καὶ παρακαλεῖν ὑπερθέσθαι τὴν ἐκκλησίαν ἐς ἄυριον. ἀσχολοῦμαι γὰρ, ἔφη, σήμερον, ἑστιᾷν μέλλων ξένους, καὶ τεθυκὼς τοῖς θεοῖς. *Sed & dij ipsi coronis redimiebantur. Plautus itaque, in Aulularia ita larem familiarem loquentem facit.*

Huic

Digitized by Google

Huic filia vna est: ea mihi cottidie,
Aut thure, aut vino, aut aliqui semper supplicat,
Dat mihi coronas.

Et in eadem fabula senex.

Nunc tusculum emi, & hasce coronas floreas.
Hæc imponentur in foco nostro lari,
Vt fortunatas faciat natæ nuptias.

Coronabantur & victimæ. Virgilius.

Iamq; dies infanda aderat: mihi sacra parari,
Et salsæ fruges, & circum tempora vittæ.

Tertullianus de Corona militis. Ipsæ denique fores, ipsæ Hostiæ, & aræ. Ipsi ministri & sacerdotes eorum coronantur. *Plato in Lyside. De ipso autem lyside loquitur, qui paullo ante sacrificauerat.* καὶ εἱστήκει ἐν τοῖς παισί τε καὶ νεανίσκοις ἐστεφανωμένος καὶ τὴν ὄψιν διαφέρων. *Sed & animalia certis quibusdam festis coronabantur. Vt Ambarualibus boues. Tibullus lib. 1.*

Nunc ad præsepia debent,
Plena coronato stare boues capite.

Coronabantur autem qui sacra faciebant, vt se quoque diis sacros esse ostenderent. Itaque eos violare nefas habebatur. Vnde illa apud Aristophanē Carionis παῤῥησία.

Οὐ γὰρ μὲ τυπτήσεις στέφανον ἔχον τάγε.

Et ob eam causam qui supplicandi aut pacis petendæ causa veniebant ad hostes, coronis, aut infulis Deorum velabant manus, ne à quoquam attingerentur. Tertullianus. Apud Veteres Coronarij supplices e-

rant, *Sic apud Homerum Chryses pro filia supplicaturus, ad Græcos venit.*

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὸν ἑκηβόλου ἀπόλλωνος.

Plautus in Amphitr.

Postridie in castra ex vrbe ad nos veniunt flentes (Principes)
Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum.

Velatis, *id est*, ἐστεμμέναις. *Nam & στέφειν est* velare. *Homerus.*

Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει.

Id est, ornato. *Virgilius.*

Nos templa Deum, miseri quibus vltimus esset,
Ille dies festa velamus fronde per vrbem.

Vnde velamenta, *Deorum coronæ & infulæ, ceteraque ornamenta & insignia. Cæsar lib. 11. Commentariorum de Bello Ciuili, De Massiliensibus loquens.* Inermes cum Infulis sese porta foras vniuersi proripiunt: ad legatos atque exercitum, supplices manus tendunt. *Proprie autem in supplicando prætendebant manu ramum oleæ alba lana velatum, atque inuolutum. Et inde est apud Euripidem in supplicibus.*

Ἰκτὴρ θαλλῷ προσπιτνοῦσ' ἐμὸν γόνυ.

Et apud Virgilium.

Prætenditq; manu ramum fœlicis oliuæ.

Plutarchus in Theseo. ἦν δὲ ἡ ἱκετηρία κλάδος ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἐλαίας ἐρίῳ λευκῷ κατεστεμμένος. *Aristoteles in conuiuio, vt quidem, eum citat Athenæus, lib. 13. ob eam*

causam

causam institutum esse tradit, vt & victimæ, & qui eas immolabant, coronarentur, quod nihil mancum, aut mutilum diis offerri fas sit: sed perfecta, & integra omnia. Plenum autem, quod est, id & perfectum est. At implere *&* coronare *pro eodem ponuntur. Homerus.*

Κῦρι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο.

Sed plura alias. Nunc cetera persequamur.

Δίφρου] *Genus sedis est, minus superbum ac magnificum Throno, & clismo; vt notat Athenæus lib 5. Itaque Odissea 19. Eurynome Penelopes iussu, Vlixi, qui tum domi suæ pro mendico habebatur, affert.*

Δίφρον εὐξέστον, καὶ ἐπ' αὐτῷ κῶας ἔβαλλεν,

Vt in eo sedens cibum capiat.

Ἐν τῇ αὐλῇ] Αὐλὴν *qui* atrium *vertunt, faciunt imperite. atriis enim Græcos vti, diserte ait Vitruuius cap. 10. lib. 6. Porticus erat in interiori parte ædium sub dio, soli & vento exposita. Ibi ergo rem diuinam fecerat Cephalus; videtur autem Cicero hunc locum adumbrasse, in libris de Oratore his verbis.* Tum Crassum pluuinos poposcisse, & omnes in iis sedibus, quæ erant sub platano, consedisse dicebat.

Ὦ Σώκρατες θαμίζεις ἡμῖν] *Ne ventitas quidem ad nos, ne domum quidem nostrum frequentas. non sæpe nobis facis copiam tui.*

Εὖ δὺς] *Ex hoc intelligi poterat, Cephalum, ea quæ tum dicebat, vere, atque ex animo dicere. Nam in iis quæ repente, & subito quodam impetu fiunt, simulatio locum habere vix potest.*

Ἀπα-

Digitized by Google

Ἠσπάζετό τε] Ασπάζεσθαι, *non tantum est* salutare, *quanquam id quoque, sed amplexari, & ita excipere, vt amoris significatio eluceat.* σπάσαι *aut* σπάσασθαι, *est*, trahere (*vnde. Spado, Spasmus, Spatha*) *Homerus.*

Ἦ ῥα κ᾽ ἐκ χειρὸς χεῖρα σπάσεν Αντινόοιο.

Ασπάζεσθαι *igitur ita amplexari, vt vix auelli, atque abstrahi posse videari, vt vix auelli, atque abstrahi posse videaris.*

Ὦ σώκρατες] *Habet & hæc proprij nominis appellatio blandum & φιλικὸν quiddam, in eo præsertim, quem longo interuallo videas. significat enim, eum tibi in animo hæsisse, vt contra ait Aristoteles, 2. Rhetoricorum eos, qui alieno nomine appellentur, ægre ferre solitos. Est enim argumentum* ὀλιγωρίας. *Itaque olim candidati in hac vrbe, ne quem in eo genere offenderent,* nomenclatoribus *vtebantur. Donatus ad finem Phormionis ait, hoc potētiorum erga inferiores blandimentum fuisse.*

Δεῦρο ἰέναι] *Bis eadem clausula prope continenter vsus est, vt non elaborata esse, sed sponte fluere videatur oratio, qualis Dialogos decet.*

Φίλους τε, καὶ πάνυ οἰκείους] *Præclare imitatus est M. Cicero hunc locum in libro de senectute, vbi Catonem ita loquentem facit.* Ego vero propter sermonis delectationem, tempestiuis conuiuiis delector: nec cum æqualibus solum, sed cum vestra etiam ætate, atque vobiscum: habeoque senectuti magnam gratiam, quæ mihi sermonis

Digitized by Google

nis auiditatem auxit, potionis, & cibi sustulit. *Voluptates igitur corporis minores sunt, in senibus: requirunt enim magnam abundantiam caloris, ac spiritum: quæ esse in senectute non potest. Ideoque recte Horatius ep. ad pis.*

Multa ferunt anni venientes commoda secum.
Multa recedentes adimunt,

Et alibi:

Singula de nobis anni prædantur euntes,
Eripuere Iocos, Venerem, conuiuia, ludos.

Et Maro.

Omnia fert ætas, animum quoque.

Multis etiam rebus propter nouitatem, oblectantur adolescentes, quæ senibus veteres, atq; vsitatæ, & sunt, & videntur. Vnde anus illa Terentiana. Mihi iam, *inquit*, istæc res, nihil voluptatis ferunt. *Multarum etiam rerum, quibus iuuenilis ætas capitur, senes quanta sit leuitas, atque inanitas, vident; quoque sibi minus temporis superesse intelligunt, eo maiorem illius rationem ducunt, idque melius, & vtilius collocare conantur. At quæ voluptates animi propriæ sunt, quales sunt, quæ ex recordatione, ac commemoratione recte factorum, ex honestis colloquiis, è magnarum rerum contemplatione, ac tractatione capiuntur, eæ multo à senibus maiores, multoque puriores, ac liquidiores sentiuntur. Nec iniuria. Vt enim, quia in Iuuenibus corpus viget, animus imbecillus est, ideo magis eos afficiunt, corporis voluptates: sic in senibus, quorum corpus, vt ait vetus poëta,* flaccet annis, *mens autem & consilium*

viget,

viget, mirum non est voluptates corporis, vt hic Plato loquitur, deflorescere: eas autem quæ eius partis sunt, qua ipsi plus valent, crescere quotidie, & intendi. Sed videte, quam apto & apposito verbo, de corporeis voluptatibus vsus sit Plato, cum eas dixit ἀπομαραίνεσθαι: quo verbo, in flosculis, qui celeriter decidunt, ac dissipantur, quorumque suauitas puncto temporis deperit, vti solemus. Theocritus.

Καὶ τὸ ῥόδον Καλόν ἐστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει
Καὶ τὸ ἰόν καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι, καὶ ταχὺ γηρᾷ.
Λευκὸν τὸ κρίνον ἐστὶ, μαραίνεται ἀνίκα πίπτει.

Philodemus in epigrammatis.

Μῆλον ἐγὼ, βάλλει με φιλῶν σέ τις. ἀλλ' ἐπίνευσον
Ξανθίππη, κ' ἀγὼ καὶ σύ' μαραινόμεθα.

Cicero pro Cælio. Amores autem, & hæ deliciæ, quę firmiore animo præditis diutius molestæ non solent esse; (maturi enim, & celeriter deflorescunt) nunquam hunc occupatum, impeditumque tenuerunt. *Catullus.*

Idem cum tenui carptus defloruit vngui.

Πυνθάνεσθαι] *discere, audire.*

Ἂν πιθοίμην] *audierim. Est enim auditus, sensus disciplinæ. Marsilius hic legere videtur,* Σφόδρα χαίρω διαλεγόμενος τοῖς πρεσβύταις. *quod fortasse rectum est; neque enim potest Socrates eum dicere* Σφόδρα πρεσβύτην, *quem paulo post ait esse* ἐπὶ γήρας οὐδῷ. *Non enim significat eum esse morti proximum: ne molestus sit homini amico, eique male ominetur. sed omittit illud* ὥσπερ, *in quo peccat, ne illud quidem satis cum fide,* ποία

τίς

τίς ἐστι, τραχεῖα καὶ χαλεπὴ, ἢ ῥᾳδία καὶ εὔπορος. *Ita enim vertit*, quam aspera, & difficilis, vel quam facilis sit, & peruia. *Ego ita reddo*. qualis sit, aspera, & difficilis, an facilis & commoda. *Atque hunc locum, ita expressit Cicero in Catone maiere.* Volumus sane, nisi molestum est tibi Cato, tanquam aliquam viam longam confeceris, qua nobis quoq; ingrediendum sit, istuc quo peruenisti, videre quale sit.

Τοῖς πρεσβύταις] *Notandum est, quod ait Socrates, se valde gaudere sermonibus senum. Canos enim prudentia plerumque comitatur. Sophocles.*

Γῆρας διδάσκει πάντα, καὶ χρόνου τριβή.

Senecta, & vsus cuncta mortales docent.

Euripides.

Ὦ τέκνον, οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακά.
Ἐτεόκλεες πρόσεστιν, ἀλλ' ἡ μπειρία.
Ἔχει τι θεῖξαι τῶν νέων σοφώτερα.

Id est:

O nate Etheocles, non malis mala omnibus
Vrgetur ætas. Vsus annorum comes
Iuuenum ferocem animum anteit sapientia.

Et hoc est quod ait Ouidius.

non omnia grandior ætas
Quæ fugiamus habet, seris venit vsus ab annis.

Aristoteles 6. Ethicorum. Δεῖ προσέχειν τῶν ἐμπείρων, καὶ πρεσβυτέρων ἢ φρονίμων ταῖς ἀναποδείκτοις φάσεσι, καὶ δόξαις, οὐχ ἧτον τῶν ἀποδείξεων, διὰ γὰρ τὸ ἔχειν ἐκ τῆς ἐμπειρίας ὄμμα ὁρῶσι τὰς ἀρχάς.

Ἐπὶ

Digitized by Google

Ἐπὶ γήραος οὐδῷ] *Sic sæpe Homerus. Interdum de iis, quibus iam effœta ætate vitæ, exitus appropinquat: vt Iliados χ.*

Πρὸς δέ με τὸν δύστηνον ἔτι φρονέοντ' ἐλέαιρε,
Δύσμορον, ὅν ῥα πατὴρ κρονίδης ἐπὶ γήραος οὐδῷ, &c.

Interdum de iis, quos ὠμογέροντας vocant. quomodo hic accipi puto. sic Odyss. o.

Οὐδ' ἵκετο γήραος οὐδόν. *Phocylides.*

Ζώην ἐκτελέοιτ' ἀγαθὴν μέχρι γήραος οὐδῷ.

Hesiodus.

Ὅς κε γονῆα γέροντα κακῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ.

Agathius lib. 7. Epigrammaton.

Ἡ ῥαδίνη μελίτη ταναῦ ἐπὶ γήραος οὐδῷ.
Τὴν ἀπὸ τῆς ἥβης οὐκ ἀπέθηκε χάριν.

Herodotus Thalia.

Ὅς ἐκ πολλῶν τε, καὶ εὐδαιμόνων ἐκεπσὼν
ἐς πτωχίην ἀφῖκται ἐπὶ γήραος οὐδῷ.

Εὐωχίας] εὐωχία παρὰ τὸ εὖ ἔχειν *sic bene cenare, vt*

Cenasti in vita nunquam bene.

Et bene esse, vt

Bene erat non piscibus vrbe petitis,
Si bene qui cenat, bene viuit, lucet, eamus,
Quo ducit gula.

Πολλάκις γὰρ συνερχόμεθά τινες] *Cicero in Catone.* Sæpe enim interfui querelis meorum æqualium, pares autem cum paribus, veteri prouerbio facillime congregantur, quas C. Salinator, quas Sp. Albinus, homines consulares, nostri fere æquales deplorare solebant: tum quod

Digitized by Google

quod voluptatibus carerent, sine quibus vitam nullam putarent, tum quod spernerentur, ab iis, à quibus essent coli soliti. *Vetus autem prouerbium significat, vt opinor, Plato id, quod est apud Aristotelem primo de arte dicendi,*

Ἥλιζ ἥλικα τέρπει.

Γέρων γέροντι γλῶσσαν ἡδίστην ἔχει.

Παῖς παιδὶ καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνή.

Plutarchus de discr. adul. & am. ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοιόν.

Εγνω δ' φῶρ τε φῶρα, καὶ λύκος λύκον.

Theocritus.

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος. μύρμακι δ' μύρμαξ

Ἴρηκες δ' ἴρηξιν.

Ait autem ἓυ ζῶντες: *Nam & ἓυ ζῆν dicebantur, qui voluptatibus fruebantur.*

Vos sapere & solos aio bene viuere,

Et:

Vixit dum vixit, bene,

Et:

Si bene qui cenat, bene viuit.

Et:

Νῦν δ' οὐδὲ ζῶντες, *secundum illud Mimnermi.*

Τὶς δ' βίος, τί δ' τερπνὸν ἄνευ χρυσῆς ἀφροδίτης;

Ενιοι δὲ καὶ τὰς τῶν οἰκείων] *Altera hæc est querela vulgi, de senectute, quod propter imbecillitatem, contemptui ac ludibrio sit, de qua ita Cæcilius apud Ciceronem in Catone:*

Tum etiam in senecta hoc deputo miserrimum,

Sentire ea ætate esse odiosum se alteri.

Menander.

Πικρόν ἐστι θρέμμα γέρων ἐν οἰκίᾳ μένων.

Ὑμνοῦσιν] *Hoc tantum nomine, inquit, senectutem celebrant, ac prædicant, quod multorum malorum sibi causa sit. Nota autem etiam vulgo sunt, hac de re luculentorum, & primæ notæ scriptorum testimonia. Sophocles:*

Πάντ' ἐμπέφυκε τῷ μακρῷ γήρᾳ κακά.

Incommoda insunt omnia, ætate in mala.

Euripides.

Μακρὸς γὰρ αἰὼν μυρίους τίκτει πόνους.

Magnam senectus vim miseriarum parit.

Antiphanes.

Σφόδρ', ἐστὶν ἡμῶν προσφερὴς οἴνῳ βίος,
Ὅταν ᾖ τὸ λοιπὸν μικρὸν, ὄξος γίνεται.

In vita idem plerunque quod in vino euenit
Vbi prope fluxit tota, quod superest, acet.

Et idem Poëta scripsit, senectutem esse quasi aram, ad quam, mala omnia confugiant, aut tanquam ergastulum in quod, mala omnia concludantur. Sed hæc omnia vulgata sunt.

Κἂν ἐγὼ αὐτὰ] ταῦτα. ἴσως, ταυτὰ ταῦτα, *vt in Alcibiade 1.* ἐγὼ γάρ τοι ἐν νῷ εἶχον πρότερός σοι προσελθὼν ταυτὰ ταῦτ' ἔρεσθαι, *& sæpe alias.*

Ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν] *Hi mihi quidem, inquit, non eam quæ est, adferre horum incommodorum causam videntur. Vera enim causa in omnibus, quæ sunt eiusdem generis valet. Quare si hæc senectus efficeret, omnibus senibus eadem euenirent. At multi eam placide ac molli-*

ter

ter ferunt: seque quibusdam corporis voluptatibus carere, tantum abest, vt doleant, vt sibi etiam, quod ab earum cupiditate liberi iam, ac soluti sint, magnopere gratulentur. Nam si difficilis & operosa res est, vt ille ait,

Δοῦλον γενέσθαι παραφονοῦντος δεσπότου,

Aristophanes, Pluto. quanto durius est seruire voluptati, quæ vt ait Plautus, moros & morosos *facit: Vt Homerus,*

Ἔκλεψε νόον πύκαπερ φρονέοντος?

Est autem argumentum à consequentibus, cuius prima sumptio, vt per se nota, ponitur, ad sumptio autem, & aliorum senum, & nominatim Sophoclis exemplo comprobatur. Iam hæc ita sunt à Marco Tullio expressa in Catone. Qui mihi non id videbantur accusare, quod esset accusandum, nam si id culpa senectutis accideret, eadē mihi vsu venirent, reliquisque omnibus maioribus natu, quorum ego multorum cognoui senectutem, sine querela, qui se à libidinum vinculis laxatos esse non moleste ferrent, nec à suis despicerentur. *Illud vero de Sophocle, eodem in libro, his verbis,* Bene Sophocles: cum ex eo quidam iam confecto ætate quæreret, Vtereturne rebus Venereis: Di meliora, inquit, libenter vero istinc, tanquam à domino agresti, ac furioso profugi.

Ἔνεκά γε γήρως] *Siquidem hæc incommoda non aliunde quam à senectute proueniunt: si sola eis causam*

adfert senectus. Hoc latine etiam ita diceretur. Senectutis quidem causa. *Plautus Menechmis.* Mea quidem hercle causa liber esto, atque ito quo voles, *id est, si nemo alius libertatem tuam impedit, egoque tibi, vt ais, eam præstare possum, per me quidem liber esto. Diceretur latine & hoc modo.* Quantum ad senectutem. *Propertius.*

Quantum ad Penelopen, &c.

Neque hoc satis assecutus videtur Marsilius, qui ita vertit: propter senectutem. *sic hoc ipso in lib.* ἀλλὰ ἕνεκα ἀργυρίου ὦ Θρασύμαχε λέγε. *& in Cratylo.* ὥστε τούτου γε ἕνεκα θαῤῥῶν λέγε εἰ πέχεις βέλτιον, *& in Theateto.* τοῦ θυμίας μὲν ἕνεκεν ὦ Σώκρατες φανεῖται. *quem locum Marsilius ineptissime vertit, hoc modo.* Annitendi causa ô Socrates hæc agemus. *& in Sophista,* θαῤῥῶν ἴδι τούτου γε ἕνεκα.

Σοφοκλεῖ. *Paullo aliter hoc Sophoclis dictum effert Æschines non enim, vt à rabioso domino, sed vt à cane rabiosa, ita se à voluptate Venerea fugisse, dixisse, ait. Eius verba hæc sunt.* κἀνὅπερ φασὶ Σοφοκλέα ἥδη γέροντα ὑπὲρ ἄλλης ἢ δυνῆς εἰπεῖν, ὥσπερ κυνὸς λυττώσης ἀπηλλάχθαι. *At Plutarchus eodem prope modo, quo Plato in libro,* περὶ φιλοπλουτίας. Ὁ Σοφοκλῆς, *inquit,* ἐρωτηθεὶς εἰ δύναται γυναικὶ συνοικεῖν, εὐφήμει ἄνθρωπε εἶπεν, ἐλεύθερος γέγονα λυττῶντας, καὶ ἀγρίους δεσπότας διὰ τὸν χρόνον ἀποφυγών.

Εἰ οὖν μοι καὶ τότε] *hoc est, Ille igitur mihi, & tunc recte dixisse visus est, & nunc quoque videtur. omnino enim magnam pacem, magnamque libertatem à tali-*

bus

Digitized by Google

bus rebus affert senectus. Etenim simulatque cupiditates trahere hominem desierunt, remiseruntque se, euenit omnino, id quod Sophocles dixit, vt à dominis valde multis, iisque furentibus liberemur.

Τῶν γε τοιούτων ἐν τῷ γήρᾳ, πολλὴ εἰρήνη γίνεται καὶ ἐλευθερία] *Id est, Senectus eos, quasi vindicat in libertatem, & quasi liberali adserit causa manu.*

Primum voces ipsas notandas esse arbitror, quibus significat, eum animi habitum, qui efficitur compressis, ac sedatis cupiditatibus. Vocat antem eum, pacem & libertatem. *Ex quo intelligi potest, ei contrarium habitum similem esse bello, seditioníue, & seruituti. Cupiditates enim non solum rationi aduersantur, verum etiam sibi. Sæpe igitur alio auaritia trahit, alio ambitio, quod libido imperat, vetat metus: à quibus inter se pugnantibus, stultorum animus, non aliter dilaniatur, ac diuellitur, quam in poëtarum fabulis Pentheum à Bacchis furentibus disserptum ferunt. Itaque si ciuitas in seditione felix esse non potest: si misera domus est, in qua familiares inter se digladiantur, ac dissentiunt: quæ infelicitas eius est, cuius animus perpetuo secum ipse discordat? Neque vero aut durior vlla est, aut fœdior seruitus, quam eorum, qui cupiditatibus seruiunt. Iam quod ait:* παύσωνται καὶ κατατείνεται, καὶ χαλάσωσιν, *id quale sit, ex iis quæ dicturus sum, intelligetur.*

Erant in vsu antiquitus ad puerulorum oblectamentum icunculæ quædam eo artificio confectæ, vt cum quis vnum funiculum attraheret, earum aut manus, aut collum, aut pes, aut alia aliqua corporis pars moue-

Digitized by Google

retur. Ea vocabant θαύματα, *quod pueris, & imperitæ multitudini admirationem commouerent. & qui tales icunculas lucelli atque quæsticuli causa circumferebant,* νευροσπάσται *dicebantur. De quibus ita scriptum est in libello ad Alexandrum de mundo.* ὁμοίου δὲ καὶ οἱ νευροσπάσται μίαν μήρινθον ἐπισπασάμενοι, ποιοῦσι καὶ αὐχένα κινεῖσθαι καὶ χεῖρα τοῦ ζώου, καὶ ὦμον, καὶ ὀφθαλμὸν, ἔστι δὲ ὅτε πάντα τὰ μέρη μετά τινος εὐρυθμίας. *Ita igitur Plato hominem; quasi oblectamentum quoddam Deorum putat, tali quodam artificio effictum, & eo respexit Plautus in Rudente, cum ita scripsit:*

Enimuero Dij nos pro pilis homines habent.

Esse autem in nobis funiculos duos, quibus trahamur, & moueamur, ad agendum, voluptatem & dolorem. *Hac de re ita ipse libro primo de legib.* θαῦμα μὲν ἕκαστον ἡμῶν ἡγησώμεθα τῶν θεῶν, (*Ita lego*) εἴτε ὡς παίγνιον ἐκείνων, εἴτε ὡς σπουδῆ τινι συνεστηκὸς. οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε γινώσκομεν. τόδε δὲ ἴσμεν, ὅτι ταῦτα τὰ πάθη ἐν ἡμῖν οἷον νεῦρα, ἢ μήρινθοί τινες ἐνοῦσαι, σπῶσί τε ἡμᾶς, καὶ ἀλλήλαις αὐθέλκουσιν ἐναντίαι οὖσαι ἐπ' ἐναντίας πράξεις. *quem locum non satis assecutus est Marsilius. eum autem ita Plato ipse repetit lib. 7.* φημὶ χρῆναι τὸ μὲν σπουδαῖον σπουδάζειν. τὸ δὲ μὴ σπουδαῖον μὴ φύσει δὲ εἶναι θεὸν μὲν πάσης μακαρίου σπουδῆς ἄξιον, ἄνθρωπον δὲ, ὅπερ εἴπομεν ἔμπροσθεν, θεοῦ τι παίγνιον εἶναι μεμηχανημένον. *Et eo respexit Horatius cum homines libidini addictos,* alienis *quodammodo* neruis *trahi scripsit.*

Tu mihi qui imperitas, aliis seruis miser, atque
Duceris, vt neruis alienis mobile lignum.

At

At senes moderati, ac compositi illis neruis, ac funiculis non amplius mouentur: Nam neq; trahit eos quoquam libido, neq; ea molestia, quam fere Iuuenes prætermittendis corporis voluptatibus capiunt. Carent illis, æquo animo, & earum vel satietate vel contemptu, liberam, ac solutam à cupiditatum imperio vitã agunt. Ad illos igitur talium imaginum funiculos, siue neruos respiciens Plato vsus est verbo κατατείνειν, & verbo χαλᾶν, quorum vtriusque, in iis machinis quæ funibus intorquentur, atq; intenduntur, proprius vsus est. Sed ex interpretatione Marsilij hoc ne suspicari quidem quisquam potest. Ita enim vertit. Quando enim deferbuerunt *iam cessaueruntque libidines, &c.*

Ἀλλὰ καὶ τούτων] *Falsam causam querelarum exclusit, ac reiecit, nunc, quæ vera sit, docet, totum enim hoc ex hominum moribus pendere ait, qui enim moderati & bene compositi sunt, eis senectutem, non illam quidem omnino dolorum expertem, Sed tolerabilem tamen esse: qui secus, eis, & senectutem, & iuuentutem difficilem euenire. Hoc Cicero ita expressit.* Sed omnium istius modi querelarum in moribus est culpa, non in ætate, moderati enim, nec difficiles senes, nec inhumani tolerabilẽ agunt senectutem, importunitas autem, & inhumanitas omni ætate molesta est. *Idem ita expressum à veteris Comœdiæ scriptore. Anaxandrida apud Stobæum legitur.*

Οὗτοι τὸ γῆρας ἐστὶν ὡς οἴει πάτερ,
Τῶν φορτίων μέγιστον. ἀλλ' ὃς ἂν φέρῃ
Ἀγνωμόνως αὐθ' οὗτός ἐστιν αἴτιος.

Ciceronis locum, vt hoc moneam. ita Gaza græcum fecit Platonis credo, locum respiciens. Οἱ μὲν γὰρ κόσμιοι, καὶ μὴ δύσκολοι μηδ' ἀπαίδευτοι γέροντες ἄνεκτον διάγουσι γῆρας. τὸ φορτικὸν δὲ καὶ ἀπαίδευτον χαλεπὸν παρὰ πάντα τὸν βίον ἐστίν.

Καὶ ἐγὼ ἀγασθεὶς αὐτοῦ εἰπόντος] *Id est, Tum ego iis illius sermonibus hilaratus, qui plura ab eo dici cuperem, ita eum prouocabam. Existimo equidem Cephale, plerosque, cum à te ista dicuntur, non acquiescere: sed in ea esse sententia, vt propter opes & copias, non propter compositos mores, facile à te ferri senectutem putent, locupletibus enim multa, vt dicitur, sunt solatia.* Cicero. Est ita vt dicis Cato, sed fortasse dixerit quispiam, tibi propter opes, & copias, & dignitatem tuam, tolerabilem senectutem videri. id autem non posse multis contingere.

Ἀποδέχεσθαι] *Est eo quod dicitur contentum esse, eique acquiescere, neque quidquam præterea requirere,* ἀγαπᾶν. *Aristoteles primo* νικομαχείων. παραπλήσιον γὰρ φαίνεται μαθηματικοῦ τε πιθανολογοῦντος ἀποδέχεσθαι, καὶ ῥητορικὸν ἀποδείξεις ἀπαιτεῖν. *Plato in Theæteto.* σκοπεῖτε οὖν σύ τε καὶ θεόδωρος, εἰ ἀποδέξεσθαι πιθανολογίᾳ τε καὶ εἰκόσι περὶ τηλικούτων λεγομένους λόγους. *Idem in Timæo.* Ἀρίστα ὦ τιμαῖε, παντάπασί τε ὡς κελεύους ἀποδεκτέον. *Videntur autem indicare versiculum vulgatum & prouerbij loco habitum.*

Τοῖς πλουσίοις πολλ' ἐστὶ τὰ παραμύθια.

Ὅσον οἴονται] *Marsilius legit,* ὅσον οἷόν τε. *Vertit enim:* Quantum dici posset. *sed inepte. Contrario autem*

modo

modo peccatum est apud Aristotelem 2. ἠθ μεγάλ. vbi ita legitur. ἔστι γὰρ, ὡς οἴονται φιλία καὶ πρὸς θεὸν, *cum legendum sit* ὡς οἴονται. *Idem ineptissime reddidit responsum Themistoclis, hoc modo.* Equidem si ipse Seriphius essem, in eadem gloria viuerem, Tu vero, si Athenienſis, minime. *& æque male quæ sequuntur. Idem quoq aduersus eos, qui cum non sint diuites, grauiter senectutem ferunt, dici potest, quod nequi vir ipse modestus inique senectutem ferret, cum paupertate, neque immoderatus cum diuitiis facile. Hoc quoque ita Cicero expressit.* Est istud quidem Læli aliquid, sed nequaquam in isto sunt omnia, vt Themistoclem ferunt in iurgio, Seriphio cuidam respondisse: cum ille dixisset, non illum sua, sed patriæ gloria splendorem assecutũ. Nec hercle, inquit, ego, si Seriphius essem, nobilis, nec tu, si Athenienſis esses, clarus vnquam fuisses. Quod eodem modo de senectute dici potest. Nec enim in summa inopia leuis esse senectus potest, ne sapienti quidem, nec insipienti in summa copia non grauis. *Narrat hoc & Plutarchus in Themistocle, & in Apophthegmatis.* Seriphius *autem vna est ex Cycladibus vsque eo petrosa, Vt datus sit fabulæ locus, Perseum cum illuc Medusæ caput tulisset, ostenso eo, quicquid illic hominum erat in saxa mutasse. Sentiebat igitur Themistocles, quem Cicero* Principẽ Græciæ *vocat, claritatem patriæ nonnihil ad gloriam habere momenti: quod siue Euripides, siue quis alius, postea*

in Alcibiadis Encomio dixit, vt est apud Plutarchum in Demosthene.

Χρῆσθαι τῷ εὐδαίμονι πρῶτον ὑπάρξαι
Τῇ πόλει εὐδόκιμον:

Sed non tantum in eo esse, quantum ille Seriphius volebat, Atheniensis autem ciuitatis summa nobilitas erat, quam quidam apud Athenaeum in primo vocat λαμπροτάτην πόλεων πασῶν, ἃς ὁ ζεὺς ἀναφαίνει: *quam* ἑλλάδος μυστήριον, ἑλλάδος πρυτανεῖον, ἑλλάδος ἑστίαν, ἑλλάδος ἑλλάδα *vocabant, auctor Eustathius in Illiad. 284.*

Πάσασι γὰρ πολίεσι λόγος ὁμιλεῖ
Ἐρεχθέος ἀρχαῖος,

ait Pindarus. Quae ita antiqua est, vt eius quae fuerit origo ignoretur. Vt hic noster in Timaeo ait, quae prima produxit homines, prima fruges, prima humanitatem, cum ceteris hominibus communicauit, ex qua innumerabilis quedam hominum, partim virtute bellica, partim doctrinae gloria insigniū extitit multitudo. Sed Athenas ornare laudibus, non est huius instituti.

Μέσος γάρ τις γένοντα χρηματιστὴς] *id est, Pecuniae & rei familiaris administrator.*

Ὁ μὲν γὰρ πάππος τι, καὶ ὁμώνυμος ἐμοί, &c.] *Quod ait auum sibi ὁμώνυμον fuisse, in eo notari potest vetus Graecorum consuetudo, quam plerique etiam hodie tenēt, vt patris sui nomen alicui ex filiis suis imponant, quo auorum in nepotibus memoria renouetur. Sic Nicias Niceratī filius, vt supra diximus, Niceratū habuit filium. Sic in Lyside, Lysis Democratis filius, Lysidis nepos. Sic*

Ari-

Digitized by Google

Aristoteles Nicomachi filius, filium suum Nicomachum vocauit, sic senex ille è nubibus, cũ vxor nato filio, aut Xantippo, aut Charippo, aut Callypidæ nomẽ esse vellet.

Ἐγὼ δὴ, inquit, τῷ πάππῳ τῷ ἐμῷ φοιδωνίδῃ. *Romæ autem fere, qui primus filius susceptus erat, ei patris prænomen imponebatur.*

Τοῦτο ἕνεκα ἐρέμιν σοὶ δ' ἐγὼ, &c.] *Hũc locum imitatus est Aristoteles 4.* Νικομαχ. *his verbis:* ἀλλὰ διεώπερος δὴ τῇ) δοκοῦσιν οἱ μὴ κτησάμενοι, ἀλλὰ παραλαβόντες τὴν οὐσίαν. ἀπειρόν τι γὰρ τῆς εὐδαιμονίας. καὶ πάντες ἀγαπῶσι μᾶλλον τὰ αὐτῶν ἔργα, ὥσπερ οἱ γονεῖς, καὶ οἱ ποιηταί. *Et lib. 9.* πᾶς γὰρ τὸ οἰκεῖον ἔργον ἀγαπᾷ μᾶλλον ἢ ἀγαπηθείη ἂν ὑπὸ τοῦ ἔργου ἐμψύχου γιγνομένου. μάλιστα δ' ἴσως τοῦτο περὶ τοὺς ποιητὰς συμβαίνει. ὑπεραγαπῶσι γὰρ οὗτοι τὰ οἰκεῖα ποιήματα, στέργοντες ὥσπερ τέκνα. *Cicero 5. Tuscul. & libro 2. epistolarum ad Quintum fratrem, nos in epigramma Catulli in Fufenum.*

Ἀλλά μοι ἔτι τοῦτο δὴ εἰπέ, &c.] *id est, At tu mihi præterea hoc quoque dicito, quem tibi maximum ex diuitiarum possessione fructum percepisse videaris. Eum, inquit, quem si dicam, non facile multis, ita esse persuaserim. Ita enim habeto, inquit, Socrates, cum quis eo peruenit, vt mortem non longe abesse à se putet, subire animum ipsius metum, & curam earum rerũ, de quibus antea non cogitabat. Nam & fabulæ, quæ de inferis circumferũtur, quicquid hic iniuste egerit, lucẽdas illic esse penas, irrisæ vsq; ad id tẽpus, tunc demum cõuertunt ad se illius animũ: ne forte veræ sint, & ipsi siue ob senectutis imbecillitatẽ, siue quod, vt qui*

pra-

Digitized by Google

propinquior iam sit, quæ illic geruntur, magũ quodam modo videat, suspicione & horrore oppletur animus. Subducit igitur iam rationes ipse secum, & reputat, si quam cui iniuriam fecit. Qui igitur in anteacta vita, multa à se iniuste facta reperit, is & è somnis, vt pueruli solent, crebro excitatus horrescit, & viuit pessima omnia expectans. At qui nullius sibi iniusti facinoris est, eum perpetuo spes iucunda comitatur, bona senectutis nutrix, vt eam vocat Pindarus. Eleganter enim Socrates, id ille, dixit, qui iuste, sancteque vitam egerit, iucundam ei spem comitari, fouentem, cor, senectutis nutricem, quæ maxime mortalium volubilem gubernat animum. Bene igitur ille, & mirabiliter dicit. Egoque eo potissimum nomine diuitiarum possessionem plurimi faciendam esse duco, non cuilibet, sed bono viro. Nam ita vixisse, vt ne inuitus quidem, quẽquam fefelleris, aut cuiquam mentitus sis, cumque neq; Deo, sacri, non soluti, neque homini cuiquam pecuniæ debitor sis, vt illuc deinde pauidus proficiscaris: magnã partem, vt quis id præstare possit, in diuitiis situm est. Habent & alios vsus sane multos. Sed, si quis singula cum singulis conferat, equidem Socrates non minimam ego hanc dixerim esse earum vtilitatem, quæ ex diuitiarum possessione capiuntur.

Primum hic notandum esse duco, quem boni viri maximum diuitiarum fructum esse ducant. Non enim, vt eas heluationibus, scortationibusue consumant. Non vt libidines suas expleant, non vt male partis peius abutantur. Sed vt ne quid per inopiam quod minus decorum,

Digitized by Google

rum, aut minus honestati consentaneum sit, facere adigantur. Nam paupertas ad multas quidem virtutes hominem quodammodo aptiorem facit. Siquidem & industriam exacuit, & torporem, ac segnitiem fugat, & modestiam docet, & luxu hominem diffluere non patitur, sed eum quodammodo etiam inuitum ad sobrietatem, & ad temperantiam adigit. Sed contra etiam magnam nonnullis obiicit peccandi occasionem. Quam multæ mulieres inopia, coactæ, pudorem aut suum, aut filiarum prostituunt? Quam multi ob paupertatem diuitibus indecore, ac turpiter adulantur? Quam multos fures paupertas facit? Quam multi mutuo sumunt, quod se nunquã reddituros esse sperant, ac deinde multis mendaciis ludificantur creditores suos, non facturi, nisi paupertas cogeret?

Χρημοσύνη, ait Theognis, κακὰ πολλὰ διδάσκει,
Ψευδεά τ' ἐξαπάτας τ', ὑλομένας τ' ἔριδας
Ἄνδρα καὶ οὐκ ἐθέλοντα.

Itaque Persæ, vt est apud Herodotum lib. 2. mentiri, omnium rerum turpissimum esse ducebant: secundo autem loco, cuiquam pecuniam debere: quod fieri vix putarent posse, vt qui æs alienum contraxisset, non idem mentiri cogeretur.

Neque non illud quoque animaduertendum est, senes, & eos quibus vitæ exitus appropinquat, sæpe cogitare de altera vita, & de suppliciis, quæ improbis apud inferos constituta esse dicuntur. Iuuenes enim ea plerumque contemnunt, quia longe adhuc mortem à se abesse existimant. Est autem ita natura comparatum,

Digitized by Google

tum, ait Aristoteles lib. 11. de arte dicendi, vt minus timoris incutiant ea, quæ longe abesse creduntur. At senes, siue quod natura, & ætatis imbecillitate, ac caloris, & sanguinis inopia timidi gelidiq; sunt, & δυσέλπιδες, siue etiam, quod ea melius ac certius vident, quibus iam appropinquant, talium rerum cogitatione sæpenumero cohorrescunt. Præclare enim hoc Platonici: vt qui adhuc in medio flumine nauigant, non tam acute vident, quæ in ripa fiunt: qui autem ab ea non longe absunt, certius ea, ac liquidius intuentur: ita homines in medio ætatis cursu, non facile videre animo ea quæ post hanc vitam vnumquemque nostrum manent: qui autem iam prope ripam remigant, ab eis, quo proprius absunt, illa melius ac certius perspici; Quare sapienter Plato in illo diuinitus scripto libro decimo, de legibus ait, neminem qui adolescens Deos non esse opinatus sit, in illa opinione vsque ad senectutem perstitisse. Sed quid est, quod ea quæ de inferis dicuntur, μύθους vocat? An de sententia iuuenum loquitur, à quibus ait, illa contemni? An potius, cum inferos quidem esse, & illic post hanc vitam pœnas pro peccatis lui, pro certo, atque explorato habeat, Id enim, & ex aliis locis, & ex Phædone, & ex decimo de Republica constat, ea tamen quæ vulgo de inferis circumferebãtur, pro fabulis habet? Ita certe huius æmulus Cicero 1. Tuscul. Dic quæso, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, transuectio Acheruntis, mente summã aquam attingens, siti enectus Tantalus? num illud quod Sisyphus versat,

Saxum

Digitized by Google

Saxum, sudans nitendo, neque proficit hilum?
Fortasse etiam inexorabiles Iudices, Minos & Rhadamãthus, apud quos nec te L. Crassus defendet, nec M. Antonius, nec, quoniam apud Græcos Iudices res agetur, poteris adhibere Demosthenẽ. Tibi ipsi pro te erit maxima corona causa dicenda. Hęc fortasse metuis: & idcirco mortem censes esse sempiternum malũ. Adeone me delirare cẽses, vt ista esse credam? An tu hæc nõ credis? Minime vero, Male Hercule narras. Cur, quęso? quia disertus esse possem, si contra ista dicerem. Quis enim non in huiusmodi causa? aut quid negotij est, hæc poëtarum & pictorum portenta conuincere? Atqui pleni sunt libri Philosophorum contra ista ipsa differentium. Inepte sane, quis est enim tam excors, quem ista moueant? *Hæc Cicero, qui non inferos quidem ipsos, sed totam illam ἐν ἅδου γραφίδα vanam ac ridiculam putaret.*

Sed illud quodque nobis accurate notandum est, quod hoc loco à Platone verissime dicitur, homines multorum sibi iniuste factorum conscios nunquam quiescere, sed horrore pœnarum, quas se promeritos sentiũt, identidem concuti, ita vt etiam sæpe ex somno excitentur. Hunc locum mihi quidem imitatus videtur Cicero Philippicarum lib. 2. his verbis: Neque vero te vnquam, neque vigilantem, neque in somnis credo posse mente consistere. Necesse est,

quam-

quamuis sis, vt es, violentus & furens, cum tibi obiecta sit species singularis viri, perterritum te, de somno excitari, furere etiam sæpe vigilantem. *Atque interdum fit, vt sibi eorum spectra, atq; imagines videantur intueri, in quos atrox aliquid, ac nefarium perpetrarunt. Sic Orestes in fabulis videt matrem quam interfecerat.*

Ὦ μᾶτερ, ἱκετεύωσε μὴ πίσειέ μοι.
Τὰς αἱματωποὺς καὶ δρακοντώδεις κόρας.

Sic Dido se mortuam Æneæ occursuram minatur.

—sequar atris ignibus absens,
Et cum frigida mors animas eduxerit artus,
Omnibus vmbra locis adero—

Sic Nero sæpe confessus est, exagitari se materna specie, verberibus furiarum, ac tædis ardentibus. Sic Theodericus Rex Gotthorum, cum Symmachum & Boëtium contra fas occidisset, paucis post diebus, videre visus est in lance caput Symmachi torvis se oculis intuentis, & admorso labro inferiore minitantis. Quo pauore, ita consternatus est, vt paucis post diebus obierit. Atque hæ sunt pœnæ; furiæ, erinnyes quæ impios persequi atque agitare dicuntur. Cicero pro Sex. Roscio Amerino. Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis sæpe videtis, eos qui aliquid impie, scelerateque commiserint, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus, & suus terror maxime vexat: suum quemq; scelus agitat, amentiaque afficit. suæ malæ cogitationes, conscientiæque animi terrent. Hæ

sunt

ſunt Impiis aſsiduæ domeſticæque furiæ. *Idem in Piſonem.* Nolite enim ita putare P.C. vt in Scæna videtis homines conſceleratos impulſu Deorum terreri, furiarũ tædis ardentibus, ſua quemque fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia de ſanitate ac mente deturbat. Hæ ſunt impiorum furiæ, hæ flammæ, hæ faces. *Idem in Paradoxis.* Te conſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorum: te metus exanimat Iudiciorum, atque legum, quocunque aſpexiſti, vt furiæ, ſic tuæ tibi occurrunt iniuriæ, quæ te reſpirare non ſinunt. *Qui omnes loci imitati videntur ex Æſchine in oratione κατὰ τιμάρχου.*

Iam illius bonæ ſpei cuius plenos eſſe ait eos Plato, cum mors appropinquat, qui iuſte pieque vixerunt, luculentum exemplum, eſt in Socrate: qui iam iamque moriturus, ſecuro & hilari animo eſt. Ita igitur, κινδυνεύει γάρ μοι τὸ ξυμβεβηκὸς τοῦτο, ἀγαθὸν γεγονέναι. καὶ οὐκ ἔσθ' ὅπως ἡμεῖς ὀρθῶς ὑπολαμβάνομεν, ὅσοι οἰόμεθα κακὸν εἶναι τὸ τεθνάναι. *Et paullo infra.* ἀλλὰ μοὶ δῆλόν ἐστι τοῦτο, ὅτι ἤδη τεθνάναι, καὶ ἀπηλλάχθαι πραγμάτων βέλτιον ἦ μοι. *Videtur autem Marſilius locum illum non ſatis intellexiſſe, vbi ait Plato,* τὸ γὰρ μηδὲ ἄκοντά τινα ἐξαπατῆσαι ἢ ψεύσασθαι: *quippe qui ita verterit:* Cum neque inuitum quempiam circumuenerit, neque mentitus fuerit. *Vertendum enim erat:* Vt ne inuitus quidem quempiam circumuenerit. *Nam etiam pauperrimus quiſq; præſtare hoc*

potest, ne volens quemquam fraudet, neu volens cuiquam mentiatur. At interdum inuitus alios fraudare cogitur, cum vnde eis quod debet soluat non habet: eademque de causa inuitus interdum mentitur, vt cum certa die pollicitus est se aliquid præstiturum, & ne id faciat, paupertate prohibetur. At diuites nihil horum inuiti faciunt.

Παγκάλως ἰῶ δ' ἐγὼ λέγεις ὦ κέφαλε, &c.] *id est, Præclare, inquã, dicis, Cephale. Hoc autem ipsum iustitiam, nunquid idem, quod veritatem esse dicemus? Isto modo absolute, & quod quis ab aliquo acceperit, id reddere: an hæc quoq; ipsa interdum quidem iuste, interdũ etiam iniuste facere aliquis potest? Quod autẽ dico, huiusmodi est. Nemo est quin fateatur, si quis ab amico mentis cõpote arma accipiat, qui ea deinde furens repetat, talia deposita reddenda non esse, neq; iustũ fore, qui reddiderit, aut qui sic affecto homini vera omnia eloqui velit. Recte, inq̃t, dicis. Nõ igitur hæc iustitiæ finitio est, vera dicere, & quæ quis acceperit reddere. Imo vero prorsus ita est, inquit Polemarchus, tanquam disputandi onus in se suscipiẽs, ô Socrates, si quidem Simonidi audiendum est. Ego vero, inquit Cephalus, vobis hoc discutiẽdum relinquo, me enim iam sacra curare oportet. At ego, nonne, inquam, Polemarchus tuorum hæres est? Est vero, inquit ille arridens, simulq; ad sacra profectus est.*

Ingressio hæc est in disputationem de Iustitia, *ducta ex Cephali verbis. Cum enim dixisset, qui multa iniuste patrasset in vita, eum nunquam conquiescere, sed & vigilantem, & dormiẽtem terreri metu pœnarũ, quæ in-*

iustis

Digitized by Google

iustis apud inferos propositæ esse dicuntur: eum contra, qui nihil tale fecisset, tranquillo, & securo animo esse, cũ memoria repeteret, neminem à se in fraudem inductum esse, nulli se vnquã mentitum, nulli, quod ab eo accepisset, non reddidisse. ex eo satis aperte colligi poterat, eum duabus hisce in rebus iustitiam collocare, vt & vera diceret quis, & suum cuiq; redderet. De eo igitur nũc disputare incipit Socrates. Ac certe, negari nõ potest, quin magna pars Iustitiæ in eo posita sit, ne mentiamur. Siquidem fides, vt recte ait Cicero, iustitiæ fundamentum est. Fundamentũ autem fidei veritas. Quam diuinitus, ait Plato lib. 5. de legibus, & diis, & hominibus ad bona omnia ducem esse; eumq; qui mentiatur, si volens id faciat, infidelem esse: sin inuitus, impudentem: quorum neutrum esse æmulandum. Et ante eum Pythagoras homines nulla re propius Deum accedere quam veritate. Neq; mihi alienum ab hoc loco videtur, commemorare quædã quæ veteres apud Homerum annotarũt, quibus ostendunt, nihil Dei magis proprium esse, quam veritatem. Apud eum enim Iupiter, cum Tetidi quiddam promisisset, ita eam postremo alloquitur. Iliad. α.

Εἰ δ' ἄγε τοι κεφαλῇ κατανεύσομαι ὄφρα πεποίθῃς.
Τῶτο γὰρ ἐξ ἐμέθεν γε μετ' ἀθανάτοισι μέγιστον
Τέκμωρ. οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ' ἀπατηλόν
Οὐδ' ἀτελεύτητον ὅτ' κεν κεφαλῇ κατὰ νεύσω.

Notant igitur, tribus modis euenire posse, vt homines, cum quid promiserint, fidem fallant, ac mentiantur. Aut enim sententiam postea mutãt, in quo aut leuitas, & inconstantia est, aut inconsiderantia eius, qui quid temere promiserit; & hoc à se afore, ait Iupiter, cũ quod

Digitized by Google

capite annuerit, negat fore παλινάγρετον : *aut quod promiserunt, non vere atq; ex animo, sed fallendi causa promiserunt, id quod à se amouet, cum ait,* ὑδὶ ἀπατηλόν : *aut promissa præstare non possunt, & ne hoc quidem in se valere ostẽdit, cum ait,* ὑδὶ ἀπελεύθερον. *Neq; enim mutatur Deus, neque quemquam fallit, neq; quo minus præstet id quod promisit, virium inopia impeditur. Iustus itaq; est & veridicus, ac fidelis. Sed & Horatius ode 24. lib. 1. Cum iustitiæ sorores esse dixit,* fidẽ, & veritatem, *satis docuit, magnã eis esse inter se coniunctionem. Et apud Latinos. Verum interdum pro iusto ponitur. Cicero.* Negat verum esse M. Cato beneuolentiam cibo allici. *Terentius.*

Ah, hoccine verum est? Horatius.

Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.

Virgilius.

——Me verius vnum,

Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro.

Ex quo magis etiam intelligitur, non male à Cephalo in definitione Iustitiæ positam veritatem. *Sed & illud exploratum est, cum in suo cuique tribuendo versetur Iustitia, nihil tam iustitiæ proximum esse, quam vt ne quid retineamus alienum. Quibus cognitis, videamus nunc quomodo aduersus ea Socrates argumentetur. Ac primum quidem illud ponendum est : si ipsa iustitiæ vis, natura,* οὐσία, *in eo posita est, vt vera dicamus, &, vt suum cuique reddamus, nullo prorsus casu euenire posse, vt quisquam hoc ipso, quod hæc faciat, iniustus esse, aut iniuste facere dicatur. Non enim quisquam*

Digitized by Google

quam aut cæcitate videre potest, aut propterea quod videat, cæcus esse: non magis quam quod agat ea quæ calidi sunt, frigere, aut contra. Et cum temperantia in prætermittendis inhonestis voluptatibus, honestis autem modice persequendis sita sit: fieri prorsus non potest, vt hæc quæ temperantiæ propria sunt, ita agat quis, vt propterea intemperans esse dicatur. At potest aliquis, & hoc ipso quod verum alicui dicat, eique suum restituat, iniuste facere: non est igitur in eo iustitiæ natura & essentia posita. Posse autem id euenire ostendit exemplo, cum ait, πᾶς ἄνπου εἴποι, &c. Quod ita expressit Cicero 3. de officiis. Si gladium quis apud te sanæ mentis deposuerit, repetat insaniens: reddere peccatum sit, non reddere officium. *Et addit aliud simile.* Quid si is qui apud te pecuniam deposuerit, bellum inferat patriæ, reddesne depositum? non, credo: facies enim contra Rempublicam, quæ debet esse charissima.

Οὐδ' αὖ πρὸς τὸν οὕτως ἔχοντα πάντα εἰδέναι τ' ἀληθῆ λέγειν] *Hoc ipse ostendit in Alcibiade secundo, vbi docet, imprudentibus, quædam ignorare vtilius esse, quam scire. Sic si duo vasa posita sint, vnum veneni, alterum liquoris innoxij: & qui se interficere vult, cum in vtro venenum sit, nesciat, ex te id percontetur, probi viri fuerit mentiri, improbi, & nefarij verum dicere, si eum aliter, quam mentiendo, ab eo, quod proposuit, auocare non possit.*

Πάνυ μὲν οὖν] *Inepte Marsilius.* Recte nimium dicis, ô Socrates, sermonem subiiciés Polemar-

Digitized by Google

chus inquit. *Polemarchũ enim qui propositam Iustitiæ finitionem auctoritate Simonidis, aduersus Socratẽ tueri vult, ipsi Socrati assentientem facit. Deinde ne intelligit quidem, quid sit, ὑπολαβεῖν τὸν λόγον.*

Καὶ μέν τοι ἔφη ὁ κέφαλος] *Sic Cicero Scæuolã à disputationib. illis per occasionẽ remouit. Quæ de re ita li. 4. epist. ad Atticũ, epist. 16.* Quod in iis libris, quos laudas, personam desideras Scæuolæ, nõ eam temere demoui: sed feci idem, quod in πολιτείᾳ Deus ille noster Plato. Cum in Pyræeum Socrates venisset, ad Cephalum locupletẽ, & festiuum senem, quoad primus ille sermo haberetur, adest in disputando senex. Deinde cum ipse quoque commodissime locutus esset, ad rem diuinã dicit se velle discedere, neq; postea reuertitur. Credo Platonem vix putasse satis consonum fore si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset.

Λέγω δὴ, εἶπον ἔγω, σὺ ὁ τοῦ λόγου κληρονόμος, &c.] *id est, Tum ego, dic, inquam, igitur tu qui sermonis hæres es, quid tandem ais, recte de Iustitia Simonidem dicere? Ius esse, inquit, ea cuique, quæ cuique debentur, tribuere: hoc dicens, pulchre mihi dicere videtur. At vero, inquam, Simonidi non credere, haud quaquam facile est. Sapiens enim vir est & diuinus. Sed quidquid tandem illud est, quod dicit Simonides, Tu fortasse Polemarche intelligis, ego autem ignoro. Constat enim non id eum dicere, quod nos modo dicebamus, si quis quid, apud aliquem deposuerit, idemque insanus repe-*

tat,

tat, reddendum esse. etsi debetur ei quodammodo, id, quod deposuit. Nonne? Certe. *Reddendum igitur non temere tunc, cum quis non sana mente repetit? vera, inquit, dicis. Aliud igitur quippiam, vt videtur, quam tale quidquam, dicit Simonides, cum iustum esse ait reddere, ea, quæ debentur. Aliud certe, inquit. Amicis enim putat debere amicos boni aliquid facere, mali autem nihil. Intelligo, inquam, non enim is reddit, quod debetur, qui reddit aurum ei, qui deposuit, si illa redditio, atque acceptio damnosa sit. sintq; amici, is qui recepit, & is qui reddit, non ita dicere ais Simonidem?* Plane.

Ἀλλὰ μέν τοι] *Notanda modestia Socratis, in disputando: qui, aduersus Simonidis sententiam disputaturus, non eam abiicere, aut eius auctoritatem extenuare conatur. laudat potius eum, & commendat: neque ei fidem habendam negat, sed quid senserit diligentius quærendum esse, ait: Neque minus modeste. quid sibi voluerit Simonides, se quidem ignorare profitetur. Polemarchus autem, vt id sciat, fieri posse.* Simonides *Pisistrato Athenarum Tyranno, valde charus, atque acceptus fuit, qui eum* μεγάλοις μισθοῖς, χρώμενος πείθων, *apud se habebat, vt est in Hipparcho, erat enim* φιλοκερδὴς *Simonides: vt ostendit illud de duabus capsis, & dictum ad Hieronis vxorem, quod est apud Aristotelem 11. libro* de arte dicendi. *Et quod refertur de eo, apud Athenæum lib. 14. Memoriæ artem inuenit, qua vsque eo valuit, vt hos versus de se glorians, scripserit.*

Digitized by Google

Μνήμην δ' ὅ τινά φημι σιμωνίδῃ ἰσοφαρίζειν
Ὀγδοόκοντα ἔτεϊ, παιδὶ λεωπρεπέως.

Quis etiam in lamentationibus præcipue excelluisse eloquentia, & ingenium dicitur: vt iam pridem notaui in illum locum Catulli.

Mæstius lacrimis simonideis.

Vide varias nostras lib. 3. cap. 1.

Τί δὲ τοῖς ἐχθροῖς ἀποδοτέον ὅτι ἂν τύχοι, &c.] *Dixerat iam Polemarchus è simonidis sententia, iustum esse, cuiq; tribuere, id quod debetur. Sed hoc postea ita correxit; vt si quid debeatur amico, quod si reddatur, damno futurum sit ei, cui redditur: reddendum non sit. Non enim esse amici officium, nocere amico. Hoc transferri, & accommodari potest, ad omnia officia, quæ amicis tribuimus, vt hoc generale præceptũ in amicitia obseruemus. Nihil gratificandum amico, quod ipsi nociturum scias. Petit à te amicus, meretriciis amoribus pecuniam, qua ad explendam libidinem suam abutatur? Fac Platonis, tibi veniat in mentem, qui ait, tribuere amico, quæ ipsi nocitura sint, neque boni amici esse, neque viri boni.*

Homini autem amanti, ait Plautus, *qui pecuniam dat in manum,*

Gladium dat, quo se occidat.

Atque hoc vna in re iudicatum, latius patet. Cum igitur non omnia sine discrimine amicis reddenda, tribuendaue sint: quærit, num inimicis quoque eadem obseruanda sint, an eis quicquid debetur, sine discrimine tribuendum. Non enim vereri debemus, ne eis noceamus,

Digitized by Google

mus, cum inimicis nocere, etiam optandum, videri queat. Itaque Polemarchus, vniuerse pronuntiat, inimicis reddendum esse id, quod inimicis debetur, ac consentaneum est: neque enim conuenire, aliud eis, nisi malum, dari. Ex quo Socrates concludit, de Polemarchi sententia, in eo, positam iustitiam Simonidem censuisse, si quis cuique det, quod cuique conuenit. Iam cum artes, & virtutes non satis à veteribus ante Aristotelem distinguerentur: sed in artibus etiam virtutes numerarentur: colligit, & à Polemarcho obtinet Socrates vt fateatur: quemadmodum medicina corporibus tribuit ea, quæ conueniunt, tum remedia, tum cibos, ac potiones: & vt ars coquorum cuique cibo tribuit condimentum conueniens, & accommodatum: Ita iustitiam tribuere, id quod cuique tum amico, tum inimico conuenit, illi quidem vtilitatem aliquam, huic vero damnum. Ita fit vt Iustitiæ munus sit, prodesse amicis, inimicis nocere. Hanc definitionem, cum Socrates reprehendere, vt improbam vellet: (ita enim docebitur inferius) iustum nemini, ne inimico quidem nocere prodesse autem, quantum quidem in ipso est, omnibus: prius diligenter enucleandum putauit, quid diceretur. Nihil enim magis cauendum est iis, qui disputationem, ad inuentionem veritatis referunt, quam ne quid parum explicatum relinquant.

Ξυμβόλαια] *Ita vocat, quæ aliter* Ζυναλλάγματα.

Εἰς πεττῶν δίσιν] πεττοὶ, *siue* πεττοὶ, *non sunt tali, sed calculi.* ἀστράγαλοι *tali sunt. at* πεττοὶ ψῆφοί τινες. *Vt constat ex Polluce lib. 9. ludi sunt valde inter se dissimi-*

Digitized by Google

les. male itaque Marsilius, In digerendis *talis. Tali non digeruntur, sed iaciuntur. At πεσσοὶ disponuntur in lineis, deindemouentur.*

Ὁ ἱππικὸς] *In vendendo equo vix est vt pecuniæ vsus esse videatur.*

Ὁ ναυπηγὸς] *Ille quidem, vt ποιῶν, hic autem vt χρώμενος.*

Τόδε δὲ καὶ σκεψώμεθα] *ludit interdum Socrates ductis argumentis è multiplici verborum significatione: vt hoc loco in verbis* φυλάττεσθαι & κλέπτειν, φυλάττειν *est custodire, & hoc modo dictum est, iustum virum vtilem esse,* πρὸς τὸ φυλάττειν ἀργύριον καὶ χρυσίον. *At* φυλάττεσθαί τι, *est cauere, ne id tibi noceat. Vt* φυλάττεσθαι τοὺς πολεμίους, *cauere ne hostes tibi noceant.* Κλέπτειν itidem est furari: *est & latere. His positis, constat, si quis sit bonus* κλέπτειν τοὺς πολεμίους, *id est, tum latere illos, tum excipere, quasique furari eorum consilia, bonum fore,* καὶ φυλάττεσθαι τοὺς πολεμίους, *id est, ad cauendum, ne sibi hostes quidquam damni inferant, & eundem esse optimum* φύλακα τοῦ στρατοπέδου. *vnde effici videtur, cuiuscunque rei, quis est optimus* κλέπτης, *eiusdem esse optimum* φύλακα. *Est autem Iustus optimus* φύλαξ *pecuniæ: igitur & fur optimus.*

Καὶ νόσον ὅστις δεινὸς φυλάττεσθαι καὶ λαθεῖν] *puto illud* καὶ λαθεῖν *vacare, & delendum esse. De Autolyco est* ὀδυσ. τ.

Οὐ μὰ τὸν Δία ἔφη, ἀλλ' οὐκέτ' οἶδα] *Ita pharmaca primo conturbant, deinde purgant.*

Καὶ ὁ Θρασύμαχος] *Id est, At Thrasymachus sæpe illa quidem,*

Digitized by Google

quidem, etiam disputantibus nobis, in sermonem se quoque interponere tentauerat, sed ab iis, qui adsidebant, prohibitus erat, audire cupientibus, quorsum euasura esset oratio. Vt autem interquieuimus, cum illa à me dicta essent, non vlterius se continuit, sed cum se contorsisset, ac collegisset serpentis in morem, irruit in nos, vt iam iam concerpturus ac dilaniaturus. Tum & ego, & Polemarchus desixi obstupuimus. Ille autem in medium clara & sonora voce. Quæ vos, inquit, iampridem nugandi libido tenet, ô Socrates? aut quid fatue inter vos altercamini, vicissim cedentes alter alteri? Quod si vero, ac serio nosse vis quid sit ius, ne tantum interroga; neque gloriolam aucupare redarguens, vt quis quidque responderit, sciens facilius interrogare quam respondere, sed & ipse responde & eloquere, quid tandem ius ipsum esse dicas. Neque illud mihi dixeris, iustum esse id quod oportet, neque id quod vtile est, neq; id quod conducit, neque quod lucrosum est, neque id quod confert, sed aperte mihi & accurate quicquid dixeris, dicito. Non enim acquiescam, si tales ineptias attuleris.

Mirifice illudit & exagitat Thrasymachi τὸ θρασὺ, καὶ τὸ ἰταμὸν, *vt in quadam epistola id vocat Basilius: ita vt si quis, quid hominis sit Thrasymachus, nesciat, ex hac tamen descriptione facile intelligere possit, vnum aliquem esse ex illis ventosis & inanibus Sophistis, qui omnium prope rerum imperiti, omnium sibi scientiam adrogabant. Atque vt pictores in tabulis partes quasdam deprimunt, atque opacant, quo ea quæ collustrata sunt, magis extare atque eminere videantur: Ita humi-*

lis

Digitized by Google

lis & de pressa Socratis oratio, ac verecundiæ timiditatisque plena impudentem Thrasymachi confidentiam insigniorem atque illustriorem facit: neq; vsquam magis apparet, quod à Thucydide sapientissime scriptum est, ὅπ' ἀμαθίᾳ μὲν θάρσος, φρόνησις δ' ὄκνον φέρει, *nam & cum inter se colloquerentur Polemarchus, & Socrates, eorum sermonem interrupisset, nisi ab iis qui adsidebant, prohibitus esset, & cum finem dicendi fecissent, gestu ipso ferociam quandam odiosam & ridiculam ostẽdit.; & orationis suæ Principium à contumeliis ducit: Quæ omnia Vesani hominis sunt, & ad conuictum ac consuetudinem ciuilem plane inepti. Pertinet autem huc quod Aristoteles lib. 2. Rhetoricorum, ait Herodicum solitum dicere, Thrasymacho, eum semper Thrasymachum esse; vt Conon dicebat, Thrasybulum, vere ac merito, Thrasybulum vocari. Athenæus lib. 11.* διαβάλλει δ' ὁ Πλάτων καὶ Θρασύμαχον χαλκηδόνιον Σοφιστὴν, ὅμοιον εἶναι λέγων, τῷ ὀνόματι.

Ἀντιλαμβάνεσθαι τοῦ λόγου] *non est, vt Marsilius putat,* contradicere, *sed* interponere se in sermonem.

Οὐ ἐπ' ἠσυχίαν ἦλθε] *Dicas de Sibylla aliqua esse sermonem: cui, vt numine afflata est,*

Non vultus, non color vnus.

Ἀλλὰ συστρέψας ἑαυτὸν ὥσπερ θηρίον] *Vt de serpente aliquo locutus est. solent enim serpentes impetum facturi in quempiam, colligere se, ac torquere in spiras. Ouidius.*

Ille volubilibus squamosos nexibus orbes Torquet.

Virgi-

Digitized by Google

Virgilius.

Squameus in spiram tractu se colligit anguis,

Ὡς διαρπασόμενος] *Duæ hic imagines sunt, ὥσπερ θηρίον, & ὡς διαρπασόμενος, breues & elegantes, quales commendat Demetrius περὶ ἑρμηνὶ, Metaphoris tamen sæpius vsum Platonem, quam imaginibus, & idem Demetrius, & alij veteres notarunt.*

Φλυαρία] φλύω *est*, bullio. φλυαρεῖν inanes sermones effutire, *similes bullarum, quæ in aqua excitantur.* φλυαρία παρὰ Πλάτωνι πανταχῇ πᾶν τὸ περιττὸν, εἴτ' ἐν λόγοις, εἴτ' ἐν πράγμασι. *Vetus quidam Scholiastes in Gorgiam.*

Εὐηθίζεσθαι] *Male Marsilius*, insanitis, *insanire est* μαίνεσθαι. *Etsi autem Stoici aiunt*, omnes stultos insanire, *recte tamen improbatur ea sententia, in Alcibiade secundo.*

Μὴ μόνον ἐρώτα] *Socrates in disputando nunquam respondere, aut adfirmare aliquid ipse, sed interrogare, & aliorum sententias dicere solebat. Cur respondendi partes nunquam susciperet, ea causa erat, quod se nihil scire profitebatur. Fuisset autem indecorum & ὑπεναντίον, qui nihil scire se diceret, eum quidquam pro certo respondere, aut adfirmare. Quod autem interrogabat alios, in eo se obstetricari animis dictitabat. Qua de re longa ipsius & elegans disputatio est in Theæteto: in qua ostendit hoc ipsum, sibi à multis obiici solitũ, quod perpetuo interrogaret nunquam responderet.* καὶ ὅπερ, *inquit*, ἤδη πολλοί μοι ὠνείδισαν, ὡς τοὺς μὲν ἄλλους ἐρωτῶ, αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀποκρίνομαι περὶ οὐδενὸς, διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν

Σοφὸν

Digitized by Google

Σοφὸν, ἀληθὲς ὀνειδίζουσι. τὸ δ' αἴτιον τούτου τόδε: μαινεσθαί με ὁ θεὸς ἀναγγάζει γυναῖν δὲ ἀπεκώλυσεν.

Καὶ ἐγὼ ἀκούσας] *Id est, Quibus ego auditis, obstupui, & in eum intuens timebam, atque, vt mihi quidem videor, nisi prior eum aspexissem, quam ipse me, obmutuissem. Nunc autem, cum ipse ex oratione nostra exacerbari inciperet, intuitus sum eum prior, quo factum est, vt ei respondere potuerim. Dixi igitur quodammodo tremens.*

Vrbanissime in Thrasymachum, tanquam in lupum quendam iocatur, vulgi enim opinio est, quos lupus prior aspexerit, eis vocem ad tempus adimi, vitari autem hoc malum, si quis lupum prior intuitus sit. Plinius lib. 8. Sed in Italia quoque creditur luporum visus esse noxius, vocemque homini, quem priores contemplentur, adimere ad præsens. *Solinus, hoc Italiæ proprium & certi cuiusdam luporum generis esse voluit: sic enim scribit in capite de Italia.* Italia lupos habet, qui cum cæteris similes non sint, homo quem prius viderint, conticescit, & anticipatus obtutu nocenti, licet clamandi votum habeat, non habet vocis ministerium. *Scholiastes Theocriti in* εἰδυλ. ιδ'. οἱ ὀφθέντες ἄφωνοι ὑπὸ λύκον δοκοῦσιν ἄφωνοι γίνεσθαι. *Virgilius.*

Vox quoque Mærim;
Iam fugit ipsa lupi Mærim videre priores:

Eius rei causam sunt qui quærant. Ego vulgarium & fabulosarum opinionum causas quærendas esse non arbitror.

Ὦ θρα-

Digitized by Google

Ὦ Θρασύμαχε μὴ χαλεπὸς ἡμῖν ἴσθι] *Id est, O Thrasymache, ne te durum nobis, ac difficilem præbeas. Nam si in examinandis rationibus ego & hic erramus, certo scito nos inuitos errare. Noli enim putare nos, si quidem aurum quæreremus, nunquam sponte cessuros alterum alteri in quærendo, ac nobis ipsis ad id reperiendum impedimento futuros: nunc autem cum iustitiam quæramus, rem multis partibus auro pretiosiorem; ita nobis imprudenter cedere, neque omni studio conari, vt res ipsa nobis, qualis sit appareat. Sed non possumus opinor. Itaque multo vos æquius est acutos, & perspicaces misericordia nostri commoueri, quam nobis indignari.*

In illo ἔχοντας εἶναι, *vacat,* τὸ εἶναι, *& ornatus tantum causa ponitur. Xenophon II.* παιδ. οὐδὲ μὲν φίλοις γε, οὐδὲ ξένοις ἑκὼν εἶναι γέλωτα παρέχεις.

Χαλεπαίνεσθαι] *passiue accipitur, sæpius tamen aliter.*

I. Σαρδώνιον] *Risus Sardonius, fictus, aut amarus, aut insanus. Zenodotus citat Æschylum de paræmiis, qui narrat Sardonios Carthaginensium Coloniam esse, qui senes septuagenarios sacrificent Saturno, ridentes interim.*

II. *Timæus, grandes natu parentes illic, in fossam præcipites à filiis dari, ridentes.*

III. *Clearchus de puero, qui stato die Saturni statuæ æreæ porrectis manibus, subiecto igni impositus torreretur, ac ridentis speciem præberet. Id ex eo quod ipse filios suos deuorasse diceretur.*

IV. Sed

Digitized by Google

IV. *Sed & in Italia, antequam Hercules, in Italiam veniret, Diti & Saturno, homines immolabantur. Arnobius lib. 2.*

V. *Herbam Sardoam Solinus, & Seruius in illum locum.*

Imo ego Sardois videar tibi amarior herbis.

Idem fere Tzetzes in Hesiod.

VI. *Latinus Drepanus in panegyrico, quem Theodosio dixit.* Serenos ergo nubilis mentibus vultus induebamus, & ad illorum vicem qui degustato sardorum graminum succo, feruntur in morte ridere, Imitabamur læta mœrentes.

VII. *Saluianus lib. 7. de vero iudicio & prouidentia Dei.* Sardonicis quodammodo herbis, omnem Romanum populum, putes saturatum, moritur & ridet.

VIII. *Cicero lib. 7. epistolarũ.* Videris enim mihi vereri, ne nisi istum cauerimus, rideamus, γέλωτα σαρδώνιον.

IX. *Dioscorides cap. 14. lib. 6. batrachij speciem ait esse Sardoniam herbam. Meminit & Pausanias lib. 10.*

X. *Paulus Ægineta lib. 3. cap. 20. inter signa.* τετάνου *ponit* γέλωτα σαρδώνιον.

XI. *Simonides. Talus æreus, opus Vulcani, dono datus Minoi, qui Cretam ter quotidie pedibus obibat. Ei vena erat vnica à ceruice ad talos pertinens. Is cum è Sardinia in Cretam transmittere prohiberetur, in ignem insiliebat. Deinde Sardinios pectori suo admotos exanimabat.*

XII.

Digitized by Google

XII. C. Gracchus repulsam passus, cum inimicos ridentes videret, exclamauit eos ridere γέλωτα σαρδώνιον Plutarchus in Gracchis.

XIII. Scholiastes Hesiodi exponit risum πλατύν, vt & hic accipiendum puto, pro risu stulto & immoderato, idque confirmatur verbo ἀνεκάγχασε, & multis aliis locis.

Εἶπεν, ἔφη] *Quædam similia notauit Budæus.*

Εἰρωνεία Σωκράτους] *Cicero lib. 4. Academ.* Socrates autem de se ipse detrahens in disputatione, plus tribuebat iis quos volebat refellere. Ita cum aliud diceret, atque sentiret, libenter vti solitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant. quam ait etiam in Africano fuisse Fannius. Idque propterea vitiosum in illo non putandum, quod idem fuerit in Socrate. *Idem 1. de officiis.* De Græcis autem dulcem & facetum, festiuique sermonis, atq; in omni oratione dissimulatorem, quem Græci εἴρωνα nominarunt, Socratem accepimus. ἀλαζόνες *sua extollunt in maius, & affingunt sibi ea quæ non habent.* οἱ δὲ εἴρωνες, ἐπὶ τὸ ἔλαττον λέγοντες, χαριέστεροι τὰ ἤθη φαίνονται. *& paulo post,* οἷόν καὶ Σωκράτης ἐποίει. *Aristoteles lib. 4. νικομαχ.* ἡ μὲν οὖν εἰρωνεία δόξειεν ἂν εἶναι, ὡς τύπῳ λαβεῖν προσποίησις ἐπὶ χεῖρον πράξεων καὶ λόγων. *Theophr.* ἐν χαρακτ. *si ipse est.*

Φημὶ γὰρ ἐγὼ εἶναι τὸ δίκαιον οὐκ ἄλλο τι ἢ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον] *Cicero epist. 1. ad Q. fratrem.* Ac mihi quidem videntur huc omnia esse referenda iis,

qui præsunt aliis: vt ij, qui erunt in eorum imperio sint quam beatissimi. *Et paulo post:* Est autem non modo eius, qui sociis, & ciuibus, sed etiam eius qui seruis, qui mutis pecudibus præsit, eorum quibus præsit commodis, vtilitatiq; seruire. *Idem lib. 1. de officiis:* Omnino qui Reipub. præfuturi sunt, vtilitatem ciuium sic tueantur, vt quicquid agũt, ad eam referant, obliti commodorum suorum. Vt enim tutela, sic procuratio Reip. ad vtilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorũ quibus commissa sunt, gerenda est. *Idem lib. 5. de Repub. vt ipse citat lib. 3. epist. ad Atticum:* Vt enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria; sic huic moderatori Reip. beata ciuium vita proposita est, vt opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Huius enim operis maximi inter homines, atque optimi, illum esse effectorem volo.

Εἰ Πολυδάμας ἡμῶν χείρων ὁ παγκρατιαστής] Pancratium *constat ex pugillatione & lucta. Plutarchus 2. Symposiac. cap. 4. Aristoteles 1. Rhetor.* Pentathlus *autem, quem* quinquercium *vocabant, cursu, lucta, saltu, disco, & iaculo. Idem Aristoteles.*

* * *

Si autem Lex bona est, vt ait Plato; bonum autem non nocet, cui sontibus & maleficis supplicia proponuntur? Pœna enim non videtur in numero bonorum numerari posse. Respondendum tamen est, pœnam quoque

Digitized by Google

bonam esse. Pœna enim remedium est, itaque quia contraria contrariis curantur, & voluptate plerunque adducuntur homines ad peccandum, ideo dolore corriguntur: vt recte Aristot. lib. 11. Nicomachiæ. Remedia autem non adhibentur, vt damnum adferant ægrotis, sed vt eis consulatur. Sic pœnæ infliguntur, non, vt omnino non sint qui puniuntur, sed vt amplius tales non sint. Itaque vt ei qui morbo aliquo laboret, melius est, optabiliusque curari, quam non curari; ita vitioso melius est puniri, quam non puniri: Neque quicquam miserius vitioso impunito. Protagoras apud Platonem in Protagora. οὐδεὶς γὰρ κολάζει τοὺς ἀδικοῦντας πρὸς τούτῳ, τὸν νοῦν ἔχων, καὶ τούτου ἕνεκα ὅτι ἠδίκησεν. ὅστις μὴ ὥσπερ θηρίον ἀλογίστως τιμωρεῖται. ὁ δὲ μετὰ λόγου ἐπιχειρῶν κολάζειν, οὔτ' οὐ, παρεληλυθότος ἀδικήματος τιμωρεῖται, οὐ γὰρ ἂν τόγε πραχθὲν ἀγένητον θείη, ἀλλὰ τοῦ μέλλοντος χάριν, ἵνα μὴ αὖθις ἀδικήσῃ μήτε αὐτὸς οὗτος μήτε ἄλλος ὁ τοῦτον ἰδὼν κολασθέντα. *Idem docetur in Gorgia. Taurus philosophus tertiam causam addit, quem vide apud Gellium lib. 6. cap. 14. Quod si pœna remedium est, dubitari non potest, quin bona sit, & ignoranti debeatur, vt discat.*

Digitized by Google

qui præsunt aliis: vt ij, qui erunt in eorum imperio sint quam beatissimi. *Et paulo post:* Est autem non modo eius, qui sociis, & ciuibus, sed etiam eius qui seruis, qui mutis pecudibus præsit, eorum quibus præsit commodis, vtilitatiq; seruire. *Idem lib. 1. de officiis:* Omnino qui Reipub. præfuturi sunt, vtilitatem ciuium sic tueantur, vt quicquid agũt, ad eam referant, obliti commodorum suorum. Vt enim tutela, sic procuratio Reip. ad vtilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorũ quibus commissa sunt, gerenda est. *Idem lib. 5. de Repub. vt ipse citat lib. 8. epist. ad Atticum:* Vt enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria; sic huic moderatori Reip. beata ciuium vita proposita est, vt opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Huius enim operis maximi inter homines, atque optimi, illum esse effectorem volo.

Εἰ Πολυδάμας ὑμῶν χείρων ὁ παγκρατιαστής] Pancratium *constat ex pugillatione & lucta. Plutarchus 2. Sympos. cap. 4. Aristoteles 1. Rhetor.* Pentathlus *autem, quem* quinquercium *vocabant, cursu, lucta, saltu, disco, & iaculo. Idem Aristoteles.*

* * *

Si autem Lex bona est, vt ait Plato; bonum autem non nocet, cur fontibus & maleficis supplicia proponuntur? Pœna enim non videtur in numero bonorum numerari posse. Respondendum tamen est, pœnam quoque

Digitized by Google

bonam esse. Pœna enim remedium est, itaque quia contraria contrariis curantur, & voluptate plerunque adducuntur homines ad peccandum, ideo dolore corriguntur: vt recte Aristot. lib. 11. Nicomachiæ. Remedia autem non adhibentur, vt damnum adferant ægrotis, sed vt eis consulatur. Sic pœnæ infliguntur, non, vt omnino non sint qui puniuntur, sed vt amplius tales non sint. Itaque vt ei qui morbo aliquo laboret, melius est, optabiliusque curari, quam non curari; ita vitioso melius est puniri, quam non puniri: Neque quicquam miserius vitioso impunito. Protagoras apud Platonem in Protagora. οὐδεὶς γὰρ κολάζει τοὺς ἀδικοῦντας πρὸς τούτῳ, τὸν νοῦν ἔχων, καὶ τούτου ἕνεκα ὅτι ἠδίκησεν. ὅστις μὴ ὥσπερ θηρίον ἀλογίστως τιμωρεῖται. ὁ δὲ μετὰ λόγου ἐπιχειρῶν κολάζειν, οὐτ' οὐ, παρεληλυθότος ἀδικήματος τιμωρεῖται, οὐ γὰρ ἂν τόγε πραχθὲν ἀγένητον θείη, ἀλλὰ τοῦ μέλλοντος χάριν, ἵνα μὴ αὖθις ἀδικήσῃ μήτε αὐτὸς οὗτος μήτε ἄλλος ὁ τοῦτον ἰδὼν κολασθέντα. *Idem docetur in Gorgia. Taurus philosophus tertiam causam addit, quem vide apud Gellium lib. 6. cap. 14. Quod si pœna remedium est, dubitari non potest, quin bona sit, & ignoranti debeatur, vt discat.*

Digitized by Google

M. ANT. MVRETI IN SECVNDVM LIBRVM PLATONIS DE REPVBLICA Commentarius.

Ἐγὼ μὲν ἓν ταῦτα εἰπὼν] *Id est, Hæc igitur cum dixissem, ego quidem me disputandi onere leuatum arbitrabar. At ea, vt quidem videtur, prolusio tantum, ac præcursio quædam fuit. Glauco enim vt semper ad omnia acri imprimis, ac præsenti animo est, ita tunc, quod defatigatus Thrasymachus manus quodammodo dedisset, æquo id animo non tulit: Sed, heus tu, inquit, Socrates, satísne hoc tibi est, si nobis persuasisse videaris, præstare omnibus modis iustum esse quam iniustum, an id reuera persuadere vis? Multo, inquam malim, vero ac serio id persuadere, si, quidem in me situm sit. Non igitur, inquit, id quod tibi proposuisti efficis. Etenim, dic mihi. Nonne tibi videtur aliquod eiusmodi bonum esse, vt id habere cupiamus, non ea quæ ex ipso consequuntur appetentes, sed eius, per se, ac suapte vi, amore ac studio ducti, quale est gaudere, quales sunt voluptates eæ, quæ nihil cuiquam damni adferunt: etiamsi nihil postea aliud consecuturum sit, quam vt eius adoptione, quasique possessione lætemur? Certe, inquam, tale*

mihi

Digitized by Google

mihi esse aliquod bonum videtur. Quid? Nonne & aliud quoddam, quod & causa sua, & propter ea quæ oriuntur ex eo amamus? quale est sapere, videre, bene valere. Talia enim vtroque nomine cara habemus. Assensus sum. Tertium autem quoddam vides, inquit bonorum genus, in quo est exerceri, &, cum ægrotes, curari, & medicinam alij facere, & quæuis alia conficiendæ pecuniæ ratio? Nam hæc laboriosa quidem sunt, sed vtilia, Neque vnquam ea expeteremus propter se, sed mercedibus, & aliis vtilitatibus, quæ ex illis exoriuntur adducti. Nempe, inquam, est & hoc tertium genus. Quid iam? in quo istorum, inquit, trium generum iustitiam collocas? Equidem, inquam, in eo, opinor, quod omnium pulcherrimum est: quodque ei qui ad beatam vitam, peruenturus sit, amabile est, tum ipsum per se, tum ob illa quæ enascuntur ex eo. Multis, inquit, non ita videtur: sed ex illo potius esse laborioso genere, quod mercede adducti, & vt bene de nobis existiment homines, opinionis causa persequendum est: ipsum autem per se fugiendum, vt quod asperum, molestumque sit. Scio, inquam, ita videri, & iampridem ego, vt videtur, tardus quodammodo, atque in docilis sum.

Cum Thrasymachus à Socrate conuictus, ac confutatus, manus, vt aiunt, dedisset, suscipiunt iniustitiæ defensionem, ac patrocinium Glauco & Adimantus, eamque multo firmius, ac neruosius defendunt, quam à Thrasymacho factum erat, illud tamen præfati, se non ea dicere quæ sentirent, sed quæ vulgo pro iniustitia dicerentur, quæque ipsi redargui ac refutari cuperent, ita

Digitized by Google

vt omnibus vtilitatibus detractis amandam, & expetendam esse: iniustitiam contra fugiendam, & auersandam, non tantum impunitate proposita, sed etiam si certum atque exploratum sit, illius ope nos perpetuo in summa corporis, & externorum bonorum affluentia esse victuros. Tum igitur Socrates eis collaudatis, & rei difficultate demonstrata, vero ac serio iustitiam defendere aggreditur, & vsus illa nobili similitudine, de duabus tabulis, quarum in vtraque idem scriptum esset, sed in altera, minutioribus, in altera grandioribus litteris; in Reipublicæ descriptionem ingreditur: vt cum constiterit, quæ vis & natura iustitiæ, in vniuersa ciuitate sit, ex eo etiam quid in singulis hominibus valeat, quidque, in cuiusque animo efficiat, intelligatur. Hæc huius secundi libri summa est.

Αείτε ἀνδρειότατος ὧν τυγχάνει] *Etiam bellica laude præstant Glauco, & Adimantus, egregiamque in bellis operam Reipublicæ nauauerant, quo respicit hoc loco Socrates.*

Τὴν ἀπόῤῥησιν] *Qui enim ipse non facile cederet, indignari solet, cum alium, mollitia, ac laboris fuga, nimis facile aduersario cedentem videt.*

Αρά σοι δοκεῖ] *Fundamentum quoddam est futuræ disputationis, hæc tripartita* boni *diuisio. Solent autem Mathematici principio disputationum suarum, quædam sumere, ponere, postulare, quibus vtantur, ad demonstrandum quod volunt: neque laborant, prima illa, ab auditore concedantur, an minus: ipsi enim nihilominus eis vtuntur vt veris. At Dialectici interrogan-*

do

do progrediuntur, & ex iis tantum, quæ concessa sunt, argumentantur: vt hic facere Glauconem videmus. Bonum est, quod expetendum est, sive vt ait Aristoteles, οὗ πάντα ἐφίεται, ὃ διώκει ἅπασα ψυχή, ait Plato 6. horum librorum. Neque tamen est hæc boni finitio. Nam definitio est, ex prioribus natura, & ex causis. Hæc autem ducitur ex posterioribus, & ex effectis. Non enim quia expetitur, bonum est: sed quia bonum est, expetitur. Omnino autem bonum proprie definiri non potest, cum æque late pateat, atque id quod est, pertineatque ad omnes Categorias.

Sed quicquid expetitur aut suapte tantum causa expetitur, aut propter aliud tantum, aut vtroque nomine. Per se tantum, vt voluptas ἡδονὴς γὰρ ἐπερωτᾷ, τίνος ἕνεκα ἥδεται, ὡς καθ' αὑτὴν ὅσαι αἱρεταὶ τὴν ἡδονήν. ait Aristoteles X. ad Nicomachum. Propter aliud tantum, vt laboriosæ exercitationes corporis, vt sectiones, vt vstiones, vt sumptiones Pharmacorum. vtroque nomine, vt sensus. αἱ γὰρ αἰσθήσεις, καὶ χωρὶς τῆς χρείας ἀγαπῶνται. δι' ἑαυτάς. ait idem primo. τῶν μετὰ τὰ φυσ. Vt bona valetudo, vt bona hominum de nobis existimatio, vt virtutes. Quærit igitur Glauco de Socrate, in quo horum generum iustitiam reponendam censeat. At ille in eo, quod omnium pulcherrimum, ac præstantissimum est, quod & per se & propter aliud expetitur. Nam & multa, magnaque bona, è iustitia manare, vt amorem, & caritatem, & bonam de nobis existimationem nostrorum ciuium, quæ sunt vitæ, sine metu degendæ præsidia firmissima: & in omnibus detractis, tamen ipsam

suapte vi atque natura amabilem, & expetendam esse. At contra, Glauco multis eam, ex illo potius genere videri, quod omnium infimum minimeque expetendum est: vt quod per se quidem amabile non sit, sed aliorum tantũ causa expetatur. Etenim si cui potestas detur, sine vlla infamia, sine vllo metu supplicij, quod aut à Diis, aut ab hominibus impendeat, omnia pro sua libidine faciendi, neminem ita stultum, aut simplicem fore, vt iustitiam colat, ac non potius alienas opes ad se conuertat, alienis vxoribus, ac liberis ad explendam libidinem suam illudat, potentissimas vrbes, ac florentissima imperia occupet, iustitiam valere iubeat, vllis se legibus teneri neget: idque vel ex tyrannis facillime perspici, qui quo potẽtiores sunt, eo sunt iniustiores, atq; ita viuunt, vt in summa impunitate ac licentia iniustitiæ, summã felicitatem collocare videantur, quorum etiam illa vox est, priuatorum hominum esse fidem seruare, ac iustitiam colere: sibi omnia licere, se legibus solutos esse: quod ipsi egerint, fore vt id qualecunq; sit, ij qui minus possunt, non perferre tantum, sed etiam vt recte factum commendare cogantur. *Sed argumenta quidem, quæ ex vtraq; parte adferuntur, suis locis singillatim & cognoscentur, & explicabuntur.*

Nunc, antequam progrediamur vlterius, tollenda est quædam, quæ ex iis quæ hoc loco dicuntur, oriri posset difficultas. Videtur enim Socrates, ea bona præstantiora dicere, quæ & propter se, & propter aliud, quam quæ propter se tantum expetuntur. Et certe probabile

videtur,

videtur, quo quidq; pluribus de causis expetendum est, eo magis expetendum esse. Et vt è duobus malis, si alterum sit eiusmodi, vt qui eo affectus sit, eo vno defunctus intelligatur, neq; ex eo, in vllum aliud malum incidat, alterum autem tale, vt ex eo alia atque alia mala deinceps oritura sint, prius illud leuius, ac tolerabilius esse videatur: ita si duo sint eiusmodi bona, vt eorum vnius adeptio, nullum aliud ex se bonum propagatura, quasique proseminatura sit: alterum autem si consecutus sis, gradum tibi etiam ad alia consequenda feceris, nemo opinor, sit, quin hoc posterius pluris faciendum, & minore studio persequendum putet. Sed obstare videtur Aristotelis auctoritas, cuius, ex primo ad Nicomachum, hæc verba sunt. Τελειότερον δὲ λέγομεν, τὸ καθ' αὑτὸ διωκτὸν, ἢ δ' ἕτερον, καὶ τὸ μηδέποτε δ' ἄλλο αἱρετὸν τῶν, καθ' αὑτὰ καὶ διὰ τοῦθ' αἱρετῶν, καὶ ἁπλῶς δὲ τέλειον τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετὸν ἀεὶ, καὶ μηδέποτε δ' ἄλλο. *Et felicitas videretur esse minus bonum quam ὑγίεια. Vide cap. 18. lib. 4. variar. lect.*

Dissolutio quæstionis. Plato loquitur hic de aliis bonis præter felicitatem, vt ostendunt illa verba, τῷ μέλλοντι μακαρίῳ εἶναι. *Sic omnibus bonis bene ac male vti posse nos, præterquam virtute, ait Aristoteles primo Rhetoricorum, cum tamen felicitate neque bene, neq; male quisquam vti possit. Nam si felicitas etiam hic à Platone comprehederetur, & falsum esset quod dicitur, & falsa illa quæ in malis, à nobis allata est similitudo.*

Neq; Aristoteles dicit. τὸ μηδέποτε δ' ἄλλο αἱρετὸν, αἱρετώτερον ἢ τῶν καθ' αὑτὰ καὶ δ' ἄλλο αἱρεῖν. *Sed* τῶν

Digitized by Google

καθ' αὑτὰ καὶ διὰ τοῦτο. *Nam & alioqui sequeretur leuem aliquam voluptatem, & bonæ valetudini, & integritati sensuum, & virtuti ipsi anteponendam esse, quod ab Aristotelis sententia alienissimum est. Duobus modis euenit, vt ex bono aliquo, aut ex malo, nullum aliud bonum, aut malum sequatur, aut quia leue est,* καὶ ἄγονον, καὶ ἀνεμώλιον, ἤτοι ὑπηνέμιον, *aut quia vltimũ.*

Περὶ ἑκατέρου] *Virgilius:*

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Tibullus.

Cantus & irata detinet anguis iter.

Lucilius.

Iam disrumpetur medius, iam vt Marsus Colubros
Disrumpit cantu, venas cum extenderit omnes.

Plinius cap. 2. lib. 28. Figlinarum opera multi rumpi credunt tali modo: non pauci etiam serpentes ipsas incantari, & hunc vnum esse illis intellectum, contrahiq; Marsorum cantu, etiã in nocturna quiete. *Alibi simpliciter dicit Marsis non nocere serpentes. Et c. 2. lib. 7.* Crates Pergamenus in Hellesponto circa Parium, genus hominum fuisse tradit, quos Ophiogenes vocat, serpentum ictus contractu leuare solitos, & manu imposita venena extrahere corpori: Varro etiam nunc esse paucos ibi, quorum saliuæ contra ictus serpẽtum medeantur. Similis & in Africa gens Psyllorum fuit, vt Agatarchides scribit, à Psyllo Rege dicta, cuius sepulchrum in parte Syrtium maiorum est. Horum

Digitized by Google

rum corpori ingenitũ fuit virus exitiale ſerpentibus: vt cuius odore ſopirent eas. Mox vero liberos genitos protinus abiiciendi ſæuiſsimis earum: eoq; genere pudicitiam coniugum experiendi, nõ profugientibus adulterino ſanguine natos ſerpentibus. Hæc gens ipſa quidem internecione ſublata eſt à Naſamonibus, qui nunc eas tenent ſedes, genus tamen hominum ex iis qui profugerant, aut, cum pugnatum eſt, affuerant, hodieque remanet in paucis. Simile & in Italia Marſorum gente durat, quos à Circes filio ortos ferunt, & ideo ineſſe eis vim naturalem eam: & tamen omnibus hominibus, contra ſerpentes ineſt venenum, feruntque iſtas ſaliua, vt feruentis aquæ contactum fugere, quod ſi in fauces penetrauerit etiam mori, idque maxime humani ieiuni oris.

Varro lib. 1. rerum humanarum. Vt habent Parij, qui vocantur ὀφιογενεῖς, & in Africa Pſyllos, quorum ὀφιογενεῖς, cum arbitrantur ſuppoſitum eſſe aliquem in ſtirpe, ei admouent, vt pungat, colubrum, cum pupugerit, ſi de genere ſit, viuere, ſi non ſit, mori. *In eodem.* Admota aſpis cũ pupugerit, ſi nõ occidat, ſciat ex Pſyllorum ſtirpe eſſe. *Vide lib. 2. var. lect. c. 2. Solinum ca. 8.* Gentem Marſorũ à ſerpentibus illæſam eſſe nihil mirum. A Circes filio, ij genus ducunt,

&

& de auita potentia deberi sibi sciunt seruitium venenorum: ideo venena contemnunt. *De vtrisq; videndus Gellius lib.16.cap.11.qui etiam fabulam ex Herodoto lib.4.refert de Psylli ab Austro deletis. Plutarchus in Catone,* καὶ τοὺς καλουμένους ψύλλους ἐπαγόμενοι, οἱ τάτε δήγματα τῶν θηρίων ἰῶνται τοῖς σώμασιν ἕλκοντες, τὸν ἰὸν, αὐτάτε τὰ θηρία καταπᾴδοντες ἀμβλύνουσιν, καὶ κηλοῦσιν. *Lucanus lib.9.*

Vix miseris serum tanto lassata periclo,
Auxilium fortuna dedit, Gens vnica Terras
Incolit à sæuo Serpentum innoxia morsu
Marmaridæ Psylli, par lingua potentibus herbis:
Ipse cruor tutus: nullumq; admittere virus
Vel cantu cessante potest. natura locorum
Iussit, vt immunes misti serpentibus essent.
Profuit in mediis sedem posuisse venenis,
Pax illis cum morte data est. Fiducia tanta est
Sanguinis, in terram paruus cum decidit infans,
Ne qua sit externæ Veneris mistura timentes,
Letifica dubios explorant aspide partus,
Vtq; Iouis volucer, calido cum protulit ouo,
Implumes natos, solis conuertit ad ortus,
Qui potuere pati radios, & lumine recto
Sustinuere diem, cœli seruantur in vsus,
Qui Phœbo cessere, iacent, sic pignora gentis
Psyllus habet: si quis tactos non horruit angues;
Si quis donatis lusit serpentibus infans,
Nec solum gens illa sua contenta salute
Excubat hospitibus; contraq; nocentia monstra

Psyl-

Digitized by Google

Psyllus adest populis; Et paulo post:

at si quis peste diurna
Fata trahit, tunc sunt magna miracula gentis.
Psyllorumq; ingens erepti pugna veneni,
Nam primum tacta designat membra saliua,
Quæ cohibet virus: retinetq; in vulnere pestem.
Plurima tum voluit spumanti carmina lingua
Murmure continuo: nec dant suspiria cursus
Vulneris, aut minimum patiuntur fata tacere.
Sæpe quidem pestis nigris inserta medullis
Excantata perit, sed si quod tardius audit
Virus & elicitum, iussumq; exire repugnat:
Tunc super incumbens pallentia vulnera lambit,
Ore venena trahens, & siccat dentibus artus,
Extractamq; tenens gelido de corpore mortem
Exspuit, & cuius morsus superauerit anguis,
Iam promptum Psyllis vel gustu nosse venenum.

Sillius lib. 8.

Ha bellare acies norant: At Marsica pubes,
Et bellare manu, & Chelydris cantare soporem
Vipereumq; herbis hebetare, & carmine dentem.

Suetonius in Augusto. Cleopatrę, quam seruatam Triumpho magnopere cupiebat, etiam Psyllos admouit, qui venenum, ac virus exsugerent, quod periisse morsu aspidis putabatur. *Scribit Cornelius Celsus in 5. quod memoratu dignum est, Psyllos non habere scientiam aduersus venena præcipuam, sed audaciam vsu ipso confirmatam, qua vulnera exsugant, namque venenum serpentis, non gustu,*

sed

Digitized by Google

sed in vulnere nocet: Ergo quisquis exemplum Psylli secutus exsuxerit, & tutus ipse erit, & tutum hominem præstabit. Lucianus φιλοψεύδει. ὁ δὲ καὶ ἄλλα ἐποίησε θεσσέσια ὡς ἀληθῶς. εἰ γὰρ τὸν ἀγρὸν ἐλθὼν ἔωθεν ἐπειπὼν ἱερατικά τινα ἐκ βίβλου παλαιᾶς· ὀνόματα ἑπτὰ θείῳ, καὶ δαδὶ καθαγνίσας τὸν τόπον, περιελθὼν ἐς τρὶς ἐξέλασεν ὅσα ἦν ἕρπετα ἐν τὸς τῶν ὅρων. Ἧκον οὖν ὥσπερ ἑλκόμενοι πρὸς τὴν ἐπῳδὴν ὄφεις πολλοὶ, καὶ ἀσπίδες. καὶ ἐχίδναι, καὶ κεράσται, καὶ ἀκοντίαι, φρηνοίτε καὶ φύσαλοι· ἐλείπετο δὲ εἷς δράκων παλαιὸς, ὑπὸ γήρως, οἶμαι, ἐξερπύσαι μὴ δυνάμενος, παρακούσας τοῦ προστάγματος. ὁ δὲ μάγος οὐκ ἔφη παρεῖναι ἅπαντας ἀλλ' ἕνα τινὰ τῶν ὄφεων, τὸν νεώτατον χειροτονήσας, πρεσβευτὴν ἔπεμψεν ἐπὶ τὸν δράκοντα καὶ μετὰ μικρὸν ἧκε κακεῖνος. ἐπεὶ δὲ συνηυλίσθησαν, ἐνεφύσησε μὲν αὐτὰ ὁ βαβυλώνιος. τὰ δὲ αὐτίκα μάλα κατεκαύθη ἅπαντα ὑπὸ τῷ φυσήματι· ἡμεῖς δὲ ἐθαυμάζομεν. Εἰπέ μοι, ὦ ἴων, ἦν δ' ἐγὼ, ὁ ὄψις ὁ πρεσβευτὴς, ὁ νεὸς, ἆρα, καὶ ἐχειραγώγει τὸν δράκοντα ἤδη, ὡς φῆς, γεγηρακότα, ἢ σκίπωνα ἔχων ἐκεῖνος ἐπεστηρίζετο. *Hæc omnia contemni possent. sed obstare videtur quod scriptum est Psalm. 57.* Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas. Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.

Nihilominus tamē credo talium carminum nullam esse vim. Nam omne agens naturale agit per cōtactum; Præter naturam autem solus Deus facit, qui facit mirabilia

rabilia solus. *Maligni, quas prestigias interdum faciunt, ea riderentur, si homines acute eas videre possent: vt sæpe eas sancti irriserunt, vt si quis videret aliquē commouētem caput mortui, & ex eo persuadere volentem, mortuum illum viuere, rideret. Ita ipsi interdum mouent serpentes, vt fides habeatur superstitionib.*

S. Augustinus lib. 11. de Genesi ad litteram. Nam & quod putantur audire, & intelligere serpentes verba Marsorum, vt eis incantātibus prosiliant plerumque de latebris, etiam illic diabolica vis operatur. *Idem tamen in illum Psalmū, putat fieri posse, vt ita sit, & ait vulgo dici, aspidem dum incantatur à Marso, alteram aurium terra obuertere, alteram cauda obturare. Et in Psal. 66. exponens illud.* Renouabitur sicut Aquila iuuentus tua, siue, *inquit*, vera sint illa, fratres, quæ dicuntur de serpēte, vel de Aquila, siue sit fāma potius hominum, quam veritas, veritas tamen est in scripturis, & non sine causa hoc dixerūt scripturæ. Nos quicquid illud significat faciamus: & quam sit illud verum, nō laboremus. *Et paulo infra*: Res ipsa forte ita est, forte non est ita. Tu profice; tibi valeat ad salutem ista similitudo.

Illud tamen de Aquila, aliter ab aliis exponitur: sed audiri putabāt oportere voces; alioqui nihil efficere. Sic in luna.

Carmina de cœlo vidi deducere lunam, &,
Hanc ego de cœlo ducentem sidera vidi.

Idcirco

Idcircoque aris tinnitu ei laboranti auxiliari se putabant. auctor Tacitus lib.1. S. Ambrosius sermone 82. Galenus de Spermate lib.1. ὁμολογῷ τὸ πάθος τ' ὐμὸν, ὃ παρ' ὅλον ἐμαυτοῦ τὸν βίον ἔπαθον, ὀνδενὶ πιστεύσας τῶν διηγουμένων τὰ τοιαῦτα πρὶν πειραθεῖναι, καὶ αὐτὸς ὧν δυνατὸν ἦν εἰς πεῖραν ἐλθεῖνμε ὐκοῦν οὐδὲ περὶ τούτου τοῖς αὐτόπταις φάσκουσι γεγονέναι πολλάκις ὧν διηγοῦνται, πιστεύειν ἔμελλον μόνοις, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα συμφωνοῦντας ἑώρων αὐτοὺς, ἀλλὰ τῇ συνήθει χρώμενος ἀπιστίᾳ διττὴν ἐποιησάμην τὴν βάσανον.

Επιθυμῶ γὰρ ἀκοῦσαι] *S. Ambrosius lib.1. de officiis, cap.12.* Laudatur in Platone, quod in Politia sua posuit, eum qui contra iustitiam disputandi partes recepisset, postulare veniam dictorum quę non probaret, & veri inueniendi, atque examinandi disputationis gratia, illam sibi impositam personam dicere. Quod eo vsque Tullius probauit, vt in libris, quos scripsit de Republica, eam sententiam dicendam putauerit. *Hoc ipsum de furio S. Augustinus lib.2. de ciuit. Dei, cap.21.* Suscepit Philus disputationem eorum, qui sentirent sine iniustitia non posse regi Rempublicam, purgans se præcipue, ne hoc ipse sentire crederetur. *Explicare me non possum ab iis quæ in contrarium adferuntur: eisque quasi vinctus, atque impeditus teneor. Est enim animus* ἀπορῶν *ligati similis. Aristoteles 2.* τῶν μετὰ φυσ. ἔστι δὲ τοῖς εὐπορῆσαι βουλομένοις προύργου τὸ διαπορῆσαι καλῶς. ἡ γὰρ ὕστερον εὐπορία λύσις τῶν πρότερον ἀπορου-

ἀπορουμένων δὲ. λύειν δὲ οὐκ ἔστιν ἀγνοοῦντα τὸν δεσμὸν, ἀλλ' ἢ τῆς διανοίας ἀποεία δηλοῖ τοῦτο, περὶ ὃ πράγματος. ᾗ γὰρ ἀπορεῖ, ταύτῃ παραπλήσιον πέπονθε τοῖς δεδεμένοις.

Ὡς ἀῤῥωσίᾳ δ' ἀδικεῖν πιμώμενον] *Inepte Marsilius illud πιμώμενον vertit*, tanquam iniuriarum inferendarum obstaculum.

Καὶ ἐνταῦθεν δὴ ἄρξασθαι] *Horatius lib.1.Sat.3.*

Cum prorepserunt primis animalia Terris,
Mutum & turpe pecus glandem atq; cubilia propter
Vnguibus & pugnis, dein fustibus atque ita porro
Pugnabant armis quæ post fabricauerat vsus.
Donec verba quibus voces sensusq; notarent
Nominaque inuenere: dehinc absistere bello,
Oppida cœperunt munire, & ponere leges,
Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.

Et paulo post:

Iura inuenta metu iniusti, fateare necesse est:
Tempora, si fastosque velis euoluere mundi,
Nec natura potest iusto secernere iniquum.
Diuidit vt bona diuersis, fugienda petendis.

Multa etiam eadem de re Lucretius lib.5. Plurima apud Platonem in Gorgia, Quædam etiam lib.10. de legibus vbi ait, τὸ δικαιότατον *videri plerisque.* ὅπῃ ἂν νικᾷ βιαζόμενος.

Εἴη δ' ἡ ἐξουσία] *Cicero 3. de officiis.* Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, de-

Digitized by Google

ſcendit in illum hiatum, æneumque equum, vt ferunt fabulæ, animaduertit, cuius in lateribus fores eſſent: quibus apertis, hominis mortui vidit corpus magnitudine inuſitata: annulumque in digito aureum, quem vt detraxit, ipſe induit. Erat autem Gyges regius paſtor, tum in concilium paſtorum ſe recepit. Ibi cum palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipſe autem videbat omnia. Idem rurſus videbatur, cum in lucem annulum inuerterat. Itaque hac opportunitate annuli vſus: reginæ ſtuprum intulit, eaque adiutrice Regem Dominum interemit: ſuſtulit quos obſtare arbitrabatur, nec in iis eum facinoribus quiſquam potuit videre. ſic repente annuli beneficio Rex exortus eſt Lydiæ. *Aliter Herodotus lib. 1.*

Καί τοι μέγα τυτο] *Græcus Schol. σαφῶς ἂν δυϊαι τό πε ἐκ τύτυ τεκμαίρεσθαι, ὅπ ὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων τῇ ἑαυτῦ βυλήσει τὶν δικαιοσύνλν πμᾷτε καὶ ὁσιπδάει, ϗ τρῖς τῶν νόμων ἀκολυθεῖ πρόσαγμασιν, ἀλλὰ προσβιαζόμενος, ὡς τῆς δικαιοσύνης ὐκ αἱρετῆς καθ' ἑαυτὶν ὔσης, ὐδὲ τὸ παράπαν ὀφελύσης τὸν ἔχοντα.*

Τεκμήειον] *Marſilius vertit* coniectura *male, perinde ac ſi ſcriptum eſſet, ὅθεν ὐκ ἀλόγως ἂν ὑπολάβοι πε. At longe aliud eſt.* τεκμήειον. *Nempe, vt ait Ariſtoteles, τὸ ἀναγκαῖον. Ὅταν γὰρ μὴ ἐνδέχεσθαι οἷον ϑ λύσαι τὸ λεχθὲν τότε φέρειν οἴονται τεκμήειον, ὡς δεδειγμένον, καὶ πεπερασμένον. τὸ γὰρ τέκμαρ, καὶ τό-*

Digitized by Google

ρας ταυτὸν ἐστι κατὰ τὴν ἀρχαίαν γλῶτταν. *Pindarus extremo* εἴδει Νεμ.

Τὸ δ' ἐκ Διὸς ἀνθρώποις σαφὲς οὐχ ἕπετο τέκμαρ.

dicitur & Τέκμωρ. *Iliad.* η.

εἴσοκε τέκμωρ

Ιλιου ἕυρωσιν.

Οὐδεὶς ἑκὼν] *Valde dissimile illud.*

Οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς, οὐδ' ἄκων μάκαρ.

Quod tamen Platoni probatur in Gorgia, & alibi, at Aristoteli improbatur.

Ιδίᾳ] *Nam* κοινῇ *quidem vtile esse nemo negare audebat. Sed eam dicebant,* εἶναι ἀλλότριον μὲν ἀγαθὸν, οἰκείαν δὲ ζημίαν. *Euripides Princip. Heraclidarum.*

Πάλαι ποτ' ἐστὶ τοῦτ' ἐμοὶ δεδογμένον.

Ὁ μὲν δίκαιος τοῖς πέλας πέφυκ' ἀνήρ.

Ὁ δ' εἰς τὸ κέρδος, λῆμ' ἔχων ἀνειμένον,

Πόλειτ' ἄχρηστος, καὶ συναλλάσσειν βαρύς

Αὐτῷ δ' ἄριστος.

Multæ autem improbæ sententiæ fluxerunt ab Euripide. vt in Oreste.

Μέλλει τὸ θεῖον δ' ἐστὶ τοιοῦτον φύσει.

Et,

Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ' ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Iuraui lingua mentem iniuratam gero.

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι

Κάλλιστον ἀδικεῖν τ' ἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.

Quos Cæsar semper in ore habebat, & ita conuerterat,

Nam si violandum est ius, imperij gratia

Violandum est, aliis rebus pietatem colas.

Digitized by Google

Sueton. in Iulio cap. 30. Imprimis autem memorabile est quod refert Seneca lib. 21. Epistolarum epist. 116.

Sine me vocari pessimum, vt diues vocer
An diues, an bonus nemo, omnes quærimus.

Et hoc nomine vehementer exagitatur Euripides apud Aristophan. in βατραχοις. Contra atque euenit Terentio docenti Heautont. in illo.

Homo sum.

Sentio, cuiusmodi hospitem ad has epulas acceperim: sæpeque mihi venit in mentem id quod apud Euripidem Electra Rustico illi, cui nupserat, dicit.

Ὠ τλῆμον, εἰδὼς δωμάτων χρείαν σέθεν,
Τὶ τύσδ' ἐδέξω μείζονας σαυτῷ ξένους;

Sed consolatur me quod ille respondet:

Τί δ' εἰπὼν εἰσὶν, ὡς δοκοῦσιν, εὐγενεῖς,
Οὐκ ἔν τε μικροῖς, ἔν τε, μὴ, σέρξουσ' ὅμως,

Id est,

Quid vero, si sunt, vt videntur, nobiles,
Non parua adæque & magna consulent boni?

Venit etiam in mentem mihi Hercules, quem paulo post deum futurum, in pauperis Molorchi tectis non iniucunde hospitatum esse fabulæ ferunt. Sed tamen vt villici, si quando Dominum venatu fessum, aut imbri subito deprehensum, tugurio suo exceperunt, cum præter panem cibarium, & vappam, aut loream, nihil fere habeant, quod ei apponant, perlustrant tamen penariam cellam, & sicubi forte, aut pernam sale, ac fumo duratam, aut tergus suillum, aut callum aprugnum reconditum, ac sepositum habent, promunt, ac proferunt

pau-

Digitized by Google

pauperes diuitias, vt animum saltem suum hero, atque hospiti probent: ita ego nunc excutio omnes arculas memoriæ meæ: &c.

Floriferis vt apes in saltibus omnia libant,
Vagor itidem, quod de se alicubi Pindarus ait, Per prata musarum, si forte possim ex multis & variis floribus sertum, aut corollam ei non prorsus iniucundam contexere. Sequitur apud Platonem.

Ἐπεὶ ὅπου γ' ἂν οἴηται ἕκαστος] *Aristoteles quoque alicubi in Rhetoricis ait homines faciendæ iniuriæ occasionem nactos, non facile eam prætermittere solere.*

Ὁ πατὴρ πεὶ τοιούτου λόγου λέγων] *Sic dicit liberos πατεὸς δεῖδαι βοηθοῦ. Sic τὸν πατέρα δεῖ παντός. In Timæo.*

Καὶ ταῦτα μὲν δὴ οὕτω] *Transitio & παρεκβασὶς ad tertiam partē. Sic Aristoph. καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. Plato principio 3. νόμων. ταῦτα μὲν οὖν δὴ ταῦτα.*

Οἷον ἕκαστον ὅτι τελειωθὲν] *Vt docetur & alibi, & in primo Politicorum. Vis orationis, ex oratore perfecto, & similium. Hominis non ex semine, aut ex puero, sed ex viro perfectæ, ac constitutæ ætatis. Vini, non ex diluto, sed ex mero. sic iusti & iniusti, ex eo qui perfecte talis sit, sine vlla contrariū admistione.*

Πρῶτον μὲν οὖν ὁ ἄδικος] *Hoc est, Primum igitur iniustus idem faciat quod periti, ac callidi artifices solent. Vt Gubernator aut Medicus summus, quæ arte effici non possint, quæque possint, intelligit. atque hæc quidem suscipit, illa autem omittit. Prætereaque, si quid forte peccauerit, talis est, vt id corrigere possit. Sic etiam iniustus*

Digitized by Google

recte aggrediens ad faciendas iniurias, lateat, siquidem insigniter iniustus futurus est. Qui autem deprehenditur, segnis & iners putandus est; Extremæ enim iniustitiæ est, iustum videri qui non sit. Danda igitur perfecte iniusto perfectissima iniustitia: neque quidquam ex ea detrahendum; sed sinendum, vt cum maximas iniurias faciat, maximam sibi iustitiæ opinionem comparauerit: etsi qua in re à proposito offenderit, vt possit errantem corrigere, cum & dicendo valeat ad persuadendum, si quod ipsius iniuste factum detectum, indicatumque sit, etsi vis requiratur, per vim quidlibet extorquere possit, tum animi præsentia, tum robore instructus, tum amicorum, & opum copia.

Ἰατρὸς] *Vetat Hippocrates desperatis adhibere medicinam; ita enim infamari artem.*

Τὸν ἁλισκόμενον δὲ φαῦλον λωβητὴν τέχνης] *Qualem putas esse, qui in adulterio deprehenditur? Tardum.*

Ἐχάτη γὰρ] *Cicero 1. de officiis.* Totius autem iniustitiæ nulla capitalior pars, quam eorum, qui tum cum maxime fallunt, id agunt, & viri boni esse videantur.

Τοῦτον δὴ τοιοῦτον θέντες] *hoc est, Talem igitur hunc ponentes, ex aduerso iustum oratione statuamus, virum simplicem & generosum, qui vt apud Æschylum, non videri, sed esse bonus studeat: auferenda igitur ab illo est iustitiæ opinio. Nam si iustus esse videbitur, honores eum & dona consequentur, ita vt incertum futurum sit, num ipsius iustitia an donorum, & honorum*

Digitized by Google

norum causa talem se præbeat. Nudandus igitur est omnibus rebus, præterquam iustitia: & fingendus talis vt omnia sint in eo contra quam in priore, Nullam itaque iniuriam faciens, in maxima iniustitiæ opinione versetur, vt quasi ad lydium lapidem exploratus sit illius erga Iustitiam amor, quod neque infamia molliatur, atque inflectatur, neque iis, quæ eam consequi solent: sed esto immutabilis vsque ad mortem: cum tota quidem vita iniustus esse videatur, iustus autem sit: vt cum vtrique ad summum peruenerint, ille quidem iustitiæ, hic autem iniustitiæ, vter ipsorum felicior sit iudicetur.

Κατ' Αἰσχύλον.]

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, (δίκαιος Plutarchus) ἀλλ' εἶναι θέλει.

Βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος.

Ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.

Æsch. ἑπτὰ ἐπὶ θήβαις. τούτων τῶν ἐπῶν ποτὲ ἐν θεάτρῳ λεγομένων, πάντες ἀπέβλεψαν εἰς Λεοστείδην, ὡς ἐκείνῳ μάλιστα τῆς ἀρετῆς ταύτης προσηκούσης. *Plutarchus, Aristide. Latine sic reddi possunt Æschyli versus.*

Neq; enim videri vir bonus, sed esse vult:
Fructus profundo mentis è sulco legens,
Vnde vsque clara consilia progeminant.

Ἐῤῥωμένως ἑκάτερον ὥσπερ ἀνδριάντα] *Id est, Vtramque horum virorum, tanquam imaginem.*

Στρεβλήσεται] *Torquebitur.*

Ἀναχινδιλευθήσεται] *Id est, In crucem tolletur, aut*

Digitized by Google

palo transfigetur, aut medius diffindetur. Est χινδύλησις *calami, arundinisue fissio apud Hippocratem.*

Ταῦτ' εἰπόντος τοῦ γλαύκωνος] *Hoc est, Hæc cum dixisset Glauco, ego quidem in animo habebam aduersus ea aliquid dicere. Frater autem ipsius Adimantus, Num forte arbitraris, inquit ô Socrates, satis de re proposita dictum esse? Quid ni? inquam, Idipsum, inquam, dictum non est, quod vel maxime dictum oportuit. Ergo, inquam,* frater, *vt in prouerbio est,* viro adsit; *Tuque si quid hic deficit, opitulare.*

Ambitiose quodammodo quæsiuit Occasionem Plato, qua vtrumq; fratrem suum erudite ac copiose disputantem induceret.

Ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη] *Ductum fortasse ex eo quod Scamandrus Iliad. φ. cum Achilli par esse non posset, Simoenta fratrem auxilio inuocat.*

Φίλε κασίγνητε θένος ἀνέρος ἀμφότεροι περ
Σχῶμεν.

Quibus versibus vtitur, & Socrates Prodici auxilium aduersus Protagoram implorans, in Protagora.

Καί τοι ἐμέγε] *Id est, Etsi ad me quidem deiiciendum satis, superque sunt, quæ ab hoc dicta sunt. & ad efficiendum, vt ne iustitiæ patrocinari queam. frustra te, ait ille, excusas, sed audi hæc etiam.*

Δεῖ γὰρ διελθεῖν ἡμᾶς] *Hoc est, Exponendi enim nobis sunt etiam sermones iis, quos hic attulit contrarij: qui iustitiam quidem commendant, iustitiam autem vituperant: vt magis intelligatur id, quod mihi velle videtur Glauco.*

Λέγουσι

Λέγουσι δέπου καὶ παρακελεύονται] *Id est, Dicunt autem ac præcipiant tum filiis patres, tum omnes, iis, quos curæ habent, oportere iustum esse, non ipsam per se iustitiam, commendantes, sed bonam existimationem quæ ex ea consequitur: vt cum sibi quis iustitiæ opinionem comparauerit, ex ea opinione, & magistratus, & nuptias adipiscatur, & quæcunque præterea Glauco paulo ante dixit ex bona existimatione iniusto ad futura.*

Αὐτοδικαιοσύνην] *Ita lego vna voce, more Platonico, iuncta. Talia sunt* αὐτοὲν, αὐτοάνθρωπος, αὐτοαγαθὸν, αὐτοέκαστον, *& similia.*

Τῷ δικαίῳ] *legendum* τῷ ἀδίκῳ. *Itaque cum fere iniusti, quæ iustorum sunt occupare soleant, hic contra accidit, vt iustus iniusti sedem occuparit.*

Επιπλέον δὲ] *Pessime Marsilius.* Enimuero gloriæ illi præmium quoddam in primis inducunt. *Ego ita:* Illi vero in amplificanda bona illa existimatione, quæ iustitia paritur, progrediuntur etiam vlterius. *Hoc enim significat, eos non insistere in bona illa opinione quam sibi apud homines comparant, qui iustitiam colunt: sed vlterius prouehi, ac dicere eos diis quoque charos esse, & multis magnisque beneficiis à diis ipsis augeri, atque ornari.*

Τὰς παρὰ θεῶν εὐδοκιμήσεις] εὐδοκίμησις *proprie est bona opinio, quæ de aliquo habetur, bona existimatio. sed quia de quibus bene sentimus, eos amamus, & quos amamus, eis, si possumus, benefacimus, idcirco* τὰς παρὰ θεῶν εὐδοκιμήσεις *vocat* beneficia quibus dij affi-

Digitized by Google

ciunt homines iustos, *quasi ipsi quoque bene de eis sentiant, eosque ament.*

Αφθονα] *Inuidi semper aliquid, si possunt, deterunt. atque ideo, quæ prolixe cumulateque dantur,* sine inuidia, *dari dicuntur. Martialis.*

Hoc tua sæue puer Diadumene basia fragrant.
Quid si tota dares illa sine inuidia?

Horatius. ——*nec illi*
Sepositi Ciceris longæque inuidit auenæ.

Calpurnius.
Procerumque dedit mater non inuida corpus.

Τοῖς ὁσίοις ἄφασι] *Implicatior constructio, qualis sæpe est Atticorum.*

Ὥσπερ ὁ γυναῖκα Ἡσίοδός τε, καὶ Ὁμηρός φασιν. ὁ μὲν τὰ δρῦς τοῖς δικαίοις τοὺς θεὸς ποιεῖν.

Ἄκρας μέν τε φέρειν βαλάνους, μέσας δ' μελίσσας
Εἰερπόκοι δ' ὄϊες μαλλοῖς καταβείθασιν.

Καὶ ἄλλα δὴ πολλὰ ἀγαθὰ τούτων ἐκόμενα.

Id est:

Illis aëriæ quercus capita alta grauantur,
Glandibus: at medio ruptis mel robore sudant
Corticibus: nitidas onerat sua lana bidentes.

Hesiodi versus hi sunt.

Οἱ δὲ δίκας ξεινοῖσι καὶ ἐνδήμοισι διδοῦσι,
Ἰθείας καὶ μήπι παρεκβαίνουσι δικαίου.
Τοῖσι τέθηλε πόλις, λαοὶ δ' ἀνθεῦσιν ἐν αὐτῇ.
Εἰρήνη δ' ἀνὰ γῆν κουροτρόφος, &c.

Multis locis imitati sunt poëtæ latini horum versuum suauitatem. Vt illius, τοῖσι τέθηλε πόλις.

Lucre-

Digitized by Google

Lucretius.

Hinc lætas vrbes pueris florere videmus.

Illius ὄρεσι δὲ δρῦς.

Virgilius.

Et duræ quercus sudabant roscida mella.

Illius πίλνσι δὲ γυναῖκες.

Catullus.

Sit suo similis patri
Manlio & facile inscii.
Noscitetur ab omnibus
Et pudicitiam suæ
Matris indicet ore.

Horatius.

Laudantur simili prole puerperæ.

Sed & Deus optimus maximus iustitiæ cultoribus in veteri Testamento, talia quædam bona pollicebatur: vt terram fluentem lacte & melle, vt longitudinem vitæ, vt εὐτεκνίαν & similia, quæ tamen figuræ tantum quædam erant æternorum bonorum, vt testatur S. Augustinus sub finem lib. 3. de ciuit. Dei. Sic pueris blandi doctores crustula pollicentur. At perfecti nihil indigent talibus inuitamentis.

Παρεπλήσια] *Multa omisit, vt solet. Sunt autem Vlixis laudantis Penelopen Odyss. τ.*

Ὦ γύναι οὐκ ἄντις σε βροτῶν ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν,
Νεικέσι, ἢ γάρ σευ κλέος οὐρανὸν εὐρὺ ἱκάνει.

Εὐδικίας ἂν ἔχοι] Iustitiam sustinet ac defendit *inepte Marsilius*, Bonum conferat nomen.

Μουσαῖος δὲ] *Museus Eleusinus, Atheniensis, Antiphemi*

Digitized by Google

phemi filius, Orphei discipulus, aut potius illo antiquior Epopœus, scripsit ad Eumolpum filium, præcepta viuendi quatuor millia versuum. Suidas. Alij Thracem fuisse dicunt. Idem Eumolpus è Thracia profectus Athenas, sacris initiauit Græcos. Plutarch. de exilio τελετὰς καὶ χρησμῳδίας. *Inuenerunt Orpheus & Musæus. Plato in Protagora. fiebant illa sacra, siue initia, quæ & Orgia & mysteria dicebantur, in honorem Cereris, Liberi, & Liberæ. vnde vox initiatorum:* Ἴακχ' ὦ Ἴακχε. *Aristopha.* βατράχοις. *Multa de eis Clemens Alexand. Arnobius lib. 5. Lactantius, Eusebius lib. 2.* προπαρασκευῶν, *& alij. Laërtius lib. 1. Musæum Atheniensem fuisse ait Eumolpi filium, cuius etiam sepulchro Athenis in Phalereo inscripti legerentur his versus.*

Εὔμολπον φίλον υἱὸν ἔχει τὸ φαληρικὸν ὕδας
Μουσαῖον φθίμενον. σῶμ' ὑπὸ τῷδε τάφῳ.

Hic tamen Plato, Eumolpum Musæi filium facere videtur. De eo ita Seruius. Theologus iste fuit post Orpheum: & sunt variæ, de hoc opiniones. Nam eum alij Iunę filium, alij Orphei volunt; cuius eum constat fuisse discipulũ. *Ab Eumolpo certe Athenis* Eumolpidæ *penes quos Athenis erat cura sacrorum, siue mysteriorum. iis mysteriis initiabantur noctu. Cicero 2. de legibus.* Quid ergo aget Iacchus, Eumolpidæque nostri, & augusta illa mysteria, si quidem sacra nocturna tollimus? *Ea prophanis detegere nefas erat. Horat. lib. 13.*

Vetabo, qui Cereris sacrum
Vulgarit arcanæ sub iisdem

Sit

Digitized by Google

Sit trabibus, fragilemqae mecum

Soluat faselum. qui versus imitati sunt ex illis Callimachi. Δάματερ μὴ τῶν ἐμὶν φίλος ὅς τοι ἀπεχθὴς,

Εἰη μήδ' ὁ μότοιχος. *Itaque idem Callimachus.*

Τὸν κάλαθον κατιόντα, χαμαὶ θασσεῖσθε βέβηλον, *vide ad hanc rem historiam de Æschylo, quam tangit Aristoteles 3. Ethicorum, & de Alcibiade, ex Plutarcho. Euripides. Bacchis.*

Πενθ. τὰ δ' ὄργι' ἐστὶ τίν ἰδέαν ἔχοντά σοι;

Διον. ἄῤῥητ' ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν.

Πενθ. ἔχει δ' ὄνησιν τοῖσι θύουσιν τίνα;

Διον. Οὐ θέμις ἀκῦν ϛαίσ', ἔστι δ' ἄξι' εἰδέναι.

Noctu fiebant.

Πενθ. Τὰ δ' ἱερὰ νύκτωρ, ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖ,

Διον. Νύκτωρ τὰ πολλὰ. σεμνότητ' ἔχει σκότος.

Ea putabant & in vita & post mortem prodesse Cicero 2. de legibus. Nam mihi cum multa eximia diuinaque videntur Athenæ tuæ peperisse, atque in vitam hominum attulisse, tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem, & mitigati sumus: Initiaque vt appellantur, ita re vera principia vitæ cognouimus. Neq; solum cum lætitia viuendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliore moriendi. *Etenim deduci eos post mortem in beatorum campum, ibique sempiternis gaudiis frui. eis enim propitium esse Plutonem in gratiam socrus videlicet, & coniugis, vt est apud Plutarchum in Erotico. Scholiastes Aristoph. in* βατράχ.

λόγος

λόγος ἐκράτει παρ' Ἀθηναίοις ὡς ὁ τὰ μυστήρια διδαχθεὶς μετὰ τὴν ἐνθένδε τελευτὴν, θειᾶς ἠξιοῦτο τιμῆς, διὸ καὶ πάντες πρὸς τὴν μύησιν ἔσπενδον. *Et in eadem fabula inducitur chorus initiatorum apud inferos in summa lætitia degens atque Iacchum canens. & Diagoram, quod mysteria irrisisset, si quis interfecisset, talentum, si viuum cœpisset duo talenta præmij loco proposuit populus Atheniensis. Laërtius in vita Diogenis Cynici,* ἀξιούντων ἀθηναίων μυνθῆναι αὐτὸν, καὶ λεγόντων, ὡς ἐν ᾅδου προεδρίας οἱ μεμνημένοι τυγχάνουσι, γελοῖον ἔφη, εἰ Ἀγησίλαος καὶ Ἐπαμεινώνδας ἐν τῷ βορβόρῳ διάξουσιν, εὐτελεῖς δέ τινες μεμυημένοι ἐν ταῖς μακάρων νήσοις ἔσονται. *Quod autem hoc Musæus primus tradidisset, Idcirco Virgilius in illis Beatorum campis eum primum facit.*

Conspicit esse alios dextra læuaque per herbam
Vescentes lætumque choro pæana canentes
Inter odoratum lauri nemus vnde superne.
Plurimus Eridani per siluam voluitur amnis.
Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi
Quique sacerdotes casti, dum vita manebat
Quique pij vates & Phœbo digna locuti
Inuentas aut qui vitam excoluere per artes
Quique sui memores alios fecere merendo.
Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta
Quos circumfusos sic est affata sybilla.
Musæum ante omnes, medium nam plurima turba
Hunc habet, atq; humeris extantē suspicit altis, &c.

Νεανικώτερα] *Sic in Alcibiade primo* νεανικώτατον γένος.

Eis

Εἰς ἄδου γὰρ ἀγαγόντες] *Fortaßis ebrietatis nomine aliquid aliud intelligebant, vt Psal. 35.* Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. *Et Psalm. 22.* Calix tuus inebrians quam præclarus est. *De quo Augustinus in Psal. 103.* Si vos inebriat calix Domini præclarus, videbitur in operibus vestris. Videbitur in sancto amore iustitiæ: videbitur postremo in alienatione mentis vestræ: sed à terrenis in cœlum. *Et idem in Psalm. 74.* Putatis fratres mei, omnes illos, qui confitẽdo Christum, etiam mori voluerunt, sobrios fuisse? vsque adeo ebrij erant, vt suos non agnoscerent. omnes ꝓpinqui qui eos à spe cœlestium præmiorum terrenis blandimentis auertere moliti sunt, non sunt agniti, non sunt auditi ab ebriis. Non erant ebrij, quibus mutatum cor erat? Non erant ebrij, quorum mens alienata erat ab hoc seculo? *Interdum etiam* ebrietas *significat copiam omnium bonorũ.* Visitasti terram, & inebriasti eam. *Psalm. 64. sic sæpe alibi in scripturis in bonam partem accipitur.*

Εὐόρκου] *Hesiodus.*

Ὃς δέκε μαρτυρίῃσιν ἑκὼν ἐπίορκον ὁμόσσας
Ψεύσεται ἐν δὲ δίκην βλάψας, νήκεστον ἀάσθη
Τοῦ δέ τ' ἀμαυροτέρη γενεὴ μετόπισθε λέλειπται
Ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων

Talia & in sacris libris.

Τοὺς δὲ ἀνοσίους] *Aristophanes.* ἐν βατράχοις,

—εἶτα βόρβορον πολὺν

Καὶ

Καὶ σκῶρ ἀεὶ νῶν. ἐν δὲ τούτῳ κειμένους
Εἶπον ξένον τις ἠδίκησε πώποτε,
Ἢ μητέρ' ἠλοίησεν, ἢ πατρὸς γνάθον
Ἐπάταξεν, ἢ' πίορκον ὤμοσεν.

Et Alexander ille impostor, cuius vitam descripsit Lucianus, Interrogatus; τὶ πράττει ἐν ᾅδου ὁ ἐπίκουρος, μολιβδίνας, ἔφη, ἔχων πέδας ἐν βορβόρῳ κάθηται. *Videtur respicere ad id supplicium, quo postea apud Inferos adfectas esse Danai filias narrant, vt pertusis & fundo carentibus vasis aquam haurire cogãtur. Hoc pœnæ genus reprehendebat Diogenes Cynicus, grauiorem enim futuram fuisse pœnam, si ea fuissent vasa quæ aquam continere possent. Cribro quidem aquam Tuccia Virgo vestalis tulisse dicitur, à Plinio lib. 28. cap. 11. Cum eis comparat Lucretius eos qui immodico viuendi studio tenentur;*

Hoc, vt opinor, id est, æuo florente puellas,
Quod memorãt laticem pertusum congerere in vas,
Quod tamen expleri nulla ratione potestur.

Πρὸς δὲ τούτοις] *Poëtas eo nominat, quod sapientiæ tanquam patres, ac duces habebantur: vt est in lyside.*

Ἑνὸς στόματος] *vno ore Terentius dixit. Lucilius in epigrammat.*

Τῷ πατρί μου τὸν ἀδελφὸν οἱ ἀστρολόγοι μακρόγηρων
Πάντες ἐμαντέοσαν θ' ὡς ἀφ' ἑνὸς στόματος,
Ἀλλ' ἑρμοκλείδης αὐτὸν μόνος εἶπε πρόμοιρον,
Εἶπε δ' ὅτ' αὐτὸν ἔσω νεκρὸν ἐκοπτόμεθα.

Vno ore: Terentius. sic & Plato. primo de legibus. μιᾷ δὲ φωνῇ καὶ ἐξ ἑνὸς στόματος πάντας συμφωνεῖν. *Cicero in lælio.*

Iælio, De cuius vtilitate omnes vno ore consentiunt: *Et de senectute.* Vno ore plurimæ consentiunt gentes populi primarium fuisse virum. *quod citatur etiam 2. de finibus.*

Λυσιτελέστερα δὲ τὰ τῶν δικαίων τὰ ἄδικα ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον λέγουσι] *Ita est in vetustissimo Vaticanorum.*

Τούτων δὴ] *Hoc est quod Chremylus apud Aristophanem queritur.*

Ἐγὼ θεοσεβὴς καὶ δίκαιος ὢν ἀνὴρ
Κακῶς ἔπραττον καὶ πένης ἦν.
Ἕτεροι δ' ἐπλούτων ἱερόσυλοι, ῥήτορες,
Καὶ συκοφάνται, καὶ πονηροί.

Sic in fabulis Hercules perpetuis laboribus agitatur: At Euristheus ipsi Herculi imperat.

Ἀγύρται δὲ καὶ μάντεις] *Ne deorum quidem ira metuenda est diuitibus, qui quid iniuste patrarint. Vltro enim se offerunt, ac diuitum domos circumeunt artifices, qui parua mercede conducti, deorum se iram sacris & carminibus placaturos, omniaque imminentia mala depulsuros & auersuros profiteantur, neque hoc tantum: sed & si cui nocere diues velit se paruo sumptu cuilibet, siue iusto siue iniusto, maxima damna illaturos esse: cum deos quodammodo in potestate habeant, eosque tum illecebris tum vinculis ac laqueis, quibusdam, quo volunt facile adducant.*

Ἀγύρται] ἀγείρω est cogo, *siue* congrego. *Inde* ἄγερσις, *aut etiam* ἄγυεις, *& inde iunctum* πανήγυεις: *& ab eodem fonte* ἀγορά, *quod in forum homines confluunt, &* ἀγύρται circumforanei circulatores,

Vt præstigiatores, aut pharmacopolæ, cæterique eiusdem generis impostores, qui in plateis, vicisque publicis plebem detinent, & aut certorum morborum amuleta aut remedia vendunt, aut quasdam precum formulas, & superstitiose cõficta carmina, quibus mirabilia quædam effici posse pollicentur. Eiusmodi autem homines, aut medicos esse se aut diuinos & hariolos profiteri solent. Itaque Hercules apud Lucianum in iurgio Æsculapium Agyrten *vocat: & apud eundem Tyaneus ille Alexandri nobilis impostoris magister, medicus fuisse dicitur.*

Καὶ μάντεις] *Multa impostorum genera: sed nulli, aut impudentiores, aut hominum generi perniciosiores, quam qui vates, Harioli, diuini, vocantur. Hi stulta quadam, sed omnium prope hominum communi cupiditate futura prænoscendi ad quæstum suum abutentes, non singulos modo priuatim, sed ciuitates publice ac gentes totas ludibrio habent, omnia se scire iactant, vt Calchas ille Homericus.*

Οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος·
Ὃς ἤδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

Et de sibylla Virgilius.

Nouit quippe omnia vates.
Quæ sint, quæ fuerint quæ mox ventura trahantur.

Nomen arti, si hoc quoque stultitiæ genus, artis nomine dignari placet, latini à diis, Græci à furore fecerunt. *Ita enim Socrates in Phædro,* μανικὴν *olim vocatam, quæ postea facta sit* μαντική. *Neque simplex insaniæ species. Alij diuino quodam furore se corripi fingunt:*

Digitized by Google

gunt: alij ex somniis, alij ex intestinis animalium, alij ex auium cantu, aut volatu, quarum etiam ex eo quasdam præpetes, *quasdam* oscines *vocant, alij è vocibus fortuito prolatis, alij è cribro, alij è tremore ac palpitatione certarum corporis partium, alij è stellarum aspectu fertilitatem, sterilitatem, diuitias, paupertatem, hæreditates, matrimonia, liberorum procreationem, orbitatem, prosperos, aduersosúe successus, Thesaurorum qui terra lateant inuentionem, peregrinationes, morbos, longitudinem vitæ, quicquid denique stulte curiosis ac credulis scisciitari collibuit, prænunciaturos se gloriantur. In quos scite Ennius.*

Quibus diuitias pollicentur, ab iis dragmam ipsi petunt.

De iis diuitiis sibi deducant dragmã, reddant cetera.

Eos igitur ait Plato oberrare circum fores diuitum: nam à pauperibus quidem nihil est quod abradant: & eis vltro deferre operam suam, si quid ipsi diuites eorumúe maiores commiserint, quo, deorum in se iram concitarint, ad eos placandos, & ad imminentia ex eo mala auertenda ac depellenda.

Θυσίαις τε καὶ ἐπῳδαῖς] *Duobus potissimum modis iram Deorum mitigari posse arbitrabantur, sacris, & cantibus. Sic cum terræmotus factus esset, ex eoque mali aliquid metueretur, extitisse dixerunt vocem ex æde Iunonis, quæ moneret, vt suæ plena procuratio fieret. Inde dicta* Iuno Moneta. *Cicero primo de diuinatione. In eo vtebantur verbis* expiandi, procurandi, auerruncandi, *&* auerruncum *vocabant Deum,*

à quo precabantur vt mala auerruncaret & auerteret. Varro 6. de lingua latina. Gellius cap. 12. lib. 5. Ea sacra depulsoria *vocat Ammianus lib. 25. Et Græci Deos* ἀποτροπαίους *&* ἀλεξικάκους, *Quos Persius* Deos depellentes. *Satyra 5.*

Euge puer, sapias, diis depellentibus agnam
Percute.

Et eos ita intellexit Tibullus.

Dij Patrij purgamus agros, purgamus agrestes,
Vos mala de nostris pellite limitibus.

Addit ἐπῳδὰς *I. Cantus, siue carmina, in quibus miram quandam inesse vim crediderunt. Ouidius.*

Carmine di superi placantur, carmine manes;

Et carminibus morbos, depelli putabant. Virgilius.

Hæc se carminibus promittit soluere mentes,
Quas velit, ast aliis duras immittere curas.

Tibullus.

Ter cane, Ter dictis despue carminibus.

Ergo nutrix illa apud Euripidem in Hippolyto.

Εἰσὶν δ' ἐπῳδαὶ καὶ λόγοι θελκτήριοι.
Φανήσεταί τι τῆσδε ψάρμακον νόσον.

Quæ interpretatus est Horatius epist. 1. lib. 1.

Sunt verba & voces quibus hunc lenire dolorem
Possis & magnam morbi depellere partem.

Ἀδίκῳ βλάψει] *lego* βλάψαι.

Αὐτοῦ ἢ προγόνων] *Mira mutatio numeri, cum dixisset.* ἐπὶ πλουσίων θύρας: *Subiecit* αὐτοῦ. αὐτοῦ *autem est* τοῦ οἰκοδεσπότου. *Hic etiam notandum est existimasse veteres lui pœnas interdum ab hominibus non tantum eorum,*

Digitized by Google

eorum, quæ ipsi perpetrassent, sed etiam quæ maiores ipsorum. Quæ de re copiosius disputandum est.

Vetus opinio est, pro peccatis maiorum pœnas etiam à posteris lui. Hoc Plato subindicat hoc loco. & idem ostendunt Hesiodi versus supra citati. & loci è sacris, semen impiorum peribit, *& similes. Ostendit se in ea sententia esse, & Virgilius. 1. georgic.*

Dij patrij Indigetes, & Romule, Vestaque mater,
Quæ Tuscum Tiberim, & Romana palatia seruas
Hunc saltem euerso Iuuenem succurrere sæclo
Ne prohibete, satis iampridem sanguine nostro
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.

Et Horatius.

Delicta maiorum immeritus lues, &c. *Et alibi:*
Negligis immeritis nocituram, postmodo te, &c.

Exemplum habes in Cræso Gygis ἀπογόνῳ apud Herodotum lib. 1. Ex sacris etiam litteris videntur depromi posse, quæ id ostendant. Nam Deus ipse ait se vlcisci, si quis mandata sua spreuerit, ἐπὶ τρίτῳ καὶ τετάρτῳ γενεᾶν, id est, vsque ad nepotes & pronepotes. Exod 20. Deuter. 5. Neque desunt exempla. Cham irridens Patrem, peccauerat, pœnas pependit, non ipse, sed eius filius Chanaan, qui propterea iussus est seruire fratribus suis Genes. 9. Peccauerat Salomon, qui amore externarum mulierum captus, etiam falsos earum deos coluerat. Propter id peccatum decem tribus ab eius filio Roboamo abstulit Deus. 3. Reg. 21. ἐάσεκας ὡς κατενύγη ἀχαὰς ἀπὸ προσώπου μου; οὐκ ἐπάξω τὸν κακὸν ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ἐπάξω τὸν κακὸν

Digitized by Google

ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ. *Et nonnihil confirmat hanc opinionem, quod ita quærunt discipuli de Cæo nato,* τίς ἥμαρτεν; οὗτος, ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ;

Ac Euripides quidem, vt alia multa parum religiose: ita in hoc quoque de iniustitia Deorum conquestus est, & Bio. Eorysthenit. Deos qui ob maiorum peccata posteris pœnas infligerent, æque ridiculos esse ac medicos si qui, &c. Et hoc argumento contendere posset aliquis hoc iniustum esse. Aut dederunt pœnas illi ipsi maiores, aut eis ignotum est. Agathocles Syracusanus Tyrannus Corcyreis querentibus quod ipsorum insulam depopularetur: At vestri, *inquit,* maiores Vlixem hospitio exceperunt. *Et Ithacensibus querentibus, quod eius milites ex agris ipsorum prædas agerent, pecudesq; abdueerent.* At hercule, *inquit,* Rex vester non oues tantum abduxit, sed & pastorem ipsum excæcauit. *Quæ si iniusta sunt, sequi videtur vt, &c.*

Sed tamen si posteri bonorum virorum afficiuntur honoribus, & præmiis, vt Heraclidæ, vt Cimonis Posteri, vt alij in aliis ciuitatibus, quid ni etiam, &c.

Quid vere dici possit.

Verius tamen est nunquam Deum paterni sceleris pœnas à filiis, aut posteris exigere, sed vnumquemq; pro iis quæ peccauit, pœnam sufferre ac sustinere. Itaque Ezech. 18. reprehenditur à Deo ipso vulgatum illud prouerbium. Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. *Duobus tantum modis vt Deus, quod peccauerint maiores, pro eo*

pœnas

Digitized by Google

pœnas à posteris exigere videatur. Interdum si periculum sit, ne ipsi posteri iisdem vitiis implicẽtur. Vt enim corporũ morbi quidam hæreditarij sunt, ita interdum & animorum. Iam vt Medici interdum sanam corporis partem curant, vt male affectum membrum curetur. Vide Plutarchũ de sera Numinis vindicta. Et hæc pœna iis ipsis à quibus exigitur salutaris est. Interdum autem, quia filij parentum vitia sequuntur: ideo pœnas luunt. Ceteroqui nunquam bonus & innocens filius pœnas paternorum facinorum pendit.

Loci autem superius allati varie exponuntur. Hieronymus in Ezech. duobus modis exponit, vno modo non puniri eos propter parentum peccata, nisi quoniam ea æmulantur, idq; ostendi illis verbis τοῖς μισοῦσιν ἐμέ. *Et hoc ipsum esse misericordiæ, quod pœna differatur. Eadẽ sententia est Cyrilli ad finem lib. 3. aduersus Iulianum. & lib. 6. in Ioan. cap. 12. & D. Augustini. Altera expositio Hieronymi mystica est, patres esse* παραδείας *ad peccandum, sine quibus nullus esse potest, ideoq; non puniri eos. At cum cogitatio peccatum concepit, hunc iam filium esse, si peruentum ad opus, Nepotem, si quis opere patrato, glorietur, & in eo persistat, neque doleat quod peccauerit, hunc iam esse pronepotem. Ab hoc grauissimas exigi pœnas.*

Πημλῶαι] *Diras intelligit. Horatius.*

Diris agam vos, dira detestatio
Nulla expiatur victima.

Tibullus lib. 2. extremo. Tunc tibi lena precor diras: satis anxia viuas: Mouerit è votis pars

Digitized by Google

quotacunque Deos. *Plinius lib. 28.* Diris defigi nemo non metuit. *vide Plutarchum in vita Crassi.*

Επαγωγαῖς τισι καὶ καταδέσμοις] *id est,* πειθανάγκαις, *vide fabulam de Numa apud Plutarchũ, in vita ipsius. Ouidium 3. fastorum, Arnobium principio libri quinti. Et de Tullo Hostilio Plinium cap. 2. lib. 23. Necessitatem ostendunt oracula.*

Κλῦθι μευ οὐκ ἐθέλοντος ἐπείμ' ἐπέδησας ἀγάλκῃ. *Et:*
Θειοδάμους ἑκάτην μεθεὴν ἐκάλεσσας ἀνάγκαις.

Plura vide apud Eusebium cap. 8. & cap. 9. libri 5. προπαρασκ. *Xenophon in* ἀναβ. *Cicero in Tuscul. Plutarchus in consolatione ad Apollonium. Sic Vlixes Odyss. δ. & Aristæus 4. Georgicorum Virgil. Proteum vinculis adstringunt.*

Hic tibi nate prius vinclis capiendus, vt omnem
Expediat morbi causam euentumque secundet.
Nam sine vi non vlla dabit precepta neque illum
Orando flectes, vim duram & vincula capto
Tende doli demum circum hæc frangentur inanes.

Τούτοις δὲ πᾶσι] *Id est, Ad hæc autem omnia testes adhibent poëtas. Illi quidem de vitio, quam sit paratu facile, canentes.*

Obuia res cunctis vitium est facilisque paratu
Tota simul, namque ad vitium via plana breuisque
At virtus sudore, ita di voluere paranda est.

Viaque ad eam fert & longa & ardua.

Κακίας πέρι εὐπετείας] *id est,* περὶ τῆς κακίας ὅτι εὐπετὴς κτήσασθαι. *Statim autem pro* διδόντες *lego* ᾄδοντες.

Ως τὴν μὲν] *Versus Hesiodi hi sunt.*

Τὴν

Τὴν μέν τοι κακότητα καὶ ἱλαδόν ἐστιν ἑλέσθαι.

Ρηιδίως. ὀλίγη (*sed melius, vt hic legitur*) λείη, μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν

Αθάνατοι. μακρὸς δὲ καὶ ὄρθως οἶμος ἐπ' αὐτὴν.

Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον. ἐπὴν δ' εἰς ἀκρὸν ἵκηται

Ρηιδίη δ' ἔπειτα πέλει, χαλεπήπερ ἐοῦσα.

Cicero libr. 6. familiarem. Lepta suauissimus ediscat Hesiodum & habeat in ore.

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα—

Ἱλαδὸν] *Plutarchus male exponebat, vt notat Moschopulus libr.* περὶ ἀττικ. ὀνομάτων. *& sane melius* λείη, *quam* ὀλίγη *legitur.*

Οἶμος] *Inde littera Pythagoræ. & Hercules Prodicius: cui simile quiddam apud Silium de Scipione lib. 15.*

Καὶ τρηχὸς τὸ πρῶτον] *Inde Socrates, radices sapientiæ amaras esse, sed fructus dulces, dicere solebat.*

Επὴν δ'] *Hinc Socrates, assuescendum optimis: eadem enim mox fore iucundissima.*

Οἱ δὲ τῆς τῶν θεῶν] *Verba sunt Phœnicis Achillem alloquentis Iliados 1.*

Αλλ' Αχιλεῦ δάμασον θυμὸν μέγαν, οὐδέ τισε χρὴ

Νη λεὲς ἦτορ ἔχειν. στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοὶ,

Τῶνπερ καὶ μείζων ἀρετὴ, τιμήτε, βίητε,

Καὶ μὲν τοὺς θυέεσσι, καὶ εὐχωλαῖς ἀγανῇσι.

Ὁμαδὸν] *q. l. veteres è vatic.* ὁρμαθὸν. *Musæus lunæ. Orpheus Calliopeæ filius habitus est.*

Λέγοι γὰρ ἂν] *Vsus est & hoc Pindari loco Cicero 13. epist. ad Atticum. Epist.* Ante lucem.

Digitized by Google

Οὐκοῦν ἐπειδὴ τὸ δοκεῖν, ὡς δηλοῦσί μοι οἱ σοφοί] *Male Marsilius vertit:* existimatio hæc Iustitiæ.

Πρόθυρα μὲν] *Id est, In ipso quidem vestibulo, & in exteriore cultu circa me in orbem adumbrata quædam imago virtutis depingenda est.*

Κορδαλέαν] *astutam.*

Οὔτε βιάσασθαι δυνατὸν] *quicquid potest.*

Τῶν λόγων] λογίων. *puto.*

Ὡς εἰσὶν οἷοι θυσίαις] *Tales esse nunc.*

Καὶ ἀναθήμασι *Adducantur quo homines volunt, pacati.*

Αζήμιοι ὑποθεῶν] ἀζήμιοι μὲν ὑπὸ θεῶν.

Καὶ οἱ λύσιοι θεοὶ] *Ad eos respexit Euripides in Bacchis.*

Λύσει μ' ὁ δαίμων αὐτὸς ὅταν ἐγὼ θέλω.

Horatius,

Ipse Deus, simulatque volo me soluet.

Περὶ μεγίστης ἀδικίας] *Ea quæ sit, supra dictum est.*

Εὐχρηστοσύνης κιβδήλου] *Adulterina specie Marsilius.*

Καθ' ὅσον ἂν οἷός τ' ὦ] *Seneca epistola 42.* Multorum, quia imbecillia sunt, latent vitia: non minus ausura cum illis vires suæ placuerint, quam illa, quæ iam felicitas aperuit. Instrumenta illis explicandæ nequitiæ desunt. Sic tuto serpens etiam pestifera tractatur, dum riget frigore. Non desunt tunc illi venena, sed torpent. Multorum crudelitas & ambitio, & luxu-

Digitized by Google

luxuria, vt paria pessimis audeat fortunæ fauore deficitur. Eadem velle eos cognosces, da posse quantum volunt.

Ὡς δύναμαι μάλιστα κατατείνας λέγω] κατατείνας, *non est* protrahens orationem, *vt Marsilius putat, sed intendens quasi neruos, quibus machina trahitur, quanta maxima possum contentione iniustitiam defendo. Sic supra* κατατείνας ἐρῷ τὸν ἄδικον βιόν, ἐπαινῶν. *Et lib 1.* αἱ ἐπιθυμίαι παύονται κατατείνουσαι.

Ἀρ' οὖν ἦν δ' ἐγὼ εἰ γιγνομένην πόλιν] Constitutam, *vertit Marsilius. Ego,* nascentem.

Ἔσκεπται ἔφη] *Marsil vertit.* Ecce consideramus *male,*

Ἐπειδὴ τυγχάνει] *Aliam causam addit Aristoteles 3. polit.*

Ἄλλοτι γεωργὸς μὲν εἷς] *male in aliis* ἄλλός τις.

Οὕτω ῥᾷον ἢ κείνως] *Aut exponendum* οὕτω, *id est, ita vt priore loco posuisti,* ἢ κείνως, *quam illo posteriore modo quem addidisti. aut quæ statim sequuntur ita legenda, vt à Marsilio.*

Ἀλλ' οὐκ οὔπω πάνυγε μέγα τι εἴη] *Marsil. sic* Nondum satis hoc amplum esset, nisi, *Sed male. Ego sic.* Non admodum magna fiet accessio.

Καὶ μὴν κενὸς ἂν εἴη ὁ διάκονος] *Marsil.* Vanus esset. *Ego sic.* Si inanis fuerit.

Πάνυγε] *Citat hæc Callistratus l. 2. de Mindinis cuius verba paulo post referam.*

Ἔστι γὰρ] *Quicunque aut artem aliquam factitare, aut magno alicui muneri præesse, idque cum lauda obi-*

re ac

Digitized by Google

re ac sustinere meditantur, eos necesse est, primum quidem natura aptos esse ad id quod suscepturi sunt. Deinde autem à pueris ita institui atque educari, vt naturalis illa bonitas congruenti & accommodata ad eundem finem institutione magis ac magis corroboretur. Nam etsi natura defuerit, inanis & irritus futurus est omnis qui in instituendo sumetur labor: neq; vlla tanta naturæ præstãtia est, quæ sine vsu ac disciplina magnum quidquam ac memorabile efficere posse videatur. Natura autem homini in corpore & animo sita est. quorum vtrumque ad id munus quo quisque functurus est aptum & attemperatum esse oportet. Institutio deinde sequitur: quæ ipsa quoque ad eundem finem dirigenda est. Aliter enim instituendus est futurus miles, aliter futurus orator: neque Regum & priuatorum filiis eadem educatio conuenit. Recte igitur & pro cætera sapiẽtia sua Socrates de custodibus ciuitatis disputaturus, primum quidem exposuit, quomodo eos & animis & corporibus à natura conformatos ac temperatos esse oporeat. Atq; imprimis acutos eos ac sagaces esse debere monuit, ita vt omnia celeriter odorentur ac sentiant. Quis enim stupidum aliquem & obtusum, atq; hebetem ad priuatæ domus, nedum ad ciuitatis custodiam aptum iudicauerit? Prius omnia compilauerint fures, quam ille expergiscatur. Secundo loco in eis requirit celeritatem. Quid enim profuerit, fures videre, si eos, cum consequi nõ possis, effugere patiaris? Quid porro si consequaris quidem, sed viribus inferior sis, ita vt neque prædam eripere, neque eos retinere possis? Ita-

que

Digitized by Google

que robur quoque requiri ait. Sunt igitur hæc tria in corporibus necessaria: sagacitas, celeritas, robur. *Sed hæc omnia inutilia fuerint, si abfuerit animi præsentia. Ergo illud quoque requiritur, vt corporis vires, animi fortitudo comitetur. fortes autem qui sunt, iidem plerumque & iracundi esse consueuerunt, rectegq; dictum est à Peripateticis, iram esse fortitudinis cotem. At quæ spes est in ea ciuitate, pacem ac cõcordiam fore, in qua homines robusti & iracundi arma teneant? Nonne, & ipsi inter se sæpe digladiabuntur, & reliquã multitudinem ita oppressam tenebunt, vt mussare non audeat? Nisi quis forte dicat, eos quodammodo ex iracundia, & ex lenitate permistos, ac temperatos esse debere. At difficilis est ista fortitudinis cum lenitate, ac facilitate coniunctio. Copulari tamen hæc inter se, vel, ex canibus intelligamus licet: quæ fere notis ac familiaribus blandiri solent, ignotos & alienos allatrare. Eodem igitur & custodes ingenio deligemus, qui ciuibus lenes se ac faciles: hostibus truculentos, ac terribiles offerant. Ac natura quidem custodum qualis esse debeat, diximus. Sequitur, vt de eorundem institutione dicamus.*

Τίς ἂν ἡ παιδεία; Ἡ χαλεπὸν εὑρεῖν] *Magna est auctoritas antiquitatis: neque facile credendum est, iis quæ longo vsu comprobata sunt quidquam melius posse reperiri.* Δεῖ δὴ, *ait Aristoteles 2.* πολιτικῶν, μηδὲ τοῦτο αὐτὸ ἀγνοεῖν, ὅτι χρὴ προσέχειν τῷ πολλῷ χρόνῳ, καὶ τοῖς πολλοῖς ἔτεσιν, ἐν οἷς οὐκ ἂν ἐλάθετον, εἰ ταῦτα καλῶς εἶχε. *Eodemq; modo Socrates antiquam* παιδείαν *non facile.*

Digitized by Google

facile relinquendam ait, neque enim tamdiu duraſſet, ſi melior aliqua reperiri poſſet.

Ἔστι δέ πω] *Duabus præcipue artibus ciuilem hominum inſtitutionem veteres contineri putabant, gymnaſtica, & myſtica. Atque earum vtriuſque inuentorem faciebant Mercurium: quem idcirco hominibus politioris vitæ, auctorem fuiſſe dicebant. Horatius.*

Mercuri facunde Nepos Atlantis,
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formaſti catus, & decora,
More Paleſtra.

Muſica enim format animos, eoſque mitiores, ac manſuetiores facit: gymnaſtica autem reddit corpora tum robuſtiora, tum agiliora etiam, & flexibiliora. Sed vtraque alterius condimento indiget. Qui enim Muſicum ſine gymnaſtica colunt, molles & effeminati euadunt: qui gymnaſticen, ſine Muſica, agreſtes & feri. Plato tertio horum librorum, Οἱ μὲν γυμναστικῇ ἀκράτῳ χρησάμενοι, ἀγριώτεροι τῷ δέοντος ἀποβαίνουσιν. οἱ δὲ μουσικῇ, μαλακώτεροι ἂν γίγνονται, ἢ ὡς κάλλιον αὐτοῖς. *Recte autem vtraque coniunctim adhibetur ad inſtituendos cuſtodes, quos, vt dictum eſt, & mites ac placidos, & terribiles ac truculentos, eſſe oportet.*

Πῶς, δι' ὅ;] *Vt enim animus non præſtantior modo ac diuinior, ſed etiam, è Socratis ſaltem, & Platonis ſententia, prior atque antiquior eſt corpore: ita eius inſtituendi cura prior & antiquior eſſe debet.*

Mua-

Digitized by Google

Μουσικῆς δὲ εἰπὼν τίθης λόγους, ἢ οὔ; ἔγωγε] *Marsilius.* Cum musicam dicis, sermones etiam ponis nec ne? Porro. *Ego pro εἰπὼν, lego εἶδος. Constat enim μέλος tribus partibus, λόγῳ, ἁρμονίᾳ, ῥυθμῷ. vt dicetur lib. 3, & statim sequitur.* λόγον δὲ διττὸν εἶδος.

Παιδίοις μύθους λέγομεν;] *Admiratio discendi studium excitat. Plato in Theateto.* Μάλα γὰρ φιλοσόφου τοῦτο τὸ πάθος. τὸ θαυμάζειν. οὐ γὰρ ἄλλη ἀρχὴ φιλοσοφίας, ἢ αὕτη. καὶ ἔοικεν ὁ τὴν Ἶριν θαύμαντος ἔκγονον φήσας; οὐ κακῶς γενεαλογεῖν. *Aristoteles primo* τῶν μετὰ τάφυς. διὰ γὰρ τὸ θαυμάζειν οἱ ἄνθρωποι, καὶ νῦν, καὶ τὸ πρῶτον ἤρξαντο φιλοσοφεῖν. *Et ibidem:* Διὸ καὶ φυλόμυθος ὁ φιλόσοφός πώς ἐστιν. ὁ γὰρ μύθος σύγκειται ἐκ θαυμασίων. *Ideo pueris primum traduntur fabulæ.* Delectat enim quicquid est admirabile. *Cicero in partitionibus. Vide Strabonem libro primo,* γεογραφ.

Ἔνι δὲ καὶ ἀληθῆ] *Non enim prorsus mendaces sunt poëtarũ fabulæ, Immo inest eis etiam aliquid veri. Atque huc pertinet illud Horatij de Homero.*

Atq; ita mentitur, sic veris falsa remiscet.

Et illud Homeri οδυσ. τ. *de Vlysse.*

Ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὅμοια.

Οὐκοῦν οἶσθα] *Hesiodus.*

Ἀρχὴ δέ τε ἥμισυ παντός.

Horatius.

Dimidium facti, qui cœpit habet, &c.

Aristoteles primo Ethicorum, Δοκεῖ οὖν πλεῖον ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχή. καὶ πολλὰ ἐμφανῆ γίνεσθαι δι' αὐτῆς

αὐτῆς τῶν ζητουμένων. *Idem* περὶ ζώων γενέσεως *lib. 5.* αἱ γὰρ ἀρχαὶ μεγέθει οὖσαι μικραὶ, τῇ δυνάμει μεγάλαι εἰσὶ. *Idem primo de cœlo*, ἡ ἀρχὴ δυνάμει μεῖζον, ἢ μεγέθει. διόπερ τὸ ἐν ἀρχῇ μικρὸν, ἐν τῇ τελευτῇ γίνεται παμμέγεθες. *Idem 5. Politicorum.* ἡ δὲ Ἀρχὴ λέγεται ἥμισυ εἶναι παντός. *Plato in Cratylo.* Δεῖ δὴ περὶ τῆς ἀρχῆς παντὸς πράγματος παντὶ ἀνδρὶ τὸν πολὺν λόγον εἶναι, καὶ πολλὴν σκέψιν εἴτε ὀρθῶς, εἴτε μὴ ὑπόκειται. *Sophocles.*

Ἔργου δὲ παντὸς ἤν τις ἄρχηται καλῶς.
Καὶ τὰς τελευτὰς εἰκόσ' ἐσθ' οὕτως ἔχειν.

Horatius.

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu. *Virgilius.*
Adeo in teneris consuescere multum est.

Quintilianus. Natura tenacissimi sumus eorum, quæ rudibus annis percepimus. Vt sapor quo noua imbuas durat. nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt. *Aristoteles principio 8. Politicorum.* Ὅτι μὲν οὖν τῷ νομοθέτῃ μάλιστα πραγματευτέον περὶ τὴν τῶν νέων παιδειάν, οὐδεὶς ἂν ἀμφισβητήσειε. καὶ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν οὐ γιγνόμενον τοῦτο βλάπτει τὰς πόλεις. *Socrates in Euthyphr.* ὀρθῶς γάρ ἐστι τῶν νέων πρῶτον ἐπιμεληθῆναι ὅπως ἔσονται ὅτι ἄριστοι. ὥσπερ γεωργὸν ἀγαθὸν τῶν νέων φυτῶν εἰκὸς πρῶτον ἐπιμεληθῆναι.

Ἀρ' οὖν ῥᾳδίως] οὐκ ἔλαττον ἔργον ἐστὶ τὸ μεταμανθάνειν τοῦ μανθάνειν ἐξαρχῆς. *Aristoteles lib. 4. Politicorum.* Frangas citius quam corrigas, quæ in principio induruerunt. *Quintilianus.*

Πρῶτον

Digitized by Google

Πρῶτον δὴ ἡμῖν] *Coercendam quasique certis regendam finibus esse ait licentiam eorũ, qui fabulas fingunt: neque permittendum, vt quidlibet arbitratu suo comminiscantur, spargantque in populum: sed habendus fabularum dilectus, vt quæ pulchæ erunt admittantur, ac comprobentur, quæ minus, separentur, ac secernãtur à cæteris, vt à farina furfures, aut à tritico lolium, & reiiciantur.*

Τοὺς δὲ ἐγκριδόντας] *Multo enim pluris interest quo cibo alatur animus, quam quo corpus. Non est autem dubium fingi, ac formari nutricum manibus tenella puerorum corpora: vt non tantum partes corporis carneæ ac molliores, verum etiam sicciores ac solidiores, proinde vt ab eis conformatæ sunt, varias formas induant. Narrat Hippocrates de populis quibusdam qui ex re macrocephali vocãtur, apud quos qui longissimo capite erant, nobilissimi habebantur. Statim igitur, vt in lucem editus erat puer, caput illius adhuc molle, at tenerum manibus comprimebant, tum ita alligabant fasciis, vt naturalis illa capitis rotunditas plane tolleretur, cogeretur q; caput in longitudinẽ crescere. Longam autem consuetudinem tandem vertisse in naturam, ita vt longo & acuto, & aliorum omnium populorum dissimili capite nascerẽtur. Hoc, vt dixi legitur apud Hippocratem,* ἐν τῷ περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων.

Πρῶτον μὲν δὴ] *Duo reprehendit in veteribus poëtis. quod non bene imitati sint quæ debebant: & quod ea imitati sint quæ non debebant. Non bene imitati Deos, & Heroas. quibus affinxerunt, quæ nullo modo*

Digitized by Google

ipsis conueniunt. Quæ non debebant, vt Nioben Diis maledicentem: aut in Comœdia. fæcem plebis multa indecore turpiterque facientem. Cœlum tradiderunt vnum esse ex antiquissimis diis, qui ex terra matre, eademque vxore multos liberos susceperit, Oceanum, Coeum, Creum, Hyperiona, Iapetum, alios, & deinde Saturnum. Et Cyclopas, quibus vnus in media fronte oculus erat. tum postremo Cottum, Briareum, & Gigen, qui quinquagena capita, & centenas manus habebant. At Cœlus, vt eorum quisque natus erat, ita eum in terræ visceribus denuo recondebat. Hesiodus.

Καὶ τῶν μὲν ὅπως τὴς πρῶτα γένοιτο,
Πάντας ἀποκρύπτασκε, καὶ ἐς φάος οὐκ ἀνίησκε
Γαίης ἐν κευθμῶνι. κακῷ δ' ἐπετέρπετο ἔργῳ.

Indignata Terra Adamantem produxit, & ex eo falcem fecit, filiosque exhortata est ad pœnas de patre sumendas. Vnus repertus est Saturnus, qui negotium suscipere ausus sit. Is dormienti patri virilia amputauit: eique successit in regnum. Hesiodus & Apollodorus in bibliotheca.

Οὐδέγε, ἦν δ' ἐγὼ] *Id est, Neque vero, inquam, omnino deos cum diis bellum gerere, aut insidias inter se struere aut pugnare. neque enim vera sunt. Siquidem talibus ciuitatis custodibus indigemus, qui turpissimum arbitrentur facile ad suscipiendas inter se inimicitias adduci; Multum autem abest, vt eis pugnas cum gigantibus aliasque multas ac multiplices inimicitias Deorum, & Heroum aduersus cognatos, & eadem ex stirpe ortos, aut fabulando exponere, aut in stragu-*

Digitized by Google

stragulis pictas proponere debeamus. Immo vero siquidem eis persuadere volumus nullum vnquam ciuem alium cum alio simultatem exercuisse, neque fas esse, talia potius statim puerulis, & à senibus, & ab aniculis narranda sunt: eademque cum iam seniores erunt, &c.

Dij bellantes, & discordantes inter se sæpe à poëtis inducuntur, vt à Virgilio.

Cœlicolæ magni, quianam sententia vobis
Versa retro, tantumque animis certatis iniquis?

Et paulo post, Iuno & Venus contrariis inter se orationibus certant, plenis iræ & conuiciorum. Sed & Deorum dissensionē super bello Troiano ita complexus est, Ouidius.

Mulciber in Troiam, pro Troia stabat Apollo.
Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.

Et, Cum Iliados 1. Mars apud Iouem ita conquestus esset de Vulnere quod à Diomede acceperat.

Ζεῦ πάτερ, ἠ νεμεσίζῃ ὁρῶν τάδε καρτερὰ ἔργα;
Αἰεί τοι ῥίγιστα θεοὶ τετληότες εἰμὲν
Ἀλλήλων ἰότητι, χάριν δ' ἄνθρωποφέρεντες.
Σοὶ πάντες μαχόμεθα. σὺ γὰρ τέκες ἄφρονα κούρην
Οὐλομένην, ἥ τ' αἰὲν ἀήσυλα ἔργα μέμηλεν.

Ab Ioue hoc responsum fert,

Μήπ μοι ἄλλο πρόσαλλε παρεζόμενος μινύριζε.
Ἔχ θιρος δέ μοι ἐστὶ θεῶν οἱ ὄλυμπον ἔχουσιν.

Et in 8. grauiter eis minatur nisi sibi pareant.

Ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε θεῶν ἐθέλοντα νοήσω

Digitized by Google

Ελθόντ' ἢ τρώεσσιν ἀρηγέμεν ἢ Δαναοῖσι
Πληγεὶς ὐ κατὰ κόσμον ἐλεύσεται ὄλυμπόν δε.
Ἤ μιν ἑλὼν, ῥίψω εἰς τάρταρον ἠερόεντα.

Et in eodem libro ait Iunonem sibi perpetuo solitã aduersari. Insidiarum, quas dij alij, aliis struant, exemplum est primo Iliad. vbi Iuno, Minerua, Neptunus & Apollo, &c. cum Thetis adduxit Aegeona.

Γιγαντομαχίας] *Virgilius 1. Georg.*

Tum partu Terra nefando.
Cœumq; Iapetumq; creat sæuumq; Typhoëa
Et coniuratos cœlum rescindere fratres
Ter sunt conati imponere Pelio Ossan, &c.

Fabula est apud Ouidium 1. metam. Horatius od. 4. lib. 3.

Ποικιλτέον] *Supra distinxit, ζωγραφίαν & ποικιλίαν. Hic ad peplum respicit Harpocration.* περὶ τοῦ πέπλου τοῦ ἀναγομένου τῇ ἀθηνᾷ τοῖς μεγάλοις παναθηναίοις ὐ μόνον παρὰ τοῖς ῥήτορσίν ἐστι μνήμη, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς κωμικοῖς. *Virgilius lib. 1. Æneid.*

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades passis, peplumq; ferebant
Suppliciter tristes, & tonsæ pectora palmis.

Plautus.

Nunquã ad ciuitatẽ Venio nisi cum infertur peplũ. Ibi depingebantur acu à matronis Deorum bella. Plato in Euthyphrone. Καὶ πόλεμον ἄρα ἡγῇ, συ εἶναι τῷ ὄντι ἐν τοῖς θεοῖς πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἔχθρας δεινὰς, καὶ μάχας, καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλὰ οἷα λέγεται ἱερὰ ἡμῖν καταπεποίκιλται, καὶ δὴ, καὶ τοῖς μεγάλοις παναθηναίοις ὁ πέπλος μεστὸς τῶν

τοιούτων

τοιούτων ποικιλμάτων ἀνάγεται εἰς τὴν ἀκρόπολιν. At Interpres Aristophanis in ἱππῆς, Velum Panathenaicæ nauis, in quo pingeretur acu Pallas Enceladũ deiiciens, ait quarto quoque anno confici solitum. Peplographia Varronis. Peplus Aristotelis. est & alius locus apud Plautum in prologo mercatoris:

Neq; nisi quinto quoquo anno posse tum visere
Vrbem, atque extemplo inde vt spectauisset peplum
Rus rursum confestim exigi solitum à patre,

Proclus. ἐκεῖνος ὁ τῶν παναθηναίων πέπλος ἔχει τοὺς γίγαντας νικωμένους ὑπὸ τῶν ὀλυμπίων θεῶν. Marsilius hic quoque omisit ποικιλτέον.

Ὑπὸ ἡφέως] Immo, ὑπὸ Διὸς, Vulcanus autem eam soluere conatus à Ioue deiectus in Lemnum.

Ἥρας θεσμοὺς] Iliad. o. sub principium.

Ὑφαίστου ῥίψεις] Iliad. α.

Ὑπόνοια] est cũ aliud dicitur, aliud occultatur. Plutarchus ἐν τῷ πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημ. ἀκούειν. τοῖς πάλαι μὲν ὑπονοίαις, ἀληθείαις δὲ νῦν λεγομέναις.

Αλλ' αὐτὸ δεῖ, legendum δὴ, τοῦτο, οἱ τύποι περὶ θεολογίας, τίνες ἂν εἶεν] Id est, At vero istud ipsum, istæ, inquam, formæ ad quas effingenda sunt omnia quæ de diis dicuntur, cuiusmodi tandem sunt?

Τοιοίδε που τινὲς, ὧν δ' ἐγὼ] fere, inquã huiusmodi.

Οἷος τυγχάνει] Id est, Qualis Deus est, talem videlicet eum semper describere oportet: siue quis eum in heroicis versibus describat, siue in odis, siue in Tragœdia. Ita plane.

Primũ hoc principium est, vt nihil Deo affingamus,

Digitized by Google

ſed eum, qualis reuera eſt, talem etiam exprimamus. Sed hoc maius & difficilius eſt, quam vt humanis viribus præſtari queat. Dei enim eſſentiam capere humanus animus non poteſt: Solus Deus capax eſt ſui: ſolus perfecte nouit ſe, & in ſe omnia. Caligat humana mens ad illam immenſam lucem omni luce ſuperiorem: & quo ſe altius attollere conata eſt, eo ſe longius infra id quod petit, iacere ſentit. Apud Ægyptios in adyto Mineruæ, quo nomine illi ſapientiam diuinam, id eſt, Deum ipſum intelligebant, ita ſcriptum erat. Ego ſum, quæ ſunt, quæ futura ſunt, quæ fuerunt. Tunicam meam nemo vnquam retexit. *Quibus ſignificabatur, Deum eſſe omnia: eius autem plenam cognitionem, neminem vnquam conſecutum. Vulgatum illud eſt de Simonide, qui, cum ex eo Rex Hiero quæſiſſet, quidnam eſſet Deus, vnum ſibi diem ad cogitandum poſtulauit. Cum idem poſtridie ſciſcitaretur, biduum petiit. Idem cum ſæpius feciſſet, admiratus Hiero cur ita rem traheret, quæſiit. Tum ille.* Quo magis, *inquit*, cogito, eo mihi res videtur obſcurior. *Nam nedum eſſentiam ipſius comprehendamus, ne nominare quidem eum vllo idoneo, quodque cum reſignificata adæquetur, nomine poſſumus. Vereque eum Mercurius ille, quem Ter maximum vocant, anonymon eſſe dixit. Neque immerito Socrates in Philebo cohorreſcere ſe dicit, quoties Deus aliquis nominandus eſt, metuentem ne ei nomen aliquod parum conueniens tribuat. Et Platonici motum quo animus noſter fertur ad contemplandum*

Deum.

Digitized by Google

Deum, σιώπησιν ψυχῆς, *id est, silentium, & taciturnitatem quandam animi vocant. Et D. Hieronymus principium Psalmi, apud Hebræos 65. ita conuertit:* Tibi silentium, laus, Deus, *quod eum silentio tantum, & admiratione venerari, non etiam pro dignitate de eo, aut loqui, aut cogitare possimus. Neque tamen absterreri debemus, quo minus Deum qualicunque possumus orationis genere celebremus: sed perpetuo, quantum in nobis est, potentiam, sapientiam, bonitatem ipsius deprædicare: ita tamen vt & agnoscamus, & fateamur omnia quæ à nobis de ipso, aut dici, aut cogitari queunt, minus nihilo esse, si cum infinitate, atque immensitate ipsius conferantur.*

Hic distinguendum breuiter, ἔπος, μέλος, τραγῳδία. *ex Procli Chrestomathia.*

Οὐκοῦν ἀγαθὸς] *Hoc est, Nonne igitur, & bonus reipsa Deus est, & ita de eo prædicandum? Qui ni?*

Libro decimo de legibus, tres esse dicuntur, quasi χαρακτῆρες *deorum. Bonitas, Potestas, Cognitio. Hic quoque tres Typi Theologici traduntur, quibus plane idem indicatur. Bonitas, Immutabilitas, Veritas. Nam bonitas quidem, vt illic primus* χαρακτὴρ *est, ita hic primus Typus. Potestati respondet* ἀμεταβλησία, *quam Cicero* immutabilitatem *vocat. Infirmum enim & imbecillum est, quicquid mutationi obsistere non potest. Firmum contra & potens, quod semper eodem in statu permanet, neque vlla vi mutatur aut mouetur. Cognitioni veritas: ea enim est quæ cognitio-*

Digitized by Google

nem perficit. Quæ igitur hic, & in decimo de legibus; de natura Deorum traduntur, præclare inter se, omni ex parte consentiunt. Merito autem Dei bonitatem primo loco constituit. Nam vt vere Philosophi docent, ens, vnum, & bonũ, idem sunt. Deus autem solus proprie est, vnde & ipse ita de se, Ego sum, qui sum, *Exod. 3. solus vnus est, nam in eo solo nihil omnino mistum, nihil concretum, ac compositum est. Solus bonus est. Nam & in diuinis libris.* Nemo bonus, nisi solus Deus. *Duo autem sunt quæ notat Proculus in hunc locum: vnum de vi articuli. quod ita loquitur Plato, ὅγε θεὸς. significat ἢ τὸ καθ' ὑπεροχὴν, ἢ τὸ πᾶς, vt ὁ ἄνθρωπος λογικὸς. Hic non accipitur priore modo, Primo, quia infra ait, ἕκαστος τῶν θεῶν καλλιστός ἐστι καὶ ἄριστος εἰς δύναμιν. Secundo, quia vult poëtas, in his typis versari, qui non tantum de illo primo, sed & de aliis fabulantur.* Μαρτυροῦσι δὲ καὶ τὰ λόγια· οὐδ' ὅτι πᾶς ἀγαθὸς θεὸς εἰδότες, &c. *Alterum est, τῷ ὄντι. ὄντως, quod est, ἄμικτον est ἢ ὄντως ζωὴ, τὸ ὄντως κάλλος. Bonitas in Deo nõ est vt ἕξις. Sed est αὐτὸ ἀγαθὸς. Nã quicquid est in Deo est Deus. alioqui nõ esset simplicissimus. Alia omnia quæ sunt, quatenus sunt, bona sunt.* Vidit Deus omnia quæ fecerat, & erãt valde bona. *Sed bona sunt, μεθέξει. Solus Deus. τῇ οὐσίᾳ. Bonorũ vnica causa est, malorũ plures.*

Πλατωνικὰ.

Malorum Idea non est. Nam idea est causa. Idea est Deus, vt in Parmenide. Et quicquid est in Deo, Deus est. si ergo est Idea malorum, Deus erit causa malorum.

aut

Digitized by Google

aut cum Idea malorum sit Deus, & Deus nullius mali causa, Idea quoq; mali nullius erit causa. In ipso sunt omnia. *ad Rom. 11. Et omnia quæ sunt, quatenus sunt, participant diuinitate. Vnde Aristoteles, formam esse θεῖον, & Socrates, idcirco iurabat per canem, per anserem, per platanum & similia, quia in omnibus inest aliquid diuini, nempe ipsum esse. Item si est idea malorũ τὶ τὸ ποιῶν πρὸς αὐτὸ; Non Deus, nullius enim mali causa est. Non homines, agerent enim malum scientes. At ἀγνοίᾳ δρῶσι τὰ κακὰ πάντες, vt est in Menone. Nulla igitur est idea malorum.*

Suntne mala θεόθεν;

Testimonia, quibus ita videri possit.

I. *Homerus cum proposuisset mala quæ Græcis euenerunt, ex ira Achillis, addit,*

Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

aut, vt Nicanor legebat βουλῇ.

II. *Diminutio virtutis est malum. At*

Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἀνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε
Ὅππως κεν ἐθέλῃσιν.

Iliad. v.

III. *Duo dolia in domo Iouis Iliad. ω. de quibus plura dicentur infra.*

IV. *Apud Hesiodum Iuppiter ita loquitur.*

Τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακόν.

Digitized by Google

Et Pandora cum qua mala omnia hominibus venisse fabulatur, à Ioue ipso missa dicitur.

V. Vulgaris consuetudo loquendi.

Malum quod tibi dij dabunt.

Sæpe in Comœdiis, & Tibullus.

Illi sub terris dident mala multa puellæ.

Sunt igitur non tantùm δωτῆρες ἐάων, vt eos Hesiodus vocat. Sed ταμίαι κακῶντ', ἀγαθῶν τε, vt Homerus Iouem vocat.

Ex sacris.

VI. Si bona suscepimus de manu Domini mala quare non sustineamus? *Iob 2.*

VII. Indurabo cor Pharaonis. *Exod. 9.* Cui vult miseretur, & quem vult indurat, *ad Rom. 9.*

VIII. Ego Dominus, & non est alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Ego Dominus faciens omnia hæc. *Isaiæ 45.*

IX. Nunquid erit malum in ciuitate, quod Deus non fecit?

Contra.

I. Plato hic aperte negat Deum esse causam malorum. & hæc est omnium sapientum sententia.

II. Vt efficiens boni est bonum, ita efficiens mali est malum. At Deus τῷ ὄντι summe bonus est, sine vlla mali admistione, Non est igitur efficiens mali. Euripides.

Εἰ θεοί τι δρῶσι φαῦλον, οὐκ εἰσὶ θεοί.

III. Ho-

Digitized by Google

III. *Homerus etsi interdum facit homines malorum causam in Deum conferentes, vt Menelaum Iliad. γ.*

Ατρείδης δ' ὄμμοξεν ἰδὼν εἰς οὐρανον εὐρὺν
Ζεῦ πάτερ, ὅστις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος. *id est.*
Ingemit Atrides, oculosque ad sidera tollens,
Iuppiter, haud diuum est te perniciosior alter.

Et Agamemnonem Iliados τ.

ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι,
Αλλὰ Ζεὺς καὶ μοῖρα καὶ ἠερόφοιτις ἐρινύς. *hoc est.*
Non ego culpandus, sed qui mihi causa malorum est,
Iuppiter & fatum, & quae nocte vagatur Erinnys.
Hæc igitur & eiusmodi alia, etsi homines stulte loquentes inducit, tamen Odys. α. grauissime talia omnia reprehendit, vbi Iouem ipsum ita loquentem facit.

Ὠ πόποι οἷον δὴ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται.
Εξ ἡμέων γάρ φασι κακ' ἔμμεναι, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ.
Σφῇσιν ἀπασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσι. *id est.*
Quam temere diuos culpant mortalia sæcla.
Ex nobis etenim mala dicunt esse: sed ipsi
Præter fata suis vitiis mala tot patiuntur.

IV. *Et videntur illi versus Homerici, non alieni esse ab eo quod sæpe in diuinis litteris docetur;* bona omnia à Deo fluere: *homines autem cum pereunt, sua culpa perire.*

V. *Deniq; neutrum horum negari potest: omnia quæ sunt facta esse à Deo.* Sine ipso factũ est nihil. *Ioan. 1. & omnia quæ à Deo facta sunt, bona esse.* Vidit Deus omnia quæ fecerat: & erant valde bona. *Gen. 1. Malorum igitur auctor non est Deus.*

Sed

Digitized by Google

Sed vnde sunt mala, si à Deo non sunt?

Pythagorei duo principiorum ordines faciebant. bonorum vnum, malorum alterum. In vno ponebant. Vnum, Verum, Bonum, Impar, Rectum, Quadratum, Marem, *& quædam alia: In altero.* Multa, Falsum, Malũ, Par, obliquum, Altera parte longius, Feminam, & similia. *Earum classium meminit Aristoteles primo Ethicorum 1. τῶν μὲ τὰ φυσ. & alibi. Ex illo fonte, vt opinor, fluxerunt Marcionitæ, Appellitæ, Manichæi, & alij, quos eleganter Origenes, ἀνοίας κατήλους vocat, quorũ alij tria, alij duo principia faciebãt: quidam etiam duos Deos, Vnum bonum & vnum malum, aduersus quos grauissime & eruditissime disserit Origenes tribus libris, quos in Dialogo scripsit aduersus Marcionitas. & S. Augustinus in libro de natura boni aduersus Manichæos. Erant, & qui non duos Deos, sed duos spiritus principio, à Deo genitos dicerent, vnum bonum, alterum malum, In quo errore versatur Lactantius lib. 2. quem inscribit de origine erroris. Quidam etiam ex eis dicebant malorum principium esse hylen siue materiam, quam corporum creatricem vocabant. Neque deerant qui errorem illum conarentur Platoni tribuere, quos refutat Plutarchus, ἐν τῷ περὶ τῆς ἐν πραΐῳ ψυχογονίας. & Arnobius lib. 1. aduersus gentes hanc opinionem non prorsus reiicere videtur. Nam inter ceteras de malorum origine sententias, eam quoque proponit his verbis.* Quid enim, si prima mate-

Digitized by Google

materies, quæ in quattuor rerum elementa digesta est, miseriarum omnium causas suis continet rotationibus inuolutas? *In hac sententia fuerunt, & stoici, & certe τὰ ἔνυλα, τῆς ὕλης vitio intereunt: materia adsidue nouas formas appetente. De iis loquor, quæ sub orbem subiecta sunt, Nam in superioribus nihil prorsus est mali, sed tamen cum ipsa materia sit opus Dei, Nefas est dicere, eam aut malam, aut malorum causam esse. Et tamen necesse est, aut malum non esse, aut esse ab alio principio quam à Deo, aut esse ab ipso Deo. Si malum non est, quomodo agit? Agit autem, nam corrumpit ac destruit. Et constat mala esse, vt adulteria, furta, Cædes, itemque morbos, bella, & similia.*

Explicatio Quæstionis.

Malum interdum aduersatur τῷ ὄντι. Estq; τὸ μὴ ὂν. Quicquid enim est vere ὂν, id Deus fecit. vnde necessario bonum est. Mala natura, *ait D. Augustinus*, nulla est. *Quærere autem vnde sit id quod non est, superuacaneum & ridiculum videtur. Imo vero Deus cum omnia quæ sunt produxerit ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι. nihil tamen vnquam ita prorsus interire patitur, vt esse desinat. Itaque eos quoque, quos pro iustitia sua æternis apud Inferos suppliciis damnauit, millies indignos qui sint, tamẽ esse patitur, vt in eis etiam admirabilis ipsius bonitas & misericordia eluceat. Vnde ex eorum persona ita loquitur Hieremias,* Misericordia Domini, quod non sumus consumpti. *Sed malum duobus*

aliis

Digitized by Google

aliis modis accipitur; diciturq; malum interdum quod honesto ac iusto aduersatur: interdum quod acerbum est & incommodum & perpessu difficile. Illud Theologi vocant malum culpæ, *hoc* malum pœnæ. *Malum culpæ nullo modo ad Deum referri aut debet, aut potest. Sed totum à nobis proficiscitur, qui pulchro & præstanti munere nobis diuinitus cõcesso abutimur* τῷ ἀυτεξουσίῳ, *id est* voluntatis, *siue, vt Theologi loquũtur,* arbitrij libertate. *Quod si quis dicere audeat idcirco quæ ab hominibus peccantur, ad Deum auctorẽ referri posse, quod ab eo homines illam ipsam voluntatis libertatem acceperint, & à quo causa est, ab eodem est & id quod ex causa efficitur: is non videt eadem ratione euenire posse, vt homines de iis omnib° à quibus beneficium aliquod acceperunt: conquerantur. An si tibi magnam pecuniæ vim donauero, tuq; ea ad intemperantiam & libidinem vtens, & in morbos incidas, & infamiam tibi concilies, culpare me poteris, quod qua re à me accepta bene & laudabiliter vti potueras ac debueras, ea ad damnum, & ad dedecus tuum abuti malueris?*

At videtur Deus interdum esse caussa peccandi, vt cum cor alicuius indurat; sed verissime Theologi docent, peccatum sæpenumero esse pœnam peccati, Cum enim hominem in malo pertinacem & obstinatum videt Deus, auertit se ab eo, & eum naturæ suæ obsequi patitur: eoque modo euenit, vt ille qui ita à Deo desertus est, ex vno vitio in aliud prolabatur. Præclare, vt solet, Paulus in epistola ad Romanos. Cum cognouissent Deum, *inquit,* nõ coluerunt vt Deum,

Neque

Digitized by Google

Neque ei gratias egerunt: ſed pro diis coluerunt ſimulachra hominum, auium, quadrupedum, & ſerpentum. Propterea tradidit illos Deus cupiditatibus cordis ſui. Vt eis turpiſsime ac fœdiſsime obſequentes in ſemetiſis erroris ſui mercedem ferant.

Idem accidit & Pharaoni, qui cum multis modis in populum Deo acceptũ iniurius & iniquus fuiſſet, Deus non ille quidem nouam vllam duritiam in cor eius induxit, ſed ita eum indurari paſſus eſt, vt ſi cera quæ ſolis radiis liquefieri ac molliri poterat, abſcedente ſole ad naturalem ſuam duritiam reuertatur. Neque vnquam quenquam indurat Deus, niſi quem ſibi renitentem ac contumacem videt.

Malum autem pœnæ, Ita enim vocemus, vt ab hominibus eruditiſsimis vocatur, quatenus malum eſt, peccatis noſtris adſcribi debet, quibus in nos iram Dei prouocamus: quatenus autem à Deo immittitur, & infligitur, in bonis, non in malis numerari debet. Quinque enim fere ſunt cauſæ propter quas Deus acerbitates quaſdam & incommoda immittit hominibus. Interdum vt eos ad bonam frugem & ad ſanctitatem reuocet; eaque tum non magis in malis habenda ſunt, quam remedia & medicamẽta: quibus medici leuare morbos, & amiſſam valetudinem reſtituere conãtur. Interdum autem, vt exemplo eorum qui ob peccata, pœnas luunt, alij ſapientiores facti à peccãdo deterreantur. Nonnunquam etiam ab iis, quos amat, pro peccatis pœnas in hac vita exigit, ne poſt mortẽ aliæ ſint eis grauiores & acerbiores luendæ.

Inter-

Digitized by Google

Interdum exercet eorum virtutem, vt magis appareat, & vt det eis materiam maioris gloriæ promerendæ. Postremo eos qui volutati sunt in cœno vitiorum vsque ad mortem, neque, aut indoluerunt propter perpetrata à se facinora, neque eorum vere atq; ex animo pœnitentes operam dederunt, vt eorum veniam impetrarent, eos, inquam, detrudit ad Inferos, æternis suppliciis mancipatos. In quo tamen, vt ante dixi, vt iustitia, ita misericordia ipsius perspicitur: iustitia quidem, quod vt benefactis præmium, ita peccatis pœnam constituit: Misericordia autem, quod eos non tamen prorsus extinguit, neq; ad nihilum redigit, sed esse patitur, vt ne illa quidem infelicium domus, diuinæ misericordiæ prorsus expers reperiatur.

Atque his cognitis facile solui possunt, quæcunque superius à nobis allata sunt. Malum enim culpæ à nobis est non à Deo. Pœna autem omnis, quatenus à Deo est, in bonis, non in malis, numerari debet. Etiámne illa quam scelerati apud Inferos luunt? etiam; quatenus est à Deo. Quicquid enim iustum est, bonum est. Pœna autem illa iusta est. Ex quo efficitur, vt sit etiam bona. At non eis qui apud inferos sunt, fateor. Sed vt principio lib. 4. de Republica ait Plato, non vnius partis, etc. Vniuerse autem bonum iustitiam esse, & multis partibus præstat iustitiam diuinam obseruari, quam huius aut illius impuri hominis pœnam prætermitti. Sic quædam vruntur & secantur in corpore. ne pars sincera trahatur, *vt quidam ait.*

Οὔτε Ὁμήρου.] *Marsilius.* Neq; Homeri igitur, neque

neque alterius poëtæ accipiendum est peccatum stulte dediis dicentis, &c. *male, nam ἁμαρτίαν non refertur ad ἀποδεκτέον, sed ἁμαρτάνοντος, ἀποδέχεσθαί τινος quid sit notum est. Achilles Iliad. ω. cum dixisset Priamo, Inutilem esse luctum, addit.*

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν διὸς οὔδει
Δώρων, οἷα δίδωσι, κακῶν ἕτερος δ' ἐάων.
Ὧ μὲν καμμίξας δώῃ ζεὺς τερπικέραυνος.
Αλλοτε μέντε κακῷ, &c.
Ὧ δέ κε τῶν λυγρῶν δώῃ λωβητὸν ἔθηκε
Καὶ ἑ κακὴ, &c.
Φοιτᾷ δ' οὔτε θεοῖσι τετιμένος, οὔτε βροτοῖσι.

In quo Homeri loco verius fortasse legitur vt Plato legit, præsertim cum ita citet & Plutarchus in libro πῶς δεῖ τὸν νέον τῶν ποιημ. ἀκ. sed tamen in παραμυθητικῷ πρὸς Απολλ. citat ita, vt vulgo leguntur. rursus autem ἐν τῷ φυγῆς, Agnoscere videtur lectionem Platonicam.

Bonis sine vlla mali admistione soli dij fruuntur. Homines autem præclare secum agi existimare debent, si malis suis saltem boni aliquid adminisceatur. Ita enim faciunt Dij, iis quos diligunt. Sic in Odys. de Demodoco.

Ὃν περὶ μοῦσ' ἐφίλησε, δίδου δ' ἀγαθόντε κακόντε
Οφθαλμῶν μ' ἄμερσε δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν.

Pindarus pro vno bono duo mala semper à diis dari:

Ἓν παρ' ἐσθλὸν πήματα σύνδυο δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι. *At Euripides:*

Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακὰ,
Αλλ' ἔστι τίς σύγκρασις.
Οὐδ' ὡς ταμίας] *Iliad. δ. ita legitur.*

Ζεὺς ὅστ' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται.

Sed talia non intelliguntur de vere malis, id est, de turpibus, Imo de iis tantum quæ plerunq; vt pœnæ, diuinitus infliguntur.

Ορκων καὶ σπονδῶν σύγχυσιν] *Lib. 3. Iliados. Conuenerat inter Græcos & Traianos, & c. libro autem 4. Mittitur Minerua à Ioue, missa Laodoci formam induit, & persuadet Pandaro, vt contra fœdus telũ in Menelaum mittat.*

Θέμιδός τε καὶ Διὸς] *Iliad. υ.*

Ζεὺς δὲ θέμις' ἐκέλευσε θεοὺς ἀγορήνδε καλέσαι.

Pars illa Iliados vocatur à veteribus θεῶν μαχὴ. *Pro Græcis pugnant, Iuno, Minerua, Neptunus, Vulcanus, Mercurius. Pro Troianis, Venus, Apollo, Diana, Latona, Mars, Scamander, Iudicium dearum notum est. ex Iliad. ω. etsi versus illi* νοθεύονται.

Οὐδ' ἂν ὡς Αἰσχύλος λέγει] *Citat hos versus & Plutarchus in libro de audiendis poëtis.*

Οὗτος μεν τοίνυν] *Id est, Sit igitur, inquam, hæc quidem vna ex illis legibus & figuris, ad quas oportebit dici iocose, & eos, qui quid de Deo dicent, & eos, qui poëmata conscribunt, non esse eum omnium causam, sed bonorum tantũ. Abunde, inquit, multa hac de re dicta sunt. Quid autem secunda hæc? Nunquid Deum præstigiatorem putas esse & tanquã ex insidiis, modo sub hac, modo sub illa forma conspici? Ita vt interdum quidem ipse aliquid fiat, mutetque speciem suam multas in formas, interdum autem ludificetur nos, efficiatque vt nobis de ipso talia videantur, an & simplicem esse, & omnium mini-*

Digitized by Google

minime à forma sua excedere? Ego vero, inquit, quid in præsentia dicam non habeo.

Secundus Typus Dei, immutabilitas, cũ quo coniungit etiam veritatẽ. Bipertita enim hæc quæstio est. Vtrum Deus ipse reuera mutetur; & varias formas induat: an cum ipse immutabilis sit, ludificetur tamẽ homines, & cum omnino non mutetur, efficiat tamen, vt ipsis modo hanc, modo illam formam suscipere videatur.

Dicendum autem est, Deum neq; mutari, neq; ludificari homines. Nam & immutabilis est, & veracissimus, atque ab omni mendacij genere alienissimus. Deus enim simplicissimus est. maximeque vnus. Quod autem perfecte vnũ & simplex est, immutabile est. Vnde Parmenides & Melissus cum τὸ ὂν vnum esse dicerent, idem immobile esse dicebant. Aristoteles 1. Physicorũ. Εἰ ἐν ᾧ ὁ ἄνθρωπος ὑδέποτ' ἂν ἤλεγεν, *ait Hippocrates, de nat. hom. Quicquid mutatur compositum est, aliquid enim manet, & aliquid transit. Quicquid mutatur potentiam admistam habet. Deus autẽ est actus purus. Quicquid mutatur acquirit aliquid quod prius non habebat. Extat hoc argumento liber Philonis.* ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον. *Conuenit hoc cum sacris scripturis.* Tu autem idem ipse es. *Psal. 101.* Ego sum Deus & nõ mutor. *Malac. 3.* Ego sum qui sum. *Exod. 3. Nam quæ mutantur non dicuntur esse, sed fluere, vt in* πμάφ *& idcirco dicebat Heraclitus:* neminẽ eundem bis in eundem fluuium ingredi. *vt est apud Aristotelẽ.* Solus Deus natura incommutabilis est. *Augustinus in lib. de fide ad Petrum Diac. & idem in lib. de nat. boni.*

Digitized by Google

His positis videamus quibus argumentis idem probet Socrates. Quia enim Glauco dixerat, &c. idcirco eum ita interrogat.

Τὶ δὲ τόδε; οὐκ ἀνάγκη] *Inductio ad probandam maiorem syllogismi.*

Πᾶν τὸ μεταβαλλόμενον ὑπὸ μεταβάλλοντος ἀσθενέστερον, τὸ ἔθειον δυνατώτατον. *Hinc Proculus colligit vnicum esse Deum. sed ipse postea* ἀμετάβλητος *non est.*

Ἀλλὰ μὴν, ὁ θεὸς] *Hic continetur* ἡ ἐλάττων καὶ τὸ Σύμπερασμα.

Ἀλλ' ἄρα αὐτὸς αὑτὸν μεταβάλλει ἂν καὶ ἀλλοιοῖ] *Altera pars propositionis.*



M. ANT.

Digitized by Google

M. ANT. MVRETI
NOTÆ.

IN XENOPHONTIS
ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΝ
& ἀνάβασιν.

Digitized by Google



M. ANT. MVRETI NOTÆ IN XENOPHONTIS Κύρου παιδείαν.

Notæ in librum primum Κύρου παιδείας.

ag.2. ver.6. Hen. Steph. In præfatione, quæ est ante libros de Institutione Cyri, quo loco enumerat Xenophon eos populos, quos Cyrus sub imperium suum subiecit, nominantur Mariadyni, seu vt alij scribunt, Maryadeni, *ex quibus alij* Megadinos, *alij* Magadidos, *alij* Budinos. *Sunt hi quoque Scythiæ populi, facere maluerũt. Ego veterem scripturam retineo.* Maryandinorum *mentio est apud Herodotum lib.6. apud Strab.li.7. apud Stephanum: Xenophon ipse lib.6. de expeditione Cyri, Heracleam, Megarensium Coloniam, in Maryandenorum agro esse ait.*

V.19. Sub principum narrationis, vbi est ὀλιγάτλυσιν αὐτοῖς μὴ κλέπτειν, *magis probo, quod in aliis libris legitur,* ἔπειτα πρεσάτλυσιν.

V.34. Quod autem statim sequitur de foro illo libero, in quod neque plebi pateret aditus, neque quidquam rerum venalium inferretur: quale hodie in nulla,

Digitized by Google

la, quod sciam, ciuitate reperitur: & tamen incredibiles vtilitates adferret: id Aristoteles è Xenophonte, vt opinor, haustum in libros suos transtulit, qui tamen apud Thessalos quoq; tale forum quoddam esse dixit. Verba eius sunt è septimo, vt quidem vulgo numerant, libro Politicorum. πρέπει δὲ ὑπὸ μὲν τοῦτον τὸν τόπον τοιαύτης ἀγορᾶς εἶναι κατασκευὴν, οἵαν καὶ περὶ θετταλίαν, ὀνομάζουσιν, ἣν ἐλευθέραν καλοῦσιν. αὕτη δὲ ἔστιν ἣν δεῖ καθαρὰν εἶναι τῶν ὠνίων πάντων, καὶ μήτε βάναυσον, μήτε γεωργὸν, μήτ' ἄλλον μηδένα τοιοῦτον παραβαίνειν, μὴ καλούμενον, ὑπὸ τῶν ἀρχόντων. *Tale quoddam forum audio hodieque esse Epidauri.*

P.3.v.14. De eo autem loco, qui pertinet ad iudicia ingrati, quæ apud Persas dabantur, scripsi iampridem lib.8. variarum lectionum cap.vlt.

V.35. At paulo post, vbi narrat ephebos partim in venationem cum rege exire, partim in custodia manere solitos, locus perturbate admodum scriptus est, quem ita lego. ὅταν δὲ ἐξίῃ βασιλεὺς ἐπὶ θήραν, ποιεῖ δὲ τοῦτο πολλάκις τοῦ μηνὸς, τὴν μὲν ἡμίσειαν ἐξάγει τῆς φυλακῆς, τὴν δὲ ἡμίσειαν καταλείπει.

P.5.v.16. Iam vero vbi effeminatum illum, minimeque viro decorum corporis cultum, quo Astyages vtebatur, exponit, sæpe sensi multis mirabile videri, quod tum sibi etiam oculos pingere solitum scribit. Vix enim videtur id sine magna molestia, & doloris sensu, noxæq; periculo fieri posse. Certo tamen certius est, id antiquitus factitatum. Et in sacris literis de Iezabele: Depinxit oculos suos stibio. *Et apud Hieremiam:* Et

Digitized by Google

pinxeris ſtibio oculos tuos. *Et apud Ezechielem,* circumliniſti ſtibio oculos tuos. *S. Cyprianus in libro de bono pudicitiæ.* Quid capillorum mutatur color? Quid oculorum extremitates ſuffuſcantur? *Magis miror, quod lib. 8. Cyrus ipſe iam ſenex præcipuis amicorum, quos aſſiduo circum ſe habebat, vt idem facerent, permiſiſſe dicitur.* καὶ ὑποχρίεσθαι δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς προσέτο, ὡς εὐοφθαλμότεροι φαίνοιντο ἢ εἰσί. *Iuuenal.*

—pingitque trementes
Attollens oculos. *Plinius.*

Tanta eſt decoris affectatio, vt pingantur oculi.

Mentio eius conſuetudinis eſt & apud hunc ipſum in œconomico, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπαλαφόμενος ἀνδρεικέλῳ.

P. 6. v. 10. *Paulo poſt auum vbi carnes ſibi ab auo datas Cyrus inter miniſtros regios diſtribuiſſe dicitur, cauſam addens, cur cuique quid daret, ita legendum puto.* τοιαῦτα ἐπιφέρειν, ἕως δίδω πάντα, *non vt in optimis etiam libris eſt,* τοιαῦτα ποιεῖν ἕως διδίδω πάντα. *Et paulo infra.* μηδέπω ὑποπίνων, *non vt in eiſdem* μηδέπω ὑποπίνων.

P. 7. v. 17. *Vbi autem retinendi nepotis cupiens Aſtyages, multa ei, ſi maneat, offert, quibus facile puerilis animus capi poſſet: lego,* ἔπειτα τά τε νῦν. *vbi vulgo male,* ἐπεῖ τά τε νῦν.

V. 32. *Neque multo inferius, vbi narrat Cyrus, ſe aliquando, quod inter duos pueros perperam iudicaſſet, vapulaſſe: lego,* καί τοι, φάναι, *non* καὶ τοίνυν φάναι.

P. 11.

Digitized by Google

P.11.v.16. Ὁ δὲ κῦρος ὁρῶν εὐβοηθοῦντας καὶ τοὺς ἄλλους, παρεσκεύαζε ἐκβοηθεῖ, καὶ αὐτὸς, πρῶτον τό τε ὅπλα ἐνδὺς ὅπο-τε οἰόμενος. οὕτως ἐπεθύμει αὐτοῖς.

Ἐξοπλίσασθαι] *Frustra se torquet homo eruditus, frustra locum suspectum habet, sed sentētia eum latuit. quæ hæc est. Tum primum Cyrum induisse arma: quod tempus ipse nunquam venturum putabat. Ita magna cupiditate flagrabat ea induendi. Est autem naturale, vt quod quis valde cupit, eius ei omnis expectatio longa videatur. Nota sunt illa senis Comici, qui dormire non poterat.*

Rex Iuppiter, qua hæc est longitudo noctium
Nunquamne pulsa nocte nascetur dies?

V.22. Paulo autem infra, eum locum, vbi est. ἦ γὰρ ἐκεῖνοι, ἔφη, οἱ ἐλαύνοντες; *nihilo deterius est, quod in quibusdam veteribus libris legitur,* οἱ πλανῶντες. *De illis enim loquitur, quos modo dixerat* ἄλλους ἄλλοσε καταθεῖν.

V.28. Neq; multo post, vbi est, ἐπειδὰν ἴδωσί τινας ἐπ' αὐτοὺς ἐλαύνοντας: *lego* ἐφ' αὐτοὺς.

V.34. Καὶ αὐτὸς πρῶτος ἡγεῖτο ταχέως] *malim* ἡγεῖτο τάξεως.

P.12.v.27. Μὴ ὁ πατήρ τι ἄχθοιτο] *melius* ὁ πατήρ τε ἄχθοιτο.

P.13.v.17. Παρέσται αὐτῆς ὀλίγου χρόνου] *lego,* αὖθις.

V.38. Ἰόντας] *constat legendum,* ἴοντες.

P.14.v.14. Ἐκ παίδων ὁρῶν ὑμᾶς] *dele illud* ὑμᾶς. *suauior erit oratio.*

Digitized by Google

P.15.v.7. Αλλὰ πιςεύω τοι τῇ πείρᾳ, καὶ τοῖς ὑμῶν εἰς ἐμὲ εὐνοίᾳ] *lego*, πιςεύωτε.

V.39. Ὡς ἄπορ] *malim*, ὡς ὅσαπερ.

P.16.v.13. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα νῦν ἀνάγκει δαπανᾶν] *pro* νῦν, *lego* νὶν. *& expono*, αὐτὸν τὸν κυαξάρη, *neq; me mouet, quod* νὶν *vox poëtica est. Non enim rarum apud hunc scriptorem poëticæ voces.*

P.17.v.22. Ὡς δεήσει καὶ τούτων ὥσπερ καὶ ὑπὲρ τῆς σρατιᾶς τὸν σρατηγὸν ἐπιμελεῖσθαι] *lego*, ὡς δεῆσον, καὶ τούτων ὑπὲρ τῆς σρατᾶς τὸν σρατηγὸν ἐπιμελεῖσθαι.

P.18.v.1. Ὥσπερ ἱματίων ῥαγέντων] *Quod hic Xenophon dicit, medicos similes esse eorum artificum, qui vestes non nouas quidem conficiunt, sed laceras, ac detritas resarciunt; idem ab eo, vt opinor, sumptum, transtulit Galenus, in librum* de constitutione artis medicæ ad Patrophilum, *significans eam esse ex genere illarum, quæ οὐκ αὐτὰ τὰ πρόσματα δημιουργοῦσιν, ἀλλὰ ἐπανορθοῦν τὰ πονήσαντα καθάπερ αὖτε τὰ διῤῥωγότα τῶν ἱματίων, καὶ τὰ διεσπαρμένα τῶν ὑποδημάτων συῤῥάπτουσι.*

V.8. Πλεῖστα γὰρ τὰ ἐδίοντα ἐν σρατιᾷ, καὶ ἀπ' ἐλαχίστων ὁρμώμενα] *Multa sunt in exercitu, quæ comedant, non enim militibus tãtum cibo opus est, sed & caculis, calonibus, lixis; tum etiã equis, non iis modo, quibus vehuntur equites, sed & iis, qui sarcinas, & impedimenta gestant: quæ omnia, nisi alantur, certã pestem exercitui afferunt. Ideoq; bonum imperatorem de cõmeatu, & pabulo, vel in primis sollicitum esse oportet. Hucusq; plana, & perspicua sentẽtia. Sed fateor me nõ videre, quid sit, quod*

Digitized by Google

quod statim sequitur: καὶ ἀπ' ἐλαχίστων ὁρμώμενα. *Philelphus vertit.* Et quę à minimis incipiunt. *Quod ego quidem peræque intelligo, atq; si nihil scriptũ esset. Quod aũt notat eruditus, & diligens Typographus, in quibusdam veteribus libris legi,* ὁρώμενα, *puto equidem verum esse, sed scio in aliis legi* ὁρκώμενα, *quod verbum cũ plane nihili sit, ex eo factum est* ὁρμώμενα. *Ego aũt leui, & facili mutatione putarim melius legi* ἀρκούμενα, *vt hoc dicat Cambyses, milites solere quidem, vbi vrget inopia, paruo, ac tenui victu esse contentos, sed eosdem vbi copia est, quasi exploratum habeant fore, vt nunquam postea egeãt, solitos large, ac liberaliter præsentibus, ac paratis frui, nihil de futuro cogitantes. Ideoque diligenter hoc Imperatori ipsi prouidendum.*

P.20.v.7. Πλεονεκτεῖν] *lego* πλεονέκτην, *melius enim conuenit cum iis, quæ antecesserunt.*

V.35. Φρήτρα] *non dubito quin legendum sit* ῥήτρα.

P.21.v.7. Πολλὰ μὲν τούτων ἀνάγκη ἐστὶ καὶ ὑμᾶς, καὶ τοὺς πολεμίους παρεῖν] *lego,* καὶ ἡμᾶς τοῖς πολεμίοις, καὶ ἡμῖν τοὺς πολεμίους παραρεῖν.

Καὶ διῶξαι παριδόντες, ἑαυτοὺς ἀτάκτους ποιῆσαι] *lego,* καὶ διῶξαι παραδόντες ἑαυτοὺς ἀτάκτους ποιῆσαι, *vt* τὸ ἀτάκτους *referatur* πρὸς τοὺς πολεμίους, *qui dum incaute sequuntur eos, qui fugã simulant, ipsi ordines deserunt.*

V.21. Καὶ (φόδρα μὲν, καὶ ἐν τοῖς μουσικοῖς τὰ νέα, καὶ ἀνθηρὰ εὐδοκιμεῖ, πολὺ δὲ καὶ ἐν τοῖς πολεμικοῖς μᾶλλον τὰ καινὰ μηχανήματα εὐδοκιμεῖ] *Verbum* εὐδοκιμεῖ, *semel poni satis est; & è priore loco delẽdum videtur. Priorem autem huius sententiæ partem accepisse videtur ab Homero, cuius illa sunt.*

Τὴν

Digitized by Google

Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι
Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφυπέληται.

Aut à Pindaro.

Αἴνει παλαιὸν μὲν οἶνον ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων.

V.24. Μηδὲν ἄλλο ἢ μετενέγκης. ἐπ' ἀνθρώπους τὰς μηχανὰς, ἃς καὶ ἐπὶ τοῖς πάνυ μικροῖς] *Ita legendum puto, non vt in omnibus excusis libris legitur.*

V.31. Ἕλκων τὰ πετεινὰ πρὸ τοῦ φυγεῖν] *lego* ἕλκων τὰ παγίδια πρὸ τοῦ τὰ πετεινὰ φυγεῖν.

V.41. Καὶ ἐν τῷ ἰσοπέδῳ, καὶ ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς ὡπλισμένους ἀμφοτέρους μάχην συνάπτειν] *ita legendum est. In libris vulgatis, particula* καὶ, *è suo loco in alium traiecta est.*

P.22.v.10. Κατὰ κέρας] *Thucydides,* ἐπὶ κέρως, *vt & hic statim* ἐπὶ φάλαγγος.

V.14. Ἄλλως] *malim* ἄλλος.

V.17. Μάθε δέ μου] *malim,* μάθε δέ μοι.

V.22. Ἰδιώτας] *lego,* ἰδιῶται.

Ad librum secundum.

Κύρου παιδ.

P.23.v.5. Αὖθις] *lego,* αὖ τοῖς.

V.31. Οὐ πλείω] *lego,* οὐ μεῖον.

V.32, Εἰώθει] *lego,* εἴωθε.

P.24.v.14. Οἱ παρ' ὑμῶν] *delendum illud* οἱ.

V.29. Ἡμέτερον τὸ ἔργον] *legendum,* ὑμέτερον.

V.34. Ἀλλὰ γινώσκω γὰρ ἔφη] *Quod hic ait Cyrus eandem orationem plus, minusue valere, prout maior, minor-*

Digitized by Google

minorue est ipsius dicentis auctoritas. Item antea dixerat apud Euripidem Hecuba his versibus.

Τὸ δ' ἀξιώμα κἂν κακῶς λέγῃς τὸ σὸν
Πείσει. Λόγος γὰρ ἐκ τ' ἀδοξούντων ἰών,
Κ' ἀκ τῶν δοκούντων ὑ ταυτὸν θένει.

Quos ita reddiderat Ennius.

Hæc tu, etsi peruerse dices, facile Achiuos flexeris
Nam cum opulenti loquuntur pariter atque ignobiles,
Eadem dicta, eademq; oratio æqua non æque valet.

Videndus Agellius cap. 4. lib. 11.

P. 25. v. 6. Καὶ εἴτι χείρονες ἡμῶν ἐστὲ] *Hæc omnia delenda sunt. nam neque sunt in aliis libris, & plane redundant. Videntur per errorem huc tralata ex eo, quod paulo post sequitur:* καὶ εἴτι χείρους ἡμῶν ταῦτα ποιεῖν ἦτε.

P. 26. v. 7. Τῶν δεκάρχων] *lego,* δεκαδάρχων.

V. 7. Εὐπιστόταται] *mihi excuti non potest, quin legendum sit,* εὐπειθέσταται, *etsi scio quid ab aliis pro vulgata scriptura adferatur.*

V. 18. Ὠφελεῖσθαι δὲ ἐδόκουν αὐτῷ] *puto harum vocum duas postremas delendas esse, satis enim est, quod paulo supra positum est,* ἐδόκουν μὲν αὐτῷ ὠφελεῖσθαι.

V. 23. Ὑφ' ἑαυτοῖς τὰς τάξεις] *lego,* τὰς ὑφ' ἑαυτοῖς τάξεις. *& paulo post,* οἱ δὲ λοχαγοὶ τοὺς λόχους ὡσαύτως. οἱ δὲ δεκάδαρχοι τὰς δεκάδας.

V. 34. Ἢ καὶ πράξας] *lego,* πρᾶξαι.

V. 39. Ὥστε ἱκανὴν ἔχειν] *deleo,* ὥστε, *& lego,* ἱκανὴν κατέχειν

P. 27.

P.27.v.11. Οἱ ἕτεροι] *Eos dicit, qui tum primum adsciti erant in homotimos, Itaq; melius* ἑταῖροι, *vt & in sequentibus eos vocat.*

V.27. Περιέφερε τὸ τρίτον] *legendum* περιεφέρετο τὸ τρίτον.

V.29. Οὐδέν τι δεῖσθαι] *melius,* οὐδὲν ἔτι δεῖσθαι.

V.32. Τοῦ ἐμβάπτεσθαι] *lego,* τοῦ ἐμβάμματος.

V.37. Δυσκόλως] *lego,* δυσκόλοις.

P.29.v.13. Οὐδὲν ἀνισώτερον] *Hæc est illa Achillis Homerici.*

Εν δ' ἰῇ τιμῇ, ἢ μὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλὸς.

Et hanc ait Euripides pestem Ciuitatum in Hecuba:

Εν τῷ δὲ γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις,
Ὅταν τὶς ἐσθλὸς, καὶ πρόθυμος ὢν ἀνὴρ
Μουδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον.

V.38. Εξαιρέτους] *lego,* ἐξαιρετέους.

P.30.v.20. Παρακλίτην] *lego,* παρακοίτην.

V.20. Ανήρηται] *melius,* ἀνήρτηται, *vt supra aliquoties eo verbo vsus est.*

V.40. Τοῦτο γὰρ ἀεὶ καὶ λέγειν, καὶ ποιεῖν δεῖ] *Merito Typographus locum hunc suspectum habet. Ita enim deprauatus est, vt nisi emendetur, syllaba aliqua opus sit ad sententiam illius eruendam. Sed quod ille nos remittit ad latinum Xenophontem editionis suæ, ludit, videl. ludum sibi non inusitatum, vt cum tam sæpe in obscuris, aut deprauatis Thucydidis locis iubet inspici annotationes suas. Totum huius orationis principium peßime acceptum est à librariis: quod ego partim veteribus libris, partim coniectura fretus, ita propo-*

Digitized by Google

proponam, vt legendum censeo, Ἄνδρες φίλοι ὁ μὲν ἀγὼν ἡμῖν ἐγγύς. παρέρχονται γὰρ οἱ πολέμιοι. τὰ δὲ ἄθλα τῆς νίκης ἢν μὲν ἡμεῖς νικῶμεν τὰ τῶν πολεμίων ἀγαθὰ πάντα. ἢν δὲ ἡμεῖς αὖ νικώμεθα (καὶ τοῦτο γὰρ λέγειν δεῖ) δηλονότι τῶν πολεμίων τὰ ἡμέτερα. καὶ ὅτι τὰ τῶν ἡττωμένων ἀγαθὰ πάντα τοῖς νικῶσιν ἀεὶ ἄθλα παρέχει). *Voces illæ* δηλονότι τῶν πολεμίων τὰ ἡμέτερα, *ita corruptæ fuerant*, δηλονότι εἴτε πολέμιοι ἂν ἡμέτερα. *Deinde, cum è loco suo migrassent, alienum in viciniam occuparant.*

P.31.v.7. Ὅτι οὐδὲν διαφέρει κακὸν εἶναι] *lego*, οὐδὲν διαφέρει κακὸν, ἢ ἀγαθὸν εἶναι).

V.25. Εν κοινῷ κεῖσθαι] *Hoc Latini dicunt*, in medio positum esse. *Vt cum Terentius ait*, in mediō positam esse palmā omnibus, qui artem tractant musicam.

V.28. Νῦν δὲ φημι ἡμῖν, καὶ δέδεικται μάχη] *legendum* νῦν δὲ ἡμῖν, καὶ δέδοται μάχη. *Illud* φημὶ *redundat, fluxitq; ex eo, quod statim sequitur*, ἡμῖν, *frustra geminatū litterū.*

V.42. Τὸ πεφυκέναι] *malim* τῷ. *Sed hoc & H. Stephanus notat.* (*tur* ἴμεν.

P.32.v.2. Ἴσμεν] *ferri potest, sed melius videre-*

V.eod. Ἀλλ' ὅτοι μὲν ἔντιμον βίον, ὃς βίων ἥδιστος, ὃς μόνος] *Duas postremas voces nullam idoneam sententiam efficere nemo non videt. Ego si tantum licentiæ mihi sumere audeam, libēs pro eis reposuerim*, καὶ ἄπονον, *vt opponat*, ἔντιμον, καὶ ἄπονον βίον τῷ ὀπτόνῳ, καὶ ἀτίμῳ.

V.3. Μάλιστα ὦ ἄνδρες] *lego*, μάλιστα δὲ ὦ ἄνδρες.

V.21. Ἰδὼν

V.21. Ιδὼν δὲ αὐτὸν] *delendum illud,* δὲ, *vt sit* ἰδὼν αὐτὸν.

P.33.v.4. Οὗτοι] *lego,* οὕτω.

V.8. Τῆς τε πραότητος, καὶ τῆς διδασκαλίας] *lego* τῆς τε πραοτάτης διδασκαλίας.

V.27. Εκάλεσε ταύτην τὴν τάξιν, ὥσπερ ἔφη, καὶ τῇ ἄλλῃ] *legendum simpliciter,* ὥσπερ ἔφη, *& illud,* καὶ τῇ ἄλλῃ *delendum. Fluxit ex eo, quod paulo post sequitur,* καὶ οἱ ἄλλοι.

V.34. Καὶ τῷ δευτέρῳ ἐκέλευσε ταῦτα τοῦτον παραγγεῖλαι] *lego,* καὶ τῷ δευτέρῳ ταυτὰ τοῦτον παραγγεῖλαι. *Apta sunt hæc ex primo illo verbo* παρήγγειλε.

V.37. Διακοσίων] *Nisi me fugit ratio, legendum est,* τριακοσίων.

P.35.v.14. Πολλάκις δὴ] *lego,* πολλάκις ἤδη.

V.23. Καὶ δὴ δύο ἡμέρας] *lego,* ἤδη δύο ἡμέρας.

V.29. Πέμπων ἤτει τὸν κυαξάρην ἐπὶ] *lego,* πέμπων ἐπὶ τὸν κυαξάρην ἤτει.

P.36.v.6. Ὑμῖν] *lego,* ἡμῖν.

V.8. Λάβε] *lego,* λαβὼν.

V.25. Ἔχων] *lego,* ἔχεις.

V.36. Απίης] *veteres quidam libri* οἴσῃς.

V.41. Πρὸς τὸ ἀνύειν τὴν ὁδὸν, καὶ πρὸς τὸ μάχεσθαι] *Hoc ita expressit Tacitus libro primo,* Incessitque itineri, & prælio. *Idem lib.13.* viæ pariter, ac pugnæ. *Q. Curtius lib.3.* Iamque tertium, sicut præceptum erat, signum tuba miles acceperat, itineri simul paratus. & prælio.

Ad

Digitized by Google

Ad librum tertium

Κύρου παιδ.

P.37.v.11. Ὅτι καὶ δὴ αὐτὸς οὗτος ὁμῶ] Pro καὶ δὴ, lego, ἤδη. quo in genere sæpe admodum à librariis peccatum est. ὁμῶ autem loco ἀντὶ τοῦ, ἐγγὺς.

P.38.v.36. Τῶν πάνυ σοι συμβουλεύω] Dele illud τῶν.

P.40.v.12. Αὐτὸς] malim, αὐτῷ.

P.42.v.41. Ὀρεινή τέ ἐστι, καὶ ὀλίγη ἡ τὰ χρήματα ἔχουσα] Pro ὀλίγη ἡ τὰ, lego ὀλίγιστα.

P.43.v.1. Ὅτι ἤδη τοῦτο] lego ὁτιὴ διὰ τοῦτο.

V.37. Μὴ ἀποδιδόναι, ὦ καὶ ἀποδιδόντες] lego μὴ ἀποδιδόντες, οἳ καὶ ἀποδιδόντες.

P.44.v.6. Τὰ νομιζόμενα παρὰ σοὶ ἀποτελεῖν] deleo illud παρά.

V.12. Ασφαλὲς] lego ἀσφαλῶς.

P.48.v.36. Πρὸυπισχνοῦνται] lego προσυπισχνοῦνται. Dij, inquit, non tantum pugnam commissum iri, neque victores fore prænunciant, sed salutem præterea nobis, atque incolumitatem pollicentur.

P.49.v.6. Αὐτὸς μόνος ἔχων, καὶ τοῦτο ἀγαπῶν] lego, αὐτὸς μόνως ἔχων, καὶ τούτῳ ἀγαπῶν.

V.15. Εφορῶντες] lego ἐφορμῶντες.

V.22. Καὶ δὴ ἠριστηκότες] lego ἤδη ἠριστηκότες.

V.29. Μωρὸν γὰρ] Notus iam vulgo est Sallustianus ex hoc expressus locus.

P.51.v.25. Ενέκλιναν] legendum ἐξέκλιναν.

Ad librum quartum

Κύρου παιδ.

P. 52. v. 4. [illegible] τε] *legendum*, φυλακὰς δὲ.

P. 54. v. 14. Ὥστερ οἱ λακεδαιμόνιοι τοῖς σκιρίταις] De Sciritis *videndus Diodorus Siculus lib. 15.*

P. 56. v. 34. Ἦν δὲ (τὸ πολλοῖς δὴ συμβεβηκὸς κρατοῦσι) τὴν τύχην ἀνατρέψαι γίγνηται, φυλάξασθαι δεῖ, τὸ ἐφ' ἁρπαγεῖν τραπέσθαι] *Operæ pretium est videre, quomodo se hic Philelphus gesserit, qui ita locum hunc interpretatur.* Sin quod multis iam accidit vincẽtibus, fortuna aduersetur, cauendum est, ne vos ad rapinam conuertatis. *Ego autem libenter quæsierim, quomodo* iam vincentibus fortuna aduersetur, *aut quod periculum sit, ne ij, quibus fortuna aduersatur, se ad rapinam conuertant. Cum ipsis potius metuẽdum sit, ne hostibus præda fiant. Sed ille quidem, vt sæpe, sãtis habuit, cum omnino nihil diceret, si videretur aliquid dicere. Bonus autẽ Typographus Panchresto illo suo vtitur, & reiicit nos ad* Annotationes, *in quibus tamen de hoc toto loco silentium est. Illis igitur omissis, ita legẽdum censeo.* ἓν δὲ ὃ πολλοῖς ἤδη συμβεβηκὸς κρατοῦσι, τὴν νίκην ἀνέτρεψε φυλάξασθαι δεῖ, τὸ ἐφ' ἁρπαγὴν τραπέσθαι. *Illud tamen* τὴν τύχην, *ferri potest, sed malo* νίκην. *Hoc autem dicit,* vnum eis cauendum esse, ne cum superiores esse cœperint, conuertantur ad prædam, & ad spolianda occisorum corpora: *vel cadauera. Eo enim modo multis contigisse, vt cum iam vincerent, victoria ipsis è manibus elabere-*

beretur. Eius autem rei crebra in historiis exempla sunt, Qui legerant λῶ, pro ἐν, & ἀνατρέψαι, pro ἀνάτρεψε, addiderant postea de suo illud γίγνεται.

P.59.v.5. Ὅπ οἱ ἄλλοι ἂν τοῦτον τὸν χρόνον] legendum, ἀνα τοῦτον τὸν χρόνον.

P.60.v.10. Νῦν μὲν δὴ] Totum hunc locum ita lego, νῦν μὲν δὴ ἔγωγε ἀγαπῶ, λῶ ἐξισόω θεῖν ὀρμηθεὶς ἀνθρώπῳ, μόνον τῇ κεφαλῇ πρόσω.

P.61.v.25. Επὶ τούτοις ἡμεῖς, καὶ δὴ φρατιζόμεθα] Hic quoque pro καὶ δὴ, legendum ἤδη.

P.62.v.12. Ὡς ἐπ' εὐτυχίᾳ] Potare enim liberalius solebant re bene gesta. Vnde illud vetus. οἶνον χρὴ ὅπ' τοῖς συμφοραῖς. Ex quo est illud Horatianum,

Nunc est bibendũ. Et hinc intelligendũ illud Terẽt.

In turba magna, atque in peccato maximo,
Quod vix sedatum est, potastiũ scelus,
Quasi re bene gesta——

V.13. Ἀπὸ τῶν διαπτῶν ἀπελληλυθότων] Terentius.

Ita, vt fit, Domini vbi absunt.

V.19. Ὥσπερ ὠμὸς ἦν) λέγω, καὶ ἀγνώμων] lego, ὥσπερ ὠμὸς λῶ καὶ ἀγνώμων. Cum per errorẽ ex λῶ, factum esset εἶναι; additum postea verbum λέγεται.

P.65.v.6. Ὅπως] lego, ὅπου. Cũ ea vendiderint, alia adducũt, vbicũq; nos castra metati erimꝰ.

V.14. Ἄλλοι ἡμεῖς] lego, ἀλλήλοις.

P.66.v.14. Επὶ τὸ πεζοὺς] locus perturbatus, quẽ ita legendum censeo. δοκεῖ δὲ τινὰς πεζοὺς, τῶν ὁμοτίμων ἕκαστον ἀνθ' ἑαυτοῦ καθιστάναι ἄλλον ἄρχοντα. οἱ μὲν δὴ, &c. vox τῶν ὁμοτίμων, sine causa geminata est, & ex fine periodi delenda.

Digitized by Google

V.28. Τοῦτον ὁ νυνὶ βασιλεὺς οὗτος καλέσαντος οὗ τότε βασιλέως] *legendum,* τὸν ὃν καλέσαντος οὗ τότε βασιλέως. *Cætera delenda sunt.*

V.32. Παραγαλέσας, καὶ ἀνεῖς] *lego* παρεκάλεσεν ἀνεῖς.

V.33. Εἶναι] *lego* εἶ), καὶ ὁ μὲν. *Ita autem sæpe omissa est particula,* καὶ *post verbum* εἶ), *propter similitudinem syllabarum* ναὶ, *&* καὶ.

V.36. Οὕτως] *Melius* οὗτος.

P.67.v.11. Αλλ' ἥντερ ὦ γωβρύα [*Vnde autem diuinarat Cyrus hunc senem* Gobrian *vocari? Nihil certe dictũ est, vnde id resciscere potuerit. Simile quiddam notaui iam pridem apud Plautum in Milite glorioso, Vbi Palæstrio,* Acrotelentium, *mulierem sibi ante eum diem ignotam, vt primum videt, proprio nomine appellat. sed huius generis sunt paucæ quædã maculæ in magnis scriptoribus ferendæ, quas,*

aut incuria fundit,
Aut humana parum cauit natura.

Vt ait Horatius. Vide lib.14. variar.lect.cap.16.

Ad librum quintum

Κύρου παιδ.

P.71.v.10. Οἵ πνες αὐτῶν] *lego* αὐτῷ.

V.16. Οἶνον ἄλφεα] *lego* οἶνον, ἄλφιτα ἄλφεα.

V.23. Καὶ δαρεικοὺς ἀμέτρους] *Itane quæso* daricos? *At* darici *illis temporibus nulli erant. Tale igitur est, quale illud Virgilij 6. Æneid.*

Per-

Digitized by Google

Portusque require velinos.

P.72.v.23. Επεὶ δὲ κατενόησα τὴν μετριότητα τῶν σίτων] *Non dubium est, quin legẽdum sit τῶν συσσίτων.*

V.32. Καὶ ὡς ἔσκωπτον οἷα σκωφθῆναι ἥδιον ἦν ἢ μὴ] *Totum hunc locum eleganter tractat Plutarchus lib.2. συμποσιακῶν.* (βαλεθυμῷ.

P.74. Μένος ἐμβαλεῖν] *Homericum.* μένος ἔμ-

P.75.v.15. Εἰδῆτε] *lego* συνῆτε.

V.16. Τοῦτο ἤδη μηχανᾶσθαι] *legendum* τοῦτο ἤδη δεῖ μηχανᾶσθαι.

V.17. Πλεῖστα ἀγαθὰ] *lego* πλείω ἀγαθὰ.

V.28. Επὶ στράτευμα] *legendum vnica voce* ἐπιστράτευμα. *& paulo post,* ἄξοντες. *ad supplementum exercitus à Sacis, & Hircaniis adducendum.* ἐπιστράτευμα *ita dictum est, vt* ἐπίμετρον.

V.39. Ἦν δὲ καὶ ὃ ἔλαβε χωρίον ὁ κῦρος, ὁποῖον ἔφη, ὁ γαδάτας] *Hæc omnia redundant, & delenda sunt.*

V.42. Ὡς δ' ἤκουσεν] *dele illud* δὲ, *vt sit continuata oratio.*

P.76.v.3. Παρὰ κύρῳ] *legendum* παρὰ κύρου.

V.4. Γαδάδας ὁ εὐνοῦχος] *delendum, vt minime necessarium.*

V.36. Ἰέναι] *lego* εἶναι.

P.78.v.37. Ἓν μόνον παραλέλειπτο] *lego* παραλέλειπτο, *vt significet Xenophon, exposita iã à se esse omnia, quæ Cyrus in illo nocturno itinere caute, ac prudenter faciebat: vnum modo prætermissum, quod statim subiicit, de expeditis illis, quos præmittebat ad exploranda itinera. paulo aũt inferius lego,* ἄρχων δὲ καὶ ἐπὶ τούτοις ἦν.

P.80.v.vlt. Καὶ τοῦτ' ἔφη, λέγω] *melius in veteribus libris*, καὶ οὐχὶ τοῦτ' ἔφη λέγω.

P.81.v.1 Κοινούμενος] *lego*, κοινωσάμενος. *Sic paulo superius*. οὔτε ἀνακοινωσάμενος, οὔτε εἰπὼν οὐδὲν τῷ κύρῳ. *& paulo post*, ὁ δὲ ἀπελθὼν, μὴ ἀνακοινωσάμενος ὅπου ἂν ᾖ.

V.31. Πάντα ἐποίουν] *alij libri*, ἐπήνουν, *quod melius videtur*.

V.37. Στρατιὰ] *lego*, στρατεία.

V.39. Στρατιὰν] *lego*, στρατείαν.

P.82.v.36. Οὕτω δὴ ὁ γαδάτας ἀπελθὼν ἐφύλαξε μὲν τὰ τείχη σὺν κύρῳ, ἃ ὠχυρώσατο] *lego*, οὕτω δὴ ὁ γαδάτας ἀπελθὼν φύλαξι μὲν τὰ τείχη σὺν κύρῳ ὠχυρώσατο.

V.39. Αδελφοὺς] *Melius veteribus libris* ἀδελφὰς.

P.83.v.12. Ανειργμένοις] *lego*, ἀνειμένοις.

V.18. Απελθεῖν] *legendum* ἀνελθεῖν. *Sed quædam ex his ab Henrico notata video, vt & alia quædam, quæ iam in hac pagina notaueram, quæ idcirco omitto.*

P.84.v.1. Επιστολὴ] *Nihil necesse mutare, & scribere* ἐντολὴν, *nam* ἐπιστολὰς *quoque vocabant mandata. Demosth.1. Philipp. Æschylus.* σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολὰς, αἷς σοι πατὴρ ἐφεῖτο.

Ad librum sextum

Κύρου παιδ.

P.88.v.6. Ὁ δέ τις Σάκαν] *Non dubium est, quin legendum sit* Σάκας.

V.8. Απολώλει τῷ φόβῳ] *Tale est illud Terentianũ. risu emoriri.*

V.14.

Digitized by Google

V.14. Αδίκως γὰρ ἐγὼ] *lego,* ἀδίκως ἄρ' ἐγὼ, *neque quidquam aliud muto.*

P.90.v.15. Πολλὰ τάλαντα ἀργυρίου, καὶ χρυσίου] *Talentum auri temporibus Homeri non tanti fuit, quanti fortasse aliquis suspicaretur. Id vel ex præmiis ludorũ; quæ apud eum ponũtur intelligi potest. Tertio enim ponitur lebes, quarto duo auri talenta. Notat Iulius Pollux.*

V.27. Οὐδὲ μέγα μέρος] *lego,* οὐδὲν.

V.30. Ἄλλοι δέ] *non est dubium quin delendum sit.*

V.32, Ἧττον γὰρ ἀνατρέπεται] *veteres libri,* ἧττον γὰρ ἂν ἀνατρέποιτο.

V.41. Βουλόμενος δέ τινα] *apertissimũ* σολοικοφανὲς. Βουλόμενος ἔδοξεν αὐτῷ. *Sic. lib.8.* ἐπιθυμῶν ὁ κῦρος ἔδοξεν αὐτῷ. *Hæc non notanda tantum, sed interdum etiã, dum parce, & apte id fiat, imitanda censeo. Cur. n. laudemus in antiquis, quæ ipsi imitari nunquã audeamus.*

P.91.v.4. Επεὶ δὲ Αράσπας δοκῶν ὑπηρετεῖν ἀπετύγχανεν ἃ ἐβούλετο] *lego,* ἐπεὶ δὲ ὁ Αράσπας δοκῶν ὑπηρετήσειν, ἀπέτυχεν ὧν ἐβούλετο. *Et ita interpretor.* Postquam autem Araspas, qui eam sibi morẽ gesturam putabat, spe sua frustratus est. *Verbum* ὑπηρετήσειν *ad mulierem, non ad Araspan referri debet, in quo, vt solet, errauit Philelphus.*

V.5. Ποιήσοιτο ταῦτα] *lego,* πείσοιτο ταυτὰ.

V.31. Εἰδέναι. ὡς πορεύσομαι οὖν ἔφη, ἤδη νυνὶ] *legendum* εἰδέναι, καὶ ὡς πορεύσομαι οὖν, *&c. Sæpe ita peccatum est à librariis, vt post verbũ aliquod, cuius extrema syllaba esset ναὶ, omissa sit particula* καὶ, *propter similitudinem.*

Digitized by Google

P.92.v.4. Καὶ ἦν πη ἄλλῃ] *libri veteres* ἦν δέ πη, καὶ ἄλλῃ.

V.31. Ὅμοια ἐκείνῳ] *malim* ὅμοια τοῖς ἐκείνου, *vt & paulo inferius*, ὅμοια τοῖς κύρου.

V.43. Τοῦ ἀγωγίμου] τοῦ ἀγωγίου *legit Suidas.*

P.94.v.37. *Quod hic, & postea lib.7. ait Xenophon, ne aspectum quidem camelorum ab equis ferri posse. Idē & ab Herodoto, & à Plinio traditū exstat. Neq; tamen perpetuo verum est. Ego certe sæpe & vidi, & expertus sum, multos equos esse, qui, etiā si ad Camelum proximo accesserint, neq; aspectu illius, neq; odore tereantur.*

P.95.v.29. Ἄνευ γὰρ τούτου] *Simile illi Homerico*, τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκῆ.

V.37. Μάθωμεν] *legendum*, λάθωμεν.

V.42. Καταδαπανᾶται] *lego*, καταδαπανᾶτε.

P.98.v.5. Καὶ μέντοι κατ' αὐτοὺς] *lego*, καὶ μέντοι, καὶ αὐτοὺς.

V.14. Καὶ δὴ] *lego*, ἤδη.

V.33. Απέχουσιν] *lego*, κατέχουσιν.

V.40. Εἰ οἱ] *lego*, μὴ ἡ.

P.99.v.9. Τοὺς πολεμίους βλάπτειν, ἢ τοὺς συμμάχους ὠφελεῖν] *Miror equidem tam insigne mendum à nemine vsq; huc notatum fuisse. Nemo enim ita obtusus est, quin si attentius hunc locum legat perspecturus sit, verbo* ὠφελεῖν *totam sententiam corrumpi. Hoc enim dicit Cyrus*, τὰς τοῦ μετρίου βαθυτέρας φάλαγγας; *sociis potius, quā hostibus damnosas esse. legendum igitur hoc modo*, αἱ δὲ βαθύτεραι φάλαγγες, ἢ ὡς ἐξικνεῖσθαι τοῖς ὅπλοις τῶν ἐναντίων, τίσοι δοκοῦσιν, ἔφη, τοὺς πολεμίους βλάπτειν, ἢ τοὺς συμμάχους;

V.13. Τούτους γὰρ πρωτοστάτας μὲν ἄντις τάττοι] *legendum*, τίς ἂν τάττοι.

P.100.v.30. Ἀλλ' ὅτι μὲν, &c.] *Si cum hæc dicerentur, nemo adfuit, mirum vnde ea Xenophon resciuerit. In poëtis hæc facilius feruntur, qui à Musis feruntur, qui à Musis afflantur, quæ omnia sciunt. In aliis scriptoribus maiori excusatione indigent.*

P.101.v.24. Καὶ ὁρᾷν] *melius in aliis*, καὶ προορᾷν.

V.26. Καὶ σιδήρῳ ὑφ' ἵππων ἰσχυριζομένων] *lego*, καὶ ἵπποις σιδήρῳ ἰσχυριζομένοις.

Ad librum septimum

κύρου παιδ.

P.102.v.14. Ἑψόμεθά (οι ζεῦ μέγιστε] *Hinc fortassis effictum est illud Virgilij.*

sequimur te sancte Deorum.

Quisquis es.——

V.19. Επιπρόσω] *lego*, ἔτι πρόσω.

P.103.v.32. Τὰ μὲν πλάγια] *delenda plane vox est* πλάγια.

P.104.v.13. Κατ' ἄκρων] *lego* κατ' ἄκρον.

V.23. Επανατεινόιμενα τὰ κέρατα] *libri veteres*, ἢ τὰ ἐπατεινόμενα κέρατα. *quod & rectum est.*

P.105.v.10. Ὁμοτράπεζοι] *Hi regibus in periculis maxime fideles esse consueuerant, neque fere vnquam eos deserebant. Sic lib.1.* ἀναβάσεως. πλὴν πάνυ ὀλίγοι ἀμφ' αὐτὸν κατελείφθησαν σχεδὸν οἱ ὁμοτράπεζοι καλούμε-

νοι. Et in eodem libro. πάντες οἱ περὶ αὐτὸν φίλοι, καὶ συντράπεζοι ἀπέθανον ὑπὲρ κύρου.

V.15. Καὶ ἵππους, καὶ τρόχους] *libri veteres,* καὶ ἵπποις, καὶ τροχοῖς.

V.35. Εἰ μὴ εἰς τὸ ὄπισθεν] *lego* ἢ εἰ εἰς τὸ ὄπισθεν, *hoc & Henricus notauit.*

P.106.v.6. Επεὶ δὲ ἀνέβη] *Mirum in modum deprauatus est hic locus, quem ita, vt mihi quidem legendus videtur, adscribam.* ἐπεὶ δὲ ἀνέβη κατεῖδε μεστὸν τὸ πεδίον ἵππων, ἀνθρώπων, ἁρμάτων, φευγόντων, διωκόντων, κρατούντων, κρατουμένων. μένον δ' οὐδαμοῦ οὐδὲν ἔτι ἠδύνατο κατιδεῖν πλὴν τῶν αἰγυπτίων. *Verba illa,* τῶν μὲν πολεμίων, φευγόντων, τῶν δὲ ἑαυτοῦ κρατούντων, *adiecta sunt ab aliquo, qui claris, & perspicuis lucem adferre vellet. Cui enim iam dubium esse poterat, vtri fugerent, vtri vincerent? vbi autem posteriore loco legitur,* κρατουμένων, *quin* μένον *legi debeat, nemo dubitauerit, quin meminerit,* ὅτι ἔδοξε τῷ κύρῳ ἀναβῆναι ἐπὶ πυργὸν τίνα κατασκέψασθαι εἴπη, καὶ ἄλλοτι μένοι τῶν πολεμίων, καὶ μάχοιτο. *Philelphus quoque legit* μένον. *sed & quod statim sequitur, ita lego,* οὗτοι δὲ ἐπειδὴ ἠποροῦντο, κυκλοποιησάμενοι, ὥστε πάντοθεν ὁρᾶσθαι τὰ ὅπλα, ὑπὸ ταῖς ἀσπίσιν ἐκάθηντο.

V.14. Ὑπὸ τῶν προδεδωκόντων αὐτοὺς] *Non est dubium quin legendum sit,* ὑπὲρ, *vt & Philelphus legit.*

V.25. Τούτῳ γὰρ μόνῳ συγγιγνώσκεσθαι ἔφασαν] *legendũ* τοῦτο γὰρ μόνον συγγιγνώσκετε ἔφαν. Huius vnius *inquiebãt* rei nobis gratiam facite, Hoc vnum nobis remittite, hanc veniam date, ne aduersus

ſus Crœſum arma ferre cogamur. *Sed & Philelphus recte hunc locum accepit. Germanorum autem eruditiſſimus, ita vt nunquam hoc quidem loco illius vicem pudeat.*

P.107.v.11. Τὰ δ' τῶν χαλδαίων ὅπλα ἔρημα] *Philelphus*, Chaldęorum autem arma ſola, *ineptiſſimè; Vertendum fuit.* Chaldæorum autem tentoria deſerta. ὅπλα enim nō tantum vocant arma, *ſed eum quoq; locum, in quo milites tendunt, in quo conſiſtunt interquieſcendi cauſa, & ὅπλα διαδχ dicuntur, cum locum ſibi ſumunt, vbi conſiſtant. Quæ res ignorata effecit, vt prope innumerabiles loci & apud hunc ſcriptorem, & apud Thucydidem peſſime accepti ſint ab interpretibus. Ita accipi hanc vocem, vt dico, confirmabo adductis aliquot locis, ne qua dubitatio relinquatur. Xenophon 1.* ἀναβάσεως, εὐδὺς ἦν εἰς τὸ μέσον ἀμφοτέρων ἄγων ἔθετο τὰ ὅπλα. *Idem lib. 4.* ἐπεὶ δὲ ἦσαν κατὰ τὰ διάβασιν, καὶ τὰς ὄχθας ἐν ποταμῷ, ἔθεντο τὰ ὅπλα. *Et in eod.* Ξενοφῶν δ' φέψας πρὸς τὸν κεδρόχους, ἀνὰ τὰ ὅπλα ἔθετο. *Et lib. 5.* τὸν μ' ὁπλίτας ἐκέλευε διάδχ τὰ ὅπλα. *Et paulo poſt:* οἱ δ' ὁπλῖται ἔθεντο τὰ ὅπλα. *Et lib. 6.* καὶ διαβάντες ἐπ' πόρρω τὰ ὅπλα πίθεν). *Sed aut hoc teſtiū ſatis eſt, aut non video, quid ſit ſatis. Quamlibet autē multa in hanc rem exempla nullo negotio proferre poſſim.*

V.31. Αξιῶ ὠφελησθῶαι τὸν σραπώτας] *pro* τὸν *ſcribendum* αὐτὸν, *& vox* σραπώτας *delenda eſt.*

V.38. Οἷ δ' ὅτι ἥξουσι] *ſcribe* ἄξουσι.

V.41. ἔξεσι δέ σοι ἰδόντι ταῦτα ἐλθόντι] *lego* ἐξέστω, *& vocem* ἐλθόντι *delete.*

P.108.

Digitized by Google

P.108.v.4. Εβυλόμην δ' ἂν] lego ἐβυλόμην γ' ἂν.

P.109.v.18. Καὶ ἄλλα πρόβατα] libri veteres, καὶ ἅμα πρόβατα.

V.38. Ὅτι ποιήσοιτο] lego ὅτι πείσοιτο.

P.110.v.19. Στηπτύχων] verius videtur εὐνύχων.

V.32. Ταυτὰ] melius ταῦτα.

V.38. Εἰσήλατο] melius videtur εἰσῆλθεν.

P.112.v.18. Τοὺς πρώτους ἀρίστους εἶναι] Idem præcipitur lib.3 ἀπομνημον. Sumptum autem est ex Homero. Iliad.δ. Et idem præcipiunt rhetores in collocatione argumentorum.

V.25. Μετεβάλλοντο] fortasse melius ἐβάλλοντο.

P.113.v.2. Μὴ ἂν ἕλοι] libri veteres, μὴ ἀνέλοιτο.

V.5. Κατένειμε δώδεκα μέρη] Iidem, κατένειμεν εἰς δωδεκα μέρη.

V.24. Πολλοὶ δ' αὐτῶν μεθύουσι] Iidem πολλοὶ δ' ἂν μεθύουσι.

V.35. Οὐδὲν ἂν εἴη] Totum hunc locum ita legendum puto, οὐδὲν ἂν εἴη θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἄκληστοι αἱ πύλαι αἱ τοῦ βασιλείου εἶεν, ὡς ἐν κώμῳ. ἐν κώμῳ γὰρ δοκεῖ ἡ πόλις πᾶσα εἶναι, τῇδε τῇ νυκτὶ. Huius autem ipsius conuiuij mentio est Danielis cap.5. & hic ille Rex, qui illic vocatur Balthasar, Nabuchodonosoris filius.

V.37. Οὐκ ἂν ἀμελεῖν δέοι] lego οὐκ ἄρα μέλλειν δεῖ.

P.114.v.1. Πολέμιοι] lego πολεμίοις.

V.29. Ἀνεπιφθόνως] diuide, vt sit ἂν ἐπιφθόνως.

P.115.v.32. Οὐκ οἶμαι χολήν σοι εἶναι] lego, οὐκ οἶμαι χολή σοι ἦν.

P.116.v.3. Εὖ ἔχει] delendæ sunt hæ duæ voces: est enim

Digitized by Google

enim ἀναντάπόδοτον, *qualia apud hunc auctorem sane multa.*

V.9. Νῦν δὲ ἐπειδὴ ὐχ οὕτω τρόπου μόνον ἔχεις] *lego* νῦν δὲ ἐπειδὴ ὐ τούτους μόνον ἔχεις.

V.14. Κατὰ ταῦτα] *malim* κατὰ ταυτὰ.

V.40. Εν τοῖς πολεμίοις] *legendum* ἐν τοῖς πολέμοις.

P.117. v.17. Μηνύσωσι] *non dubium est, quin legendum sit* μὴ ἀνήσωσι.

V.41. Τότε πλεῖστοι καὶ φθονοῦσι] *Pindaricum.* πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντ' ὁ φθόνος ἕρπει.

P.118. v.26. Επιτρέπειν] *lego* ἐπιπρέπειν.

Ad librum octauum
κύρου παιδ.

Pag.120. v.33. Πρῶτον μὲν] *Veteres libri* πρῶτον μὲν οὖν.

P.121. v.7. Αρχων αὐτῶν] *Iidem* ἄρχων ἦν αὐτῶν.

V.10. Γενομένους ἀνθρώπους] *Iidem* γενομένους ἂν τοὺς ἀεθρώπους.

V.13. Τῷ χρόνῳ ἐπεὶ δὲ εὐδαιμονέστερον ἦν] *Iidem,* τῷ χρόνῳ ἐπειδὴ εὐδαιμονέστερος ἦν.

V.19. Ὥσπερ οἱ πλεῖν αἱρούμενοι] *Horatius,*

Vetabo, qui Cereris sacra
Vulgarit arcanum, sub iisdem
Sit trabibus, celeremúe mecum
Soluat phaselum.

Sunt & Hesiodi, & Callimachi quædam similia.

V.25.

Digitized by Google

V.25. Ποείζεσθαι] *libri priscæ fidei* πορεύεσθαι.

P.124.v.18. Πατὴρ καλούμενος] Δαρεῖος κάπηλος, καμβύσης δεσπότης, κύρος πατὴρ. *Herodotus.*

P.125.v.33. Εξαρκοῦμαι] *Veteres libri*, ἐξακοῦμαι.

P.127.v.24. Καὶ οἷς τῶν ἄλλων θεῶν] *Iidem*, καὶ οἷς ἄλλοις θεοῖς, *& paulo post*, πολὺ, *non* πολλοὶ.

P.130.v.33. Ὁπότε δὲ μὴ αὐτοὶ εἶεν] *Dele illud* μὴ, αὐτοὶ *autem est, soli, sic apud Platonem*, αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν. *Et apud Plautum in Casina.* Nos sumus.

V.24. Αμφὶ τοὺς ἄλλους] *dele vocem* ἄλλους.

P.133.v.10. Ὅλους] *lego* ὡς.

P.135.v.42. Ἡ παῖς] *lego* ἄπαις.

P.136.v.42. Ἕδραι] *lego* ἕδραις.

Infra. Σε] *lego* ἐμὲ.

P.129.v.38. Πόλλα πλάσια ἐμοῦ εὐφραίνῃ] *deleo illud* ἐμοῦ.

V.40. Τῶν δὲ ἀποβαλλόντων] *melius* ἀποβαλόντων.

P.139.v.25. Φαίνεσθαι] *lego* φαίνεται, *& mox pro* τίτεσθαι] *lego* κτᾶσθαι.

P.140.v.19. Ακήρατον] *legitur & ἀγήρατον.*

P.141.v.5. Ὡρίσθη μὲν] *scribe* ὡρίσθη μὲν γὰρ.

V.15. Οὐδ' ἂν εἷς αὐτοῖς ἐπίστευεν] *delenda hæc omnia.*

V.119. Καὶ τῶνδε] *melius* καὶ τῇδε.

P.143.v.14. Ἑκόντες] *legendum* ἄκοντες.

M. ANT.

Digitized by Google

M. ANT. MVRETI
AD PRIMVM LIBRVM
τῆς Κύρου ἀναβάσεως
Notæ.

Cyrus, de quo in superioribus libris dictum est filium habuit Cambysen secundum, in quo cum extincta esset stirps mascula Persidarum, Atossa, quæ illius & soror, & vxor fuerat, eo mortuo, nupsit primum quidem Smerdi mago, deinde Dario. Ex ea, & Dario nascitur Xerxes *ille, qui tanta cum ignominia à Græcis fugatus est, Hic filium habuit* Artoxerxem, *τὸν μακροχειρα, qui &* Assuerus *dicitur, cum quo* Hester *in matrimonio fuit. Hinc successerunt primo* Xerxes *deinde Sogdianus, filij legitimi. Quibus breui tempore interfectis,* Ochus, *qui &* Darius *nothus, pater* Artaxerxis, & Cyri, *de quibus in hu libri agitur.*

Pag.114.v.11. Τισαφέρνης.] *Hic ille est, de quo tam multa leguntur apud Thucydidem lib.8.*

V.21. Ὁπόσους εἶχε φύλακας] *Malim,* ὁπόσους εἶχε φυλακὰς.

P.146.v.9. Περὶ Σοφίας] *Notandum nomine Σοφίας significari* musicen. *Et plane apud vetustissimos iidem erant sapientes, Poëta, & Musici, vt in 1.Rhetor. Arist. docuimus.*

V.42.

Digitized by Google

V.42. Πρὸ τῆς φάλαγγος μέσης] *omnino delenda vox* μέσης.

P.147.v.23. Καὶ εἶδε τὰς σκηνὰς] *Iampridem docui legendum* εἶλε, *cap.10.lib.15.variarum lectionum.*

P.148.v.22. Ὅπου ἐὰν ὦ] *lego* ὅπου ἂν ὦ.

P.149.v.13. Πείσομαι] *lego* πεισόμενον.

V.15. Μὴ ποιουμένου] *malim* μὴ ποιησομένου.

P.150.v.17. Τριάκοντα μυριάδας] *Romulus Amasaeus interpres legit* τρεῖς μυριάδας, *quod verius puto.*

V.22. Ὡς μέντοι πλείστοις ἐδόκει φιλοτιμηθέντες] *lego* ὡς μὲν τοῖς πλείστοις ἐδόκει φίλοις θυμηθέντες.

V.38. Εἰς ζωὴν δεδομέναι] *legendum* ζώνην, *vt docui ex ipso variarum lectionum, quem paulo ante citaui, loco.*

P.151.v.23. Ἢ μηκέτι με κῦρον νομίζετε] *simile illud Ouidij.*

Ne sim tibi maxima Iuno.

V.36. Ὀλίγοι δὲ στρουθοὶ] *nemo non videt legendum* ὀλίγαι, *sunt autem hi* Struthio cameli. *de quibus Plinius cap.1.lib.10.*

P.152.v.12. Ἀλεύρων, ἢ ἀλφίτων] *dele illud* ἀλεύρων ἤ. *Error natus è dubitatione librarij, vtro modo in veteri libro scriptum esset.*

V.37. Τῶν δὲ τοῦ Μένωνος στρατιωτῶν] *puto legendum* τῶν δὲ τοῦ Μένωνος ἑνὸς στρατιωτῶν.

P.153.v.12. Σὺν τοῖς παροῦσι τῶν πλείστων] *lego* Συντοῖς πλείστοις τῶν παρόντων.

V.16. Ὑμῖν] *lego* ἡμῖν.

V.20. Τὰ πολέμια] *legendum,* τὰ πολεμικά.

P.154.

P.154.v.4. Μεταμεμέληταί σοι] *legendum* μεταμεμέλησθαί σοι.

V.14. Σχολὴ ἡμῖν] *lege* σχολὴ ἢ ἡμῖν. *& paulo post*, τοὺς ἐθελοντάς.

P.155.v.24. Ταῦτα] *lego* ταυτὰ.

V.30. Ἰσχυρῶς, καὶ πλοῖα πλεῖ] *lego* ἰσχυρῶς ὡς καὶ πλοῖα πλεῖν.

V.34. Πυθόμενος] *lego* πυθομένῳ.

P.156.v.34. Ἂν οἰστὸν] *lego* ἄνυστον.

V.43. Μένον] *lego* ἔμενον.

P.157.v.17. Δι' αὐτῶν τῶν ἑλλήνων] *malo* διὰ τῶν ἑλλήνων.

P.158.v.31. Αὐτῶν] *legendum* αὐτῷ.

P.159.v.17. Εδίδου] *lego* διεδίδου.

V.35. *Obserua etiam ipsum fratrem regis Persarum vocari seruum illius. Itaq; ipsemet, paulo ante, cum milites suos hortaretur*, εὖ γὰρ ἴστε, *inquit*, ὅτι τὴν ἐλευθερίαν ἑλοίμην ἂν ἄντι ὧν ἔχω πάντων, καὶ ἄλλων πολλαπλησίων. *& ad finem lib.2.* ἐπείπερ κύρου ἦσαν τοῦ ἐκείνου δούλου.

P.160.v.4. Ὥρμηντο] *lego* ὥρμουν.

V.8. Πρὸς τῶν ἑλλήνων] *lege* πρὸς τὸν τῶν ἑλλήνων, *vt intelligas* σταθμὸν.

V.31. Καὶ δὴ] *lego* ἤδη.

P.161.v.4. Προσεληλακέναι] *lego* προεληλακέναι. *Sic & Henricus legit.*

Ad librum secundum ἀναβάσεως.

P.161.v.34. Οἱ μὲν ᾤχοντο] *lego* καὶ οἱ μὲν ᾤχοντο.

Digitized by Google

V.5. Φέρεσθε ἔρημοι] *Verbum* φέρεσθε *delendum puto.*

V.28. Περὶ τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν] *legendũ arbitror.* περὶ τῶν ἡμετέρων σωμάτων.

P.162.v.3. Εκβιάλειν] *Verbum hoc deprauatum esse video: quid pro eo substituendum sit, non video.*

P.163.v.4. Εἰ μέν τοι μηδεμιᾶς σωτηρίας ἐστὶν ἐλπὶς] *malim* μηδεμία.

P.165.v.28. Εκλεγόμενος τὸν ἐπιτήδειον ἔπαισεν. ἂν καὶ ἅμα] *lego* ἐκλεγόμενος τὸ ἐπιτήδειον ἔπαιε, καὶ ἅμα. τὸ ἐπιτήδειον *autem dicit* ἢ δόρυ ἤβα.

V.36. Οξος] *Ne dubitandum quidem puto, quin legendum sit,* ὄψον, καὶ ἑψητὸν.

V.39. Τὰς δέ τινας ξηραίνοντες τραγήματα ἀπετίθεσαν] *lego* ἐς τραγήματα. *De cerebro autem palmæ scripsi quædam cap.12.lib.13.variarum lect.*

P.169.v.22.. Παρ' οὓς] *malim* παρ' οἷς.

V.30. Πρὸς αὐτὸν] *lego* πρὸς αὐτὸ, *vt supra* τὸν πρὸς τοῦτο τεταγμένων

P.170.v.6. Αποσταίητε] *malim* ἀπιστέοιτε.

V.10. Ὁρᾶται] *lego* ὁρᾶτε.

V.24. Quod hic traditur solis Persarum regibus licuisse rectam capite tiaram gerere, legitur & apud Herodotum, & apud Senecam lib.6.de Beneficiis, & significatur ab hoc ipso in illo primo progressu Cyri, qui expositus est lib.8. παιδείας.

P.172.v.8. Totum hunc locum ita legendum, & ita interpungendum puto. ἐκόλαζέ τε αἰεὶ ἰσχυρῶς καὶ ὀργῇ ἐνίοτε, ὥστε καὶ αὐτῷ μεταμέλειν, ἐσθ' ὅτε δὲ καὶ γνώμη, ἀκολάστου γὰρ, &c.

V.21.

Digitized by Google

V.21. Μὴ ἀπροφασίστως] *Constat legendum* ἢ ἀπροφασίστως.

P.173.v.2. Απιστεῖν] *lego* ἀπειθεῖν.

V,5. Μένων δὲ] *Hoc loco notat Marcellinus odium Xenophontis in Platonem.* Ξενοφῶν δὲ, *inquit,* μένωνι λοιδορεῖται τῷ πλάτωνος ἑταίρῳ διὰ τὸν πρὸς πλάτωνα ζῆλον. *vide Variar.lect.lib.5.cap.14.*

Ad librum tertium
ἀναβάσεως.

P.174.v.15. Ὑπὸ λύπης, καὶ πόθου πατρίδων γονέων, γυναικῶν, παίδων, οὓς οὔποτε ἐνόμιζον ἔτι ὄψεσθαι] *Non nego fieri potuisse, vt nihil de hoc loco Virgilius cogitarit, valde tamen similia sunt illa.*

Nec mihi iam antiquam patriam spes vlla videndi
Nec dulces natos, exoptatumque parentem.

P.179.v.3. Εἰ οἱ κύριοι] *Romulus,* εἰ οἱ κύρου ζῶντος.

V.25. Εἰ δὲ μήθ' οἱ ποταμοὶ διήσουσιν ἡγεμῶντε μηδεῖς φανεῖται] *legendum* εἰ δὲ μηθ' οἱ ποταμοὶ διείρξουσιν, ἡγεμῶν δὲ μηδεὶς φανεῖται, *de hoc loco scripsi lib.13. variarum lect.*

P.180.v.10. Λάβοντας] *puto legendum* λαβόντες, *vt intelligatur,* οἱ πολέμιοι.

V.21. Εξεστι] *malim* ἐξέσται.

V.23. Ὧν προσδοκᾶν δοκεῖ μοι] *lego* δοκῶ μοι. *quæ præsagire mihi videor.*

V.33. Εἰ μὲν οὖν ἄλλος τὶς βέλτιον ὁρᾷ] *lego* ἄλλο.

Digitized by Google

P.182.v.2. Ὑμεῖς] *Videtur omnino legendum*, ἡμῖν, *vt cohæreat cum verbo* δεῖ.

V.7. Καὶ τούτων τῷ μὲ δῶμεν αὐτῶν ἀργύριον *lego*, καὶ τῷ μὲν δῶμεν ἀντ' αὐτῶν ἀγύριον.

V.10. Ὁρῶ δὲ καὶ ἵππους] *Nisi me valde fallit animus, locus hic totus perturbato vocum ordine mirabiliter deprauatus est. Primum igitur dicam, quam esse illius sententiam putem, deinde vt legendus videatur exponam.* Video, *inquit Xenophon*, equos esse in exercitu nostro partim apud me, partim relictos à Clearcho, partim etiam ab aliis, quibus nos nullam aliam ad rem, quam ad ferendas sarcinas vtimur. Meum igitur cõsilium est, vt sarcinas quidem delectis è captiuorum numero robustissimis imponamus, eosq; adigamus ad illas ferendas. equis autem omnibus imponamus equites, qui fortasse fugientib' hostibus molestiæ aliquid, ac difficultatis exhibebunt. *Hoc puto Xenophontem dicere. Totum autem locum legendum hoc modo.* ὁρῶ δὴ καὶ ἵππους ἐν τῷ στρατεύματι τοὺς μὲν ἵππους παρ' ἐμοὶ, τοὺς δὴ τῷ Κλεάρχῳ καταλελειμμένους, τοὺς δὴ καὶ ἄλλοις σκευοφορεῖν. ἂν οὖν τούτους μὲ τοὺς αἰχμαλώτους ἐκλέξαντες σκευοφορεῖν ἀναγκάζωμεν, εἰς δὲ πάντας τοὺς ἵππους ἱππέας καταστήσωμεν, ἴσως καὶ οὗτοι τοὺς φεύγοντας ἀνιάσουσιν. *Pro* σκευόφορα μὲ ἀντιθῶμεν *substitui*, σκευοφορεῖν ἀναγκάζωμεν: *pro* ἀνιάσωσι ἀνιάσουσιν. *in cæteris nihil mutaui præter ordinem vocum.*

V.31. Ὡς ὅτι φοβερώτερον] *puto legendum*, φοβερώτατον.

Digitized by Google

V.38. Ἥλιος δὲ] *Neminis iudicium damno, sed certe melius videtur:* ἥλιον δὲ νεφέλη προκαλύψασα ἠφάνισε.

P.183.v.7. Οὕς τε αὐτὸς ἦλθεν ἱππέας ἔχων] *Mendum subesse vidit Erricus, vbi subesset non vidit. Nam & ἦλθεν recte legitur, neq; ἔχων bis accipiendum est. sed legendum,* οἷς τ' αὐτὸς ἦλθεν, *vt sit* οἷς, *pro* σὺν οἷς, *vt cum dicimus nauem captam, aut depressam esse* αὐτοῖς ἀνδράσι.

V.16. Καὶ οὐκέτι ἐπέκειντο οἱ βάρβαροι τῇ τό τε ἀκροβολίσει] *Puto tres postremas voces hinc delendas, tralatas huc per errorem, ex eo, quod paulo inferius legitur,* ἀπῆλθον οἱ βάρβαροι, μεῖον ἔχοντες ἐν τῇ τότ' ἀκροβολίσει.

P.184.v.4. Ὑπὸ μαστίγων] *lego vna voce coniuncta* ἀπεμαστίγων.

V.18. Πολὺ περιῆσαν οἱ ἕλληνες] *Alius liber* ἐν ᾗ περιῆσαν. *ego* ἑνὶ περιῆσαν.

V.25. Ἅτε καὶ θορύβου ὄντος] *lego* ἄλλως τε καὶ θορύβου ὄντος.

V.32. προσελθόντες] *lego* προελθόντες.

P.185.v.6. Ὑπὲρ τοῦ ἑαυτοῦ] *dele illud* ἑαυτοῦ.

V.40. Καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ χειρίσοφον] *Hic quoque locus ita perturbatus est, vt intelligi non possit. Ego vbi est,* ἐκ τῆς βοηθείας ἀπηέσαν, *lego* ἐπὶ βοηθείᾳ ἀπήντησαν. *Cetera prope omnia retineo, sed hoc ordine* οὐκ ἔχοιεν ὁπόθεν λαμβάνοιεν. ὁ δὲ Ξενοφῶν ἐπεὶ κατέβη παρελαύνων ἐπὶ τὰς τάξεις ἡνίκα οἱ ἀμφὶ χειρίσοφον ἐπὶ βοηθείᾳ ἀπήντησαν; ἔλεγεν, ὁρᾶτε ὦ ἄνδρες ἕλληνες, *&c. spero autem huius loci emendationem, vt quisque diligentissime inspexerit, ita ei maxime probatum iri.*

Digitized by Google

P.186.v.9. Πολλὰ δὲ ὁρῶ ταῦτα πρόβατα] *pro* ταῦτα *libenter legerem* ἐνταῦθα.

V.21. Καὶ ὅμοιοι ἦσαν] *lego* καὶ ὁμοῦ ἦσαν.

V.32. Καὶ ἐπιμίγνυσθαι] *particulam* καὶ *redundare arbitror.*

Ad librum quartum ἀναβάσεως.

P.188.v.40. Αντεστασίαζον δὲ αὐτοῖς καλλίμαχος παῤῥάσιος ἀρκὰς, καὶ ἀγασίας στυμφάλιος ἀρκὰς, καὶ οὗτος ἔφη] *legendum* ἀντιστασιάζων δὲ αὐτοῖς καλλίμαχος παῤῥάσιος ἀρκὰς, καὶ οὗτος ἔφη. *Etenim* Agasiæ *nomen sine causa geminatũ esse ita perspicuum est, vt ne* Romulum *quidem id vidisse demirer.*

P.189.v.5. Αὐτοὶ δὲ συμβουληθεῖσιν ἐκβαίνοντες] *Alij aliter, mihi dubium non est, quin ita legi debeat.* αὐτοὺς δὲ συμβοηθήσειν ἐκβαίνοντας ὡς ἂν δύνωνται τάχιστα, ταῦτα συνθέμενοι μὲν ἐπορεύοντο τὸ πλῆθος ὡς διχίλιοι.

P.190.v.16. Πάντες οἱ] *lego, & distinguo hoc modo,* πάντες οἳ ἐκ τούτου τοῦ τόπου συνεῤῥύησαν, ἐνταῦθα ἵσταντο, καὶ ἐπεὶ ἤρξαντο, *&c. vt vtrumque referatur ad græcos, sublata voce* οἱ πολέμιοι.

P.191.v.15. Ανεχώρησαν] *melius in aliis* ἀνεχώρησαν οὖν.

P.192.v.28. Στρέψας καὶ τοὺς καρδούχους] *lego* στρέψας πρὸς τοὺς καρδούχους.

V.36. Διαβαίνοντας] *lego,* καταβαίνοντας.

V.37. Ponenda est stigme post nomen ποταμοῦ, *& delenda vox* διαβάντας.

P.193.

Digitized by Google

P.193.v.20. Ἐπὶ τὸν πλεῖόσαν ποταμὸν. οὗτος δ' ἦν καλὸς μὲν μέγας δ' ὤ] *Demetrius* ὁ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥΣ, *qui vulgo putatur*, ὁ ΦΑΛΗΡΕΥΣ *in illo scito in primis, & eleganti libello* de Elocutione *valde commendat hunc locum, cuius verba ipsa iuuat adscribere.* τὸ δὲ πρέπον, *inquit*, ἐν παντὶ περάγματι φυλακτέον, τυτέστι, πρεσφόρως ἑρμηνευτέον, τὰ μὲ μικρὰ, μικρῶς, τὰ μεγάλα δὲ μεγάλως. Καθάπερ Ξενοφῶν ὀλίγου τοῦ πλεῖόσα ποταμοῦ, μικροῦ ὄντος, καὶ καλοῦ, φησὶν. οὗτος ὁ ποταμὸς ἦν, μέγας μὲν ὤ, καλὸς δ'. τῇ γὰρ βραχύτητι τῆς ξυνθέσεως, καὶ τῇ ἀπολήξει, τῇ εἰς τὸ δὲ, μόνον οὐκ ἐπέδειξεν ἡμῖν μικρὸν ποταμὸν. *Quare minime dubium habeo, quin ita legẽdus sit Xenophontis locus, vt à Rhetore politissimo, & eruditissimo citatur, tum propter auctoritatem, & vetustatem ipsius; tum quia multum Xenophonti elegantiæ, & concinnitatis accedit. Neque enim obscurum est, quanto plus Veneris habeat id, quod fluuio deesse videtur, priori loco ponere; deinde autem id, quod ad illius commendationem pertinet, subiicere, quam contrarium ordinem tenere.*

P.119.v.11. Ἀληθῶς ἀνειλόσυσι] *deleo illud* ἀληθῶς, *& ex versiculo proxime sequenti duas illas voces* ὕστερον.

V.43. Ὤχοντο] *lego* ᾤκυν.

P.200.v.9. Ὅπ ἄξει αὐτὸς] *lego* αὐτοὺς, *& paulo post*, ἐπαγγέλλετο, καὶ ἡγούμενος δὲ ἐπεὶ ἐβόεωλεν, *&c.*

P.202.v.26. *lego*, καὶ παῖκράπον ἔτερον, καὶ καλὸν δία ἐφόρετο, *Sic & Erricus.*

Digitized by Google

Ad librum quintum ἀναβάσεως.

P.203.v.17. Καὶ ἄλλως ταῦτα ἔλεγε] *lego* καὶ ἄλλος ταυτὰ ἔλεγε.

V.27. Σὺν προνομαῖς] *lego* σὺν προδρόμοις.

P.204.v.6. Βουλεύεσθαι ἡμᾶς ἀπαλλαγῆναι] *lego*, βούλεσθαι ἡμῶν ἀπαλλαγῆναι.

V.39. Καὶ ἡ ἄμφοδος χαλεπὴ] *legendum* ἄφοδος, *vt pagina seq.* παρεσκευάζοντο τὴν ἄφοδον.

P.207.v.5. Αργύρια] *delenda vox.*

V.32. *lego* ἂν σύμμαχοι ὑμῶν γενώμεθα; καὶ ὑμεῖς τὶ οἷοί τε ἔσεσθαι, *&c.* *Hoc quoque postea animaduerti ab Errico notatum esse.*

P.208.v.4. Ὃ ἐδόκει] *lego* ᾗ ἐδόκει.

V.17. Τῇ στρατιᾷ] *puto legendum* στρατείᾳ.

V.27. Ὑπολειπομένους] *lego* ὑπολειπομένου.

P.211.v.41. Οἱ μὲν ἄνδρες εἰ ᾔρηντε] *lego* οἱ μὲν ἄνδρες οἵδε ᾔρηνται.

P.216.v.15. Αγεσθαι αὐτοὺς θανάτῳ] *melius*, ἄξεσθαι αὐτοὺς ἐπὶ θανάτῳ.

V.27. Καὶ τῶν ὄνων ὑβριστότερος εἶναι] *Romulus*, vel asinis me atrociorem esse, quos præ atrocitate laborem sentire negant. *Ego vero nescio quam* atrocitatem *quisquam in asino animali omnium* ἀσυνεστάτῳ, *animaduertere potuerit. Sed interpretatio illa planè ridicula est. Asini, antequam ad equas, aut asinas admittantur, prædelassari solent, & ita putantur melius inire. Hoc igitur est, quod & hic dicitur, eos*

ita

ita libidinosos esse, vt laßitudinem non sentiant. Et hodie apud Pictonas Prouerbij loco vsurpari solet, asinos præ inopia, & laßitudine arrigere. Sub turpicula hæc esse video, neq; talia tamen, vt reticeri debuerint.

V.43. Ὁπόσα γε ἐβούλου] *legendum omnino* ὁπόσα γε βούλεται. ὡς ἔγωγε αὐτὸν οὐκ ἄξω. Viuat sane quantum vult: nam ego quidem eum hinc non aueham. *Sunt autem verba omnia eius, qui se à Xenophonte verberatum querebatur.*

P.217.v.34. Καὶ περιεγένοντο] *Romulus.* Atque in posterum inita ratio est: *Male. Erricus:* Et hic exitus fuit: *Nihilo melius: legendum,* καὶ περιεγένετο. Et vicit Xenophon eos, qui sibi calumniam intendebant.

Ad librum sextum

ἀναβάσεως.

P.218.v.15. Ὁ δ' ἔπαισε τεχνικῶς πως] *Romulus,* sed erit ea ludendi ars quædam. *legit igitur* ἔπαιξε. *Sed male. Emendat Erricus,* at ille percusserat certo quodam artificio. *Hoc est aliter errare. Legendum* ἔπεσε, *significat enim eum, qui percussus fuerat, artificiose quodammodo cecidisse, ita vt ex accepto vulnere mortuus videretur.*

P.219.v.39. Ὑμῶν] *legendum* ὑμῖν.

P.221.a.25. Στράτευμα] *adde articulum, vt sit* τὸ στράτευμα.

V.40. Ὃν μὲν οὖν τρόπον] *Hic videtur esse principium libri sexti.*

Digitized by Google

P.222.v.24. Πρεσβευταῖς] *lego*, πρεσβύταις.

P.223.v.8. Κατὰ τὰ μακρὰ] *suspicor legendum* κατὰ τὰ ἄκρα.

V.37. Τοὺς ἕλληνας] *dele.*

V.39. Ἔστι δ' ἐν τῇ θαλάττῃ] *lego*, ἔστι δὲ τῆς θαλάττης.

P.225.v.8. Οἱ δὲ στρατηγοὶ ἐξῆγον μ̄, οὐ συνεκάλεσαν δὲ] *Sic & Romulus.* Duces interea eduxerunt, cum ante in vnum milites non conuocassent. *Ego contra.* Duces autem conuocarant quidē milites, sed eos non educebant. *Distinguo autem hoc modo.* Οἱ δὲ στρατηγοὶ ἐξῆγον μὲν οὔ, συνεκάλεσαν δὲ. *Simile illud de Teleboa.* μέγας μὲν οὔ καλὸς δὲ. *Postea animaduerti hoc, & ab Errico notatum.*

V.20. Καταλιπόντες] *Adde*, τὰ σκεύη, *quod & Romulus habuit.*

V.26. Τριάκοντα] *melius*, πεντήκοντα, *vt & Romulus legit.*

V.33. Φυλαττόμενοι ἱκανοῖς φύλαξι μάχεσθαι, τὴν μὲν νύκτα οὕτω διήγαγον] *Post vocem* φύλαξι, *ponenda* στιγμὴ τελεία. *Deinde legendum*, καὶ τὴν μὲν νύκτα οὕτω διήγαγον, *deleto verbo* μάχεσθαι.

V.vlt. Επειδὴ] *lego*, ἔπειτα, *& quæ sequuntur ad hunc modum.* ἔπειτα δὲ οἱ λοχαγοὶ, καὶ οἱ στρατιῶται αἰσχυνόμενοι μὴ ἕπεσθαι τῶν ἄλλων ἐπεξιόντων, κατέλιπον αὐτοῦ τοὺς ὑπὲρ πέντε καὶ τετταράκοντα ἔτι.

P.226.v.9. Ἔξωτῶν κωμῶν, *sine controuersia melius videtur* ἐντός.

Eodem, Ὅτι τί τις ὁρώη ἐκ τῆς φάλαγγος] *Totum illud*, ἐκ τῆς φάλαγγος *inducendum est. per errorem autem*

Digitized by Google

autem factum est ex eo, quod paulo post sequitur. ἐπὶ φάλαγγος.

V.23. Εχώρισεν ἕπεσθαι] *delenda hæc puto. Satis enim est, quod antecessit,* ἐπέτρεψεν ἕπεσθαι. *Ita enim legendum, non* ἔπεμψεν.

V.29. Ὅτι οὐκ ἄξιον εἴη] *lego,* ὅτι βουλῆς ἄξιον, εἰ δεῖ.

P.229.v.23. Δεξίππον] *delendum.*

V.23. In proximo superiore versum legendum quidem est, βίαια χρῆναι πάσχειν. *Sed hic plane legendum,* ὥσπερ καὶ ὑμεῖς νῦν ἀξιοῦτε.

Ad librum septimum
ἀναβάσεως.

P.231.v.8. Lego τὸ μὲν στράτευμά μου διαβήσεται.

P.233.v.39. Lego οἱ μὲν τὰ ὅπλα ἀποδιδόμενοι ἀπέπλεον, ὡς ἐδύναντο, οἱ δὲ καὶ εἰς τὰς πόλεις κατεμίγνυντο. *quæ interiecta sunt deleo.*

P.234.v.8. Διεπράττετό τε] *malim,* διέπραττε τότε.

P.236.v.24. Ἦτε] *lego,* ἴητε.

V.29. Ὑμῖν] *lego,* ὑμῶν.

P.237.v.6. Ταῦτα] *malim,* ταυτὰ.

V.16. Τῶν] *lego,* τὸν.

P.238.v.11. Ὑποπεπτωκὼς] *malim,* ὑποπεπτηκῶς.

V.33. Ἡγεῖσθαι] *lego,* ἡγεῖται.

P.239.v.19. Τριάκοντα] *malim cum Romulo,* πεντήκοντα. *& paulo post,* ἀπὸ τῶν λόχων.

P.240.

Digitized by Google

P.240.v.13. Εν τοῖς ὀρεινοῖς τοῖς καλυμένοις Θραξὶ. *dele illud* ἐν, *& lege* τοῖς ὀρείταις καλυμένοις Θραξὶ. Oritarum *mentio est, & pagina seq.*

V.39. Καὶ σκεύη] *pro* καὶ, *lego* τὰ.

V.40. Επείπερ ᾔσθετο] *lego* ἐπεὶ παρίστατο.

V.eod. Εβοήθει] *id est,* μετὰ βοῆς ἔθει. *quomodo hoc verbo interdum & Thucydides vtitur.*

P.246.v.42. Πάντα μὲν ἄνθρωπον ὄντα, προσδοκᾶν δεῖ] *similis sententia versiculi Euripidei,*

Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, τοῦτ' ὐ πείσομαι.

P.243.v.24. Ὅσῳ μᾶλλον συμφέροιμι τούτῳ τὴν τότε πενίαν] *Sic* tolerare alicui egestatem, *dixit Plautus Trinummo.*

V.40. Ἔσεσθαι] *deleatur.*

P.246.v.44. Οἶδα] *lego,* οἶσθα.

P.247.v.3. *lego hoc modo,* οὐκ οὖν τοῦτο μὲν πρῶτον τὸ πιστεύεσθαί σε τὸ τὴν βασιλείαν σοι κατειργασμένον. *Rectissime autem Romulus hunc locum interpretatus est, neque vllius correctoris opera eget.*

V.10. Επήκοσι] *in aliis libris* ὑπήκοσι, *& versu 14. pro* κελεύεις, κελεύοις.

P.248.v.8. Οὓς ἔλεγον] *malim,* ὧν.

F I N I S.

NOTAE

Digitized by Google

NOTÆ
ET VARIÆ LECTIONES,
IN LIBELLVM CVROPALATÆ, DE OFFICIALIBVS PALATII CONSTANTINOPOLITANI.

Excerptæ

Ex tribus MMM. Coddd. Bibliothecæ Bauaricæ & Lautherianæ.

Ad

Digitized by Google

Digitized by Google



AD LECTOREM.

QVam lectu vtilis sit libellus de Officialibus Palatij Constantinopolitani, & Officiis magnæ Ecclesiæ, editus Georgij Codini Curopalatæ nomine, norunt illi, à quibus, recentioris Græciæ penitius cognoscendæ desiderio, sæpius accurate euoluitur. Quocirca non mirum, si rerum Græcanicarum amantes, tenebricoso alioquin operi illustrando, sedulam operam nauant, & in id vnum incumbunt, vt obscuritas, quæ multos arcet, depellatur. Eo consilio non pauca in Notis suis ad secundum Tomum de S. Cruce notauit Iacobus Gretserus, quæ ad disiiciendam caliginem, tum insitam, tum ab Interprete variis locis adspersam, conducere possunt. Non alia mente nuper idem Codinus cum tribus calamo exaratis exemplaribus comparatus est, duobus nimirum

Digitized by Google

mirum Bauaricis, tertio, Lautheriano. Tu lector collationem hanc tui commodi caussa susceptam boni consule, Numeri respondent editioni Iunianæ apud Commelinum Anno M. D. XCVI. Codicem Bauaricum rubro corio insignem, auroque collucentem, appellamus PRIMVM, vtpote fide & sinceritate aliis duobus plerumq; superiorem.

Vale. Kalend. Aprilis,

1602.



VARIÆ

Digitized by Google

VARIAE LECTIONES ET NOTÆ IN CVROPALATAM.

PAG.1. *in titulo deest*, σοφωτάτου. *ibid.* κωνσταντινουπόλεως βασιλέων. *In altero codice deest catalogus officiorum magnæ Ecclesiæ. Principium est catalogus officialium Palatij Constantinopolitani, vt & Cod. Lauth. Titulus sic habet*, τὰ ὀφφίκια τοῦ παλλατίου. ἔτι δὲ καὶ τὰς τάξεις τὰς γινομένας ἐν ταῖς ἑορταῖς εἰς τὸ παλλάτιον, καὶ πῶς τὸν βασιλέα στέφεσθαι δεῖ, καὶ περὶ προβλήσεως δεσπότου, καὶ πατριάρχου, καὶ ἐθῶν γινομένων ἐν τῷ παλλατίῳ. *Iunius pag.* 8. καὶ ἑτέρων ἐθῶν.

V.15. ὁ καὶ πριμμικήριος.

P.9.v.14. ὁ ἰδιοδομέστικος.

11.v.1. καρτουράριος.

Ibid.v.4. ταῦτ' εἰσὶν τὰ ὀφφίκια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας κωνσταντινουπόλεως.

Ibid.v.9.cod.1. υἱοὶ οἱ δεσπόται. *Ibid.v.3.* ὁ σεβαστοκράτωρ, ὁ καῖσαρ, ὁ πρωτοβεστιάριος. *Ita habet vterq; codex, vt & Lautherianus loco eius*, πρωτοσεβαστός.

V.15.vterq; cod. ὁ δὲ βασιλεύς. *Sic & Lauth.*

P.13.v.4. τὸν κατακουζινὸν. *v.10.c.1.* αὐτοῦ θείων, *pro* ἑαυτοῦ θειῶν. *v.13.verba illa*, ὧν οὖν οὗτος, *ita verti debent.*

bent. Primus igitur erat iste post Cæsarem, magnus inquã Domesticus: & post hunc reliqui, v.15. μέγας δὲ, πρωτοστάτης; deest art. in vtroq; in 1. etiam deest art. in seqq. idem cod. πικέρνης. alter ὁ πιγέρνης. 21. τὸν ἓν μετοχήτιν θεόδωρον. Alt. cod. τὸν ἓν θεόδωρον μετοχιτᾶ. Ibid. c. 1. ὁ θας, pro eo, quod Iunius, & alter cod habet ἀπρῶτος.

P. 15. v. 3. ὁ ὀπὶ τῆς τραπέζης, deest in vtroq; cod. v. 2. c. 1. πρωτοβεστιαρίτης, alter πρωτοσεβαστιαρίτης.

C. 1. v. 4. μέγας παππίας, sine art. v. 4. vterq; ὑπαρχος. In R. v. 4. deest articulus vbiq; vt & in Lautheriano. v. 7. c. alt. πρωλοασηκρῆτης. v. 10. R. desunt, ὁ πρωλοαπαδάρι, ὁ μέγας ἄρχων, ὁ τατᾶς τῆς αὐλῆς. post idem cod. ἀμηράλι ὀπὶ τῶν δικάσεων, scribe δικάσεων. v. 18. vterq. ἀλλαγίν, v. 19. c. 2. πρωταλαγάτωρ. c. 1. πρωταλλαγάτωρ, additum est; πρωταλλαγάτωρ. c. 2. 9. μέγας ὁ διοικητῆς. c. 1. v. 24. στρατοπεδάρχης τζαγγεατόρων, quos alter cod. vocat τζαγγάτορας. v. 25. στρατοπεδάρχης τῶν μυρτάτων. v. 26. στρατοπεδάρχης τῶν τζακόνων.

P. 17. v. 1. c. 1. post illud δομεστικὸς τῶν θεμάτων est; δομεστικὸς τῶν δυσικῶν θεμάτων. C. 1. v. 5. πρωκαθήμενοι πόλεως κατ' ἀξίαν ἑκάστης αὐτῶν. v. 15. in titulo. c. 2. καὶ πρῶτον τὸ πρεικάλυμμα & δεσπότου. c. 1. titulus. αἱ σολαὶ τῶν ἀρχόντων. Idem cod. & Lauth. τὸ σκιάδιον & δεσπότου ὁλομάργαρον; omissis cæteris, quæ habet Iunij editio & cod. 2. nisi quod c. 2. habet ἕως τὸ καλύμμενον. c. 1. v. 21. τὰ σεῖα. c. 1. v. 22. κόμπου. ibid. vterq. φοινικίων. c. 2. 23. τὸ κόκκινον ῥοῦχον αὐτοῦ.

P. 19. c. 1. v. 6. πορνισηέλωρα. c. 1. v. 6. ἡ σέλα & ἀλόγου αὐτοῦ. c. 1. v. 8. μαργαρεϊταρείνων.

V. 18.

Digitized by Google

V. 18. c. 2. τὸ δὲ τῆς σέλας ἐπανωσκέπιον λευκὸς κάμπος ἢ ὡς πεδίον. cod. 2. sic. τὸ δὲ τῆς σέλας ἐπάνω σκέπιον ἄσπρος κάμπος μετὰ ἀετῶν, &c. Paulo post. καὶ ἡ τέντα αὐτοῦ ἄσπρη ἀετόπουλα γέμουσα κόκκινα. v. 22. c. vterque. πεζεύει δὲ. c. 1. 22. deest μὲν. ver. 25. c. 1. καβαλλικεύει. c. 2. καβαλικεύη ἤως ἱππεύει.

P. 21. v. 3. c. vterque. σκαράνιον. v. 6. c. 1. ἢ κόκκινον. Ibid. c. vterque. οἷον ἂν ἐκ τούτων. Recte. Male Iunius, qualem per illud tempus optauerit: nam vertendum: qualem vel quale ex illis optauerit, seu sumpserit. c. 2. v. 14. τὰ σεῖα. Ibid. v. 15. deest τὰ. v. 15. c. 2. τὸ κόκκινον ῥοῦχον αὐτοῦ οἷον μὲν, καὶ αὐτὸ, &c. c. 1. v. 18. ἠεράνεαι. v. 22. c. 1. δέδωκεν φορεῖν αὐτοὺς. 26. c. 2. ὁμοίως ἥτε σέλα, καὶ τὸ κουπειτώριον. c. 1. κουπειτούριον. Lauth. κουπειτόριον. Mendose. nam legendum κοπειτούριον, vt supra. Ibid. c. 1. αἱ σκάλλαι.

P. 23. v. 3. ἡ τέντα αὐτοῦ ἄσπρη, ἔχουσα χαρτάρια κατὰ ῥαφὴν. c. 2. καταγραφὴν. v. 5. c. 1. λέγω δὲ τοῦτο. c. 1. v. 11. τὰ σεῖα. c. 1. v. 12. deest, ἤως τὸ ἱμάτιον. ver. 16. deest in vtroque cod. ὅμοια. ver. 18. vterque cod. πεζεύει δὲ καὶ οὗτος ἐντὸς τῆς τοῦ παλλατίου αὐλῆς πλησίον οὗ ὁ σεβαστοκράτωρ πεζεύει. v. 23. cod. vterque. καὶ ἡ βασιλεία σου. Ibid. v. 24. βασιλεία σου. Eod. modo v. 26. v. 27. c. 1. ἀνενέγκαι

P. 25. v. 5. c. 1. μνημονεύουσι τούτου. v. 6. vterque cod. sic habet. ἂν δὲ ἄρχων πάλιν μετ' ἀνοῦ τοῦ δεσπότου ὁμιλεῖ. vbi illud ἀνοῦ videtur compendio positum pro ἀνθρώπου,

Digitized by Google

non pro αὐτοῦ, *vt putauit Iunius; & proinde locus ita hic vertendus: Si quis princeps cum homine Despotæ colloquatur. Nec obstat signum circumflexi accentus persimile; non enim est signum accentus; sed abbreuiationis; nam & paulo post in iisdem codicibus ponitur idem signum* ἄνῶν, *vbi certum, valere* ἄνθρωπον. *v.14.c.1. & Lauth.* ἀλλ' ὁ κύριός μου ὁ υἱός σου ὁ δεσπότης. καίτοιγε ταυτοδύναμόν ἐστιν, ὁ κύριός μου, *&c. Ibid.c.1.* λέγει τὶς. *v.21.c.1.* μετ' κόμπων.

P.27.v.3. ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν. *v.6.c.1.* περικυκλούμενον. *v.8.c.1.* ἀνεψοὶ, *vbi alij,* ψιοὶ. *v.18.c.vterq;* ὑπὸ ἡελίου. *v.21.c.1.* πανυπερσεβάσου.

P.29.v.2.c.1 βλάπτον. *c.1.v.4. vitiose* ἐκόμπτους, *pro* ἐγκόπτους. *v.13.c.1.* τὰ δὲ μεγάλου λογοθέτου φορέματα. *v.17.c.1.* ἤγουν τὸ σκιάδιον, τὸ καββάδιον.

P.31.c.1.v.3. ἔμπροσθεν μὲν ἱστάμενον ὑπὸ ὑελίου λεγομένου διαγελάστου, ὄπισθεν δὲ καθήμενον ἐπὶ θρόνου. *v.6.c.1.* κονοσταύλου, *vt & v.10.c.2.* κοντωσταύλου. *c.1.v.18.* παρακοιμωμένου, *v.20.c.1.* ξύλον. *c.1. v.21.* χρύσασπρος. *c.1.v.22.* μετ' αὐτὸν. *c.1.26.* πάντως.

P.33.c.1.v.3. ἄσπρον βλαπτόν. *c.1.v.4.* καὶ τῶν συνήθη πολιτευομένων. *c.1.v.14.* χρυσοκόκκινος *c.1.v.22.* μαῦρος. *mox.* καὶ πάλιν μαῦρος. *c.1. v.27.* χρυσάσπρον.

Pag.35.v.1.c.2. χρυσοκοκάϊνον, *& alias sæpe. c.1.v.3.* τὰ δὲ ἐπάρχου. *c.1.v.6.* ἢ ως *mendose, pro* ἤως. *c.1.v.13.* κεκλωσμένον. *c.1.v.17.* πάντες οἱ ἄρχοντες, ὅτε μὲν βούλονται.

P.37.

Digitized by Google

P.37.v.3.ἐπιλύρικον, & alias sæpe.v.5.c.1.πρωτασηκρήτου.c.1.v.9. καὶ τὸ γύρον.c.1.v.22. ἔχον ἐπάνω κόμπον, καὶ μετὰ τὸν κόνδυλον ἕτερον κόμπον, καὶ πλέον οὐδέν. v.25.c.1. φορέματα πάντα ὅμοια.

P.39.v.1.ἤως. v.4.c.1. χρυσοκέρανον.c.2.χρυσοηέρανον.c.1.v.8.τὸ καββάδιον, καὶ τὸ σκαράνικον, ὡς καὶ τὰ τοῦ μεγάλου δρουγγαρίου, τὸ δὲ δικανίκιον αὐτοῦ χρυσοκέρανον, συβαλταρέα, ὥσπερ καὶ τὸ τοῦ πρωτοβεστιαρίτου χρυσοκόκκινον. τὸ τοῦ πρωτοσπαθαρίου σκιάδιον, τὸ καββάδιον, καὶ τὸ σκαράνικον, ὅμοια, &c. vt habet editio Iunij. Repetita sunt quædam verba superuacue. Codex alter. τὸ τοῦ πρωτοσπαθαρίου σκιάδιον, τὸ καββάδιον, ἤως τὸ ἐπάνω ἔνδυμα πάντων, καὶ τὸ σκαράνικον ὡς καὶ τὰ τοῦ μεγάλου δρουγγαρίου. τὸ δὲ δικανίκιον αὐτοῦ χρυσοηέρανον συβαλταρέα, ὥσπερ τὸ τοῦ πρωτοβεστιαρίου χρυσοκόκκινον. τὸ τοῦ πρωτοσπαθαρίου, & cætera; vt in primo codice; ex quibus qui potest, veram lectionem eruat.c.vterque.v.17.τὸ καββάδιον.c.vterque.v.20 αὐτοῦ. Ibid.c.1.σειρομάστην.

P.41.v.1. λογαριστοῦ. v.6. cod. vterque. σκυτερίου. c.1. v.9.οὐ μὴν δὲ καὶ σκαράνικον.c.1.v.18.φακωλὶς καὶ ἐπιλώρικον. v.23.cod.vterque.χειρόρτιον, nisi quod alter χερόρτιον.v.24.c.1.ὑφ' αὐτὸν cod alter ὑφαυτὸν.

P.43.v.5.cod. vterque. κοκκίνην. Ibid.cod 1 τοῦ δικανικίου αὐτοῦ, τὸ μὲν ἓν πλάγιον κόκκινον, τὸ δὲ ἕτερον, &c. v.14.c.1. καὶ τὰ τοῦ.v.20.c.1.τὸ τοῦ πρωταλαγάτορος. v.23.c.1.ματζοῦκαν.v.24.ἀργυρὰν κεχρυσωμένην.v.26.c. 1.ὡσαύτως.

P.45.v.3 πάντα ὁμοίως.v.8.cod. vterq. ἄνευ χρυσαφίου.v.19.c.1.τοιαῦτα.v.24.c.1.κιτεινοκέραυνον.

Digitized by Google

P.47. v.3.cod.1. τζαγγρατόρων. sic paulo post. v.6. v.14. c.1. πάντα ὡσαύτως. v.17. c.1. τοιαῦτα, καὶ τὰ τοῦ δομεστίκου τῶν δυσικῶν θεμάτων πάντα. v.22. c.1. χρυσοϊκόν.

P.49. v.1. c.1. σεβαστὸς, sine art. v.4. c.1. ξύλα ἄσπρα. v.6. c.1. μόνον ξύλον λεῖον χωρὶς κόμπων. Titulus cod.1. est talis, αἱ ὑπηρεσίαι τῶν ὀφφικίων. v.17. c.1. ὁ πανυπερσέβαστος οὐδεμίαν ὑπηρεσίαν ἔχει. v.20. c.1. εἰς τὰ ἕτερα κάτεργα. v.21. φλάμουλον ἤτοι τὸν σταυρὸν μετὰ πυρεκβόλων.

P.51. v.1. c.1. πρωτοστράτωρ. v.5. cod. vterq. καὶ κρατοῦντος αὐτὸν μετὰ τὸ τὸν βασιλέα. v.15. c.1. ἕως καὶ τοῦ. v.17. c. vterq. ἂν δὲ καὶ οὗτος. v.20. deest in 1. cod. illa annotatio, σημείωσαι διὰ τί οἱ συρτοὶ ἵπποι, &c. C. L. οἱ συρτοὶ ἵπποι τοῦ βασιλέως, καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν.

P.53. v.6. c.1. μόνον. v.25. c.1. φυντῶν; hinc etiam super fol.43. v.4. vbi Iunius φῦταν; idem codex habet φουντῶν.

P.55. v.3. c.1. τοιαύτης. v.11. c. vterq. προσαγαγεῖν. v.20. c.1. τὸν βασιλέα. ἡ μέντοι σπάθη.

P.57. v.1. c.1. τζαγκάριος. cod.2. & Lauth. τζαγγάριος ἤως σκυτεὺς, hoc deest in Lauth. v.2. c. vterque, τζαγκὰς. v.9. c.1. σαλπιγκτὰι. v.14. cod. vterq. & Laut. τὸ, ἐάνπερ τὶ αἰτῇ τὶς τοῦ λαοῦ ἢ ἀδικεῖται.

P.59. v.6. & Lauth. c. vterque. κυρσευομένων ζώων. v.10. c. vterque. προστάγματά τε. c.1. v.12. τοπάρχας. v.13. c.1. mendose. τὸ δὲ μεσαστικίου ἀνεργεῖ ᾧ ἂν ἐπιτάξοι. cod.2 sic. τὸ δὲ τοῦ δομεστικίου ἐνεργεῖν, ὃ ἂν ἐπιτάξοι; sic & Lauth. v.17. c. vterque. & Lauth. ποτῶν.

Iunius

Digitized by Google

Iunius ποδῶν, *vertitque instrumentorum. Sed recta lectio est nostra. Ait enim* τὸν μέγαν στρατοπεδάρχην *curare Esculenta & poculenta, & omnia necessaria.*

P.61.v.11.c.1. κονοσταῦλος; *vt alibi passim. v.13.c.1.* πρωτοσέβαστος, *deest art. v.16.c.1.* ὁ κοροπαλάτης. *v.21.c.1. & Lauth. pro* δηλαδὴ, ἔνθα δεῖ, *hoc sensu; signat in cera; vbi & quando oportet. mox subditur,* ἡ δὲ τοιαύτη σφραγὶς ἡ διὰ κηροῦ δηλαδὴ. *v.23.c.1. & Lauth.* τὴν μάναν. *v.26.c.1.* φέρει δὲ τούτῳ. *c.2. & Lauth.* φέρει δὲ τοῦτον. *sed legendū:* φέρει δὲ οὗτος, *nempe paracoimomenos* τῆς σφενδόνης *fert etiam spatham Imperatoris absente Protostratore.*

P.65.v.3.cod.vterq. ἢ ἵνα δημηγορήσῃ. *v.5.c.vterq.* ἔτι. *v.10.c.2.* εἰς ἔτι τῆς παραστάσεως. *c.1.* εἰ δέ τις τῆς παραστάσεως. *c.1.v.24.* ἐπίγνωστον. *In margine adscribitur.* ἴσως. ἀνεπίγνωστον.

P.67.c.1.v.20. τὸ εἰς τὸ φωσάτον. *p.69.v.14.c.2.* παρὰ μόνας. *c.1.* παραμονὰς. *v.15.c.2.* ἀλαγάτωρ *c.1.* ἀλλαγάτωρ. *v.16.c.1.* παραμονὰς, καὶ οὗτοι, πλὴν ἄνευ ἀλόγων ἀλαγάτορα, καὶ οὗτοι φέροντες ἐν χερσὶ. *v.18.c.1.* σωματοφύλακες τζάκονες. *v.20.* ὀνομαζόμενοι δὲ. *v.24.c.1.* ἄσπρους. *v.25.c.1. & Lauth.* βλέποντας.

P.71.v.14.c.1. κόκκινας. *v.16.cod.1.* παπουτζίων μαύρων. *17.c.1.* φοροῦσι. *v.18.c.1. & Lauth.* κόκκινα φοροῦσι. *v.19.cod. vterque.* διὰ πανίου. *v.24.c.1. & Lauth. desunt illa:* ἤως βακτηρίας ἢ ῥάβδους.

P.73.cod.vterq. μετοικήσας. *Ibid.c.1.* εἰς τὸν βαρδάριον. *Ibid.cod.vterque.* ἐκάθησε. *v.8.c.1.deest* ὑπηρεσίαν.

Digitized by Google

v.9.sic. οὐδὲ μίαν ὑπηρεσίαν. paulo post omittuntur articuli πραίτωρ τοῦ δημου, &c. v.24. εἰ παρὼν.

P.75.v.2. πρωτοκυνηγός. v.4.c.vterq. καὶ τὸ τοῦ βασιλέως. v.5.c.1. ἔξω ἀπέρχηται. v.6. πάντες οἱ ἀκολουθοῦντες. v.24.c.vterq. χειρόρτιον, sic & Lauth.

P.77.v.2.c.vterq. δραγουμάνου. c.1. καλοῦσιν, pro ὀνομάζουσι. v.5.c.1. κέκληται. v.16.cod.vterq. ἵνα ἐὰν. sic & Lauth. v.18.c.1. καὶ εὐτακτεῖ.

P.79.v.3.c.vterq. ἀναμιμνήσκειν τὲ. v.9.c.1. τοῦτον. v.14.cod.2. desunt illa verba Iunianæ edit. ὑπὸ τὸν πρωτοβεστιαρίτην ἐυρίσκεται. In c.1. reperiuntur ista: ἄρχει μὲν τοῦ βεστιαρίου, ὑπηρετεῖ δὲ, &c. v.18.c.2. & Lauth. τὸ βεστιαρίου. c.1. ὁ βεστιαρίου. v.20.c.1. ἄρχει οὗτος τὸ βεστιάριον φέροντος κατέργου. c.2. mendose, vt & Lauth. ἄρχει οὗτος τοῦτο βεστιαρίου φέροντος κατέργου. v.29.c.1. ὑπὲρ τῶν προσφυγόντων.

P.81.v.6.c.1. τάγματα v.7.c.1. & Lauth. οἱ δὲ τρικάβαλλοι, οἱ δὲ δεκάβαλλοι καὶ ἕτεροι μονοκάβαλλοι v.9.c.1. τζαγγρατόρων. v.20.c.1. προκαθήμενος ὡσαύτως. τῶν θεμάτων δομέστικος ἦν πάλαι φροντίζων.

P.83.v.5.c.1. κομήτων ὁ πρῶτος. v.6.c.1. ὡσαύτως θαλάσσιον, nã illud ὁ πρῶτος pertinet ad superius κομήτων, vt habet cod.1. v.7.c.1. δρουγγα ποσότης, τοσούτων τινῶν ἑρμηνεύεται, οἷς ἄρχει ὁ τοιοῦτος δρουγγάριος. c.2. δρουγγαγὸς, &c. ἧς ἡ ἀρχὴ, v.13. desunt in vtroq. cod. illa verba. ἕως ὧδε πασῶν αἱ ὑπηρεσίαι. Titulus v.17. sic habet in altero cod. τάξις γινομένη ἐν ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς. v.20. cod. vterque, & Lauth. ἦν ἔστι.

P.85.v.1.c.1. ἢ καὶ τέσσαρες. v.2 ἀναλογεῖον, sic & Laut. v.14.c.1. δικανίκια. v.16.c.1. τοῦτον.

P.87.

Digitized by Google

P.87 v.4. τὸ δὲ μέσον διὰ πεπταλίου κεχρυσωμένον. v.9.c.1. φέρων δίδωσι. v.21.c.1. εἰσελθεῖν. v.23.c.1. παρὰ κάθω.

P.89. v.4.c.1. deest ὡς ἔθος. v.10. Cod. vterque & Lauth. ὑπὸ τοῦ κανονάρχου, ὃς καὶ μετὰ τὸ ἀναγνῶναι λέγει οὕτω, πολυχρόνιον ποιήσαι ὁ θεὸς τὴν κραταιὰν καὶ ἁγίαν βασιλείαν σου. Cod.2. & Lauth. σας. εἰς πολλὰ τὰ ἔτη εἶτα ἐπευφημίζει ἡ παράστασις λέγουσα, πολυχρόνιον ποιήσαι. c.2. & Lauther. post illud βασιλείαν σας, εἰς πολλὰ ἔτη subdit. καὶ πάλιν ἐκ τρίτου πολυχρόνιον ποιήσει ὁ θεὸς τὴν θεοπρόβλητον, etc. postea subduntur illa primi Cod. εἶτα ἐπιφημίζει, &c. v.17.c. vterque, & Lauth. τὸ τροπάριον αὖθις, pro eo, quod Iunius habet, τὸ τροπάριον, ὦ θεός. c.1. ibid. ἐπεὶ τοίνυν, pro ἐπεὶ τὸ. v.9.c.1. ἀναγινώσκει.

P.91. v.1.c.1. Συμψάλλεται. v.3.c.1. ἐν ἄλλῃ. v.6. desunt hæc in cod.1. ἀλλ' ἰδίᾳ ψάλλεται αὐτὴ, ἡδέγε αἰτία τοῦ μὴ παρεῖναι αὐτὸν βασιλέα καὶ εἰς τὴν λειτουργίαν ἐστὶν. v.13 c. vterque, οὐδὲν σώζει ψάλλεσθαι. paulo post: τῶν τε ὡρῶν. v.23.c. vterque & Lauther. τὸν ἑσπερινὸν καὶ τὴν λειτουργίαν ἀλλάσσει. v.26.c.1. ἤως ἢ κρινωνίαν.

P.93. v.1. deest καὶ, & illa v.2. ἤως ἐν δύματα. v.10.c. vterque. πολλὰς θείων. v.12.c. vterque. ἄλλος σταυρὸς ἔχων. Lege ἄλλο, vt habet cod. Lauther. subintelligitur enim. φλάμουλον. v.14. θεοδώρων. ἕτερον ἔχον. c.1. sed 2. ἔχων, mendose. In cod.1. desunt illa: ἄλλο δρακόντιον, καὶ ἕτερον δὲ τὴν τοῦ βασιλέως ἔχον στήλην ἔφιππον. paulo post. τὸν ἀριθμόν. Vide Gretserum in notis ad secundum tomum de Cruce fol. 609. & seq. cui de Theodoris scrupulũ mouerat lectio vulgata: sed eximitur ex codicibus Bauaricis & Lautheriano, qui habent θεοδώρων.

Digitized by Google

Pag. 95. v. 24. c. 1. κιόνων. v. 25. τὰς πελέκεις.

P. 97. v. 3. c. 1. (εἰς τὴν πρόκυψιν) Συνανέρχονται καὶ οἱ δεσπόται, ἔτι δὲ ὁ λαμπαδάριος μετὰ τοῦ διβαμπούλου καὶ τῆς λαμπάδος. καὶ ὁ πρωτοβεστιάριος, καὶ ἐπειδὴ κρέμανται βηλόθυρα εἰς τὴν πρόκυψιν. τὴν τοῦ βασιλέως καλύπτοντα θεωρίαν, ὁ προτοβεστιάριος, &c. Ergo ante illa verba; εἰς τὴν πρόκυψιν, omissa sunt in 2. cod. & apud Iunium ea, quæ prim⁹ codex habet. v. 5. c. 1. desunt illa: ἤως σκῆπτρα. v. 8. c. 1. βηλοθύρου pro προθύρου. v. 10. cod. vterque. ὄντος οὖν. v. 12. cod. vterque φορέσειν. v. 13. c. 1. ῥυχαρείου. v. 17. c. 1. & Lauther. περὶ τὸ ῥοῦχον. Rectius, quam περὶ τοῦ ἱματίου. potius περὶ τὸ ἡμάτιον. v. 19. c. 2. ἤως τὸ περικάλυμμα τῆς κεφαλῆς, desunt in 1. cod. v. 23. c. 1. εἴμη τοῦτον καὶ μόνον.

P. 99. v. 3. c. vterq. ὁρᾶται. v. 7. c. 2. τὴν ζώνην. v. 21. c. 1. φορεμάτων καὶ ἐνδυμάτων. v. 25. c. 1. μαντυλίου.

P. 101. v. 7. c. 1. κυριακὸν λόγιον. v. 12. c. 1. ἐμφανίζει. v. 14. c. 1. φέρει.. v. 19. c. 1. γονάτων.

V. 21. c. 1. φορεῖ καὶ ὁ βασιλεὺς. v. 23. c. 1. ῥοῦχον αὐτοῦ, desunt sequentia: ἤως ἔνδυμα. v. 24. c. 1. καὶ ἐπ' αὐτοῦ τὸ λεγόμενον. v. 25. c. 1. φορεῖ στέφανον. φαινόμενος καὶ οὗτος ἀπὸ τῶν γονάτων.

P. 103. v. 4. c. 1. & Lauth. πιλατίκια. v. 16. c. 1. ἠχοῦσι. v. 19. c. 1. λέγοντες. v. 20. c. vterque. μετ' ὀλίγον τὸ, ὁ χριστός. v. 22. c. 1. καὶ πάλιν, puncto post στίχους posito, vertendumque. Et post hoc versus. Et rursus idem vsque ad multum tempus. v. 25. c. 1. βελόθυρα.

P. 105. v. 3. εὑρίσκονται. v. 10. cod. vterque. κατὰ πρῶτον. v. 14. c. vterq. αὐτοῦ. v. 19. c. 1. μεγάλου ὄντων. v. 20. c. 1.

&

& Lauth. ὧν δὴ. *c.2.* ὧν δὲ. *c.1.v.12.* ἐν οὖν φακεωλίῳ ἑκάστῳ κρέματαί τι. *c.2. & Lauther. vitiose.* ἓν οὖν φακεώλιον. *vitiosius Iunius.* ἔνθ' οὖν φακεώλιον ἑκάστῳ. *Ex quo vitiosa versio:* Atq; hinc tiara cuique. *Verte,* in vnoquoque phaceolo pendet à sinistra parte, &c. *v.24. c.1. mendose* τῶν ὄντων.

P.107. v.1. c.1. διὰ ἰτανίων. *c.2.* διὰ ἠτανίων. *v.7.* δηλοῦντα. *v.19. c. vterque. & Lauth.* πολεμήσας δ' ἔπειτα. *v.15. cod.1. post verba illa priore loco posita;* καὶ τὸν ἀσσυρίων, *omissa sunt omnia vsque ad illa:* ἀπὸ δὲ τῆς τῶν ἀσσυρίων. *v.20. c.1.* τὰ μετὰ κύρον.

P.109. v.7. c.1. πατρικοῦ ὀσπιτίου. *Lauth.* πατρικίου ὀσπιτίου.

P.113. v.14. c.1. & Lauth. ἀποτελοῦντας. *v.17. c.1. & Lauther.* πάλαι πάτριον. *v.18. c.1. post illud* οἱ ψάλται, *desunt omnia per oscitantiam exscriptoris vsque ad* τὸ πολυχρόνιον. *v.21.*

P.115. v.8. c.1. κόκκινον φορεῖ. *v.17. c.1.* ἐσθίοντος, οὗτος κιρνᾷ. *v.22. c. vterq; & Lauth.* κατὰ δὲ τὸ παρὸν. *v.27. cod. Lauth.* ἀπέρχονται.

P.117. v.7. φορεῖ ῥοῦχον. *v.8. c.1.* ἓν ἐφ' ὧν, *c.2. & Lauth.* ἓν ὧν ἐμνήσθημεν. *v.13. c.1.* γενομένου. *v.23. c.1.* Σύνεγγυς. *c.2. & Lauth.* ἀνεγγὺς. *v.27. c.1.* τῷ ἐπὶ τῆς τραπέζης τοῦ δὲ, τῷ τῆς τραπέζης δομεστίκῳ, *quæ est vera lectio, hoc enim vult. Domesticum* τοῦ δομεστικίου *missum tradere* τῷ ἐπὶ τῆς τραπέζης. *hunc autem* τῷ τῆς τραπέζης δομεστίκῳ.

P.119. v.3. c.1. τίθησι τούτους. *v.4. c. vterque,* εἰ δεήσει. *v.5. c. vterque.* εἰ δὲ μὴ ὁ ἐντιμώτερος.

P.121.

Digitized by Google

P.121.v.4.c.1. & Lauth. ἐλᾶτε καὶ ἐσεῖς, pro eo quod alter cod. ἔλθετε καὶ ὑμεῖς. v.12.c.1. ὅνπερ. v.3.c.1. λαμβάνον χειρῶν, ἀπελθὼν. v.14.c.1. ὑπερσεβάστου. v.17.c.1. τῷ πρωτοβεστιαρίῳ. v.18.c. vterque & Lauth. ἀνεψιοὺς τοὺς μὴ ὀφφίκια. (c.2. deest μὴ) ἔχοντας κράζει οὕτως: ἀνψιὲ τοῦ αὐθέντου μας τοῦ βασιλέως ἢ ἐξάδελφε ἢ θεῖε καὶ ἔρχεται, &c.

P.123.v.14.cod.1. ὡς εἴρηται, τούτῳ δὲ ὁ βασιλεὺς αὐτοχείρως. ὅσα μὲν οὖν ἄλλοις δίδονται εἴτε χρυσάφια, εἴτε ἀσήμια. διὰ μίνσων, εἰσκομίζονται, &c. sic Lauth.

P.125. v.12.c.1. τῷ δομεστίκῳ, ὁ δὲ τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ, οὗτος δὲ, etc. sic & Lauth. v.25.c.1. καὶ παρ' εὐθὺς ἐξέρχονται.

P.127.v.6.c.1. & Lauth. πλὴν ἐζωσμένων. v.15.c.1. καὶ ἀμφότερα. v.18.c.1. ταῦτα εἰσὶ. v.21.c.2. ἐσθίει. ibid. c.1. τρικλίνῳ. v.26.c.1. deest τοῦ πάσχα, vt & in Lauther.

P.129. v.4. deest in 1. cod. titulus ἑορτὴ τῶν ἐπιφανείων. v.5. cod. vterque. ἡ μὲν οὖν τῶν θείων, etc. v.11.c.1. ἐν δημῶν τύχῃ. v.17.c.1. τοίστετὸς ἐντὸς τῆς, etc. v.21. deest Tit. c.1. ἑορτὴ τῆς σταυροπροσκυνήσεως. statim post. τῇ κυριακῇ.

P.131.v.1.c.1. οὐ μὴν ἐπιτραχήλιον. v.3.c. vterq. προσυπαντᾷ. v.26.c.1. ἐξ αὐτοῦ ποιεῖ.

P.133.v.15. καὶ φελώνας φοροῦσι πλὴν τῆς τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἑορτῆς, τῶν βαΐων. Mox deest titulus in 1. cod. ἑορτὴ τῶν βαΐων. v.20.c.1. προετοιμάζεται μὲν ὁ περίπατος. v.24.c.1. vitiose καταπατοῦσι pro καταπάτουσι. v.26.c.1. & Lauth. καὶ ἐλαιῶν, καὶ ἐπιφωσκούσης τῆς ἡμέρας τῆς κυριακῆς

Digitized by Google

ειαχῆς. Illucescente die Dominica. *Ita c.2. nam 1. vitiose* ὀλιφασκύσης.

P.135.v.6. ἀλλαγμάτων ἀυτῶ. *v.8.c.1.* οἷα ἂν ἀπὸ τῶν. *v.16.c. vterque.* λαμπαδηφορῶν. *v.17.c.1.* τὸ ἐξέλθετε. *v.20.c.1.* ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ υἱὸς ἀυτῶ ὁ βασιλεὺς εἰ παρατύχοι, ὃς δὴ καὶ εἰ ἐστεμμένος, &c.

P.137.v.2. εἰ καὶ πλείους. *v.12.c.1.* τὸ τὸν πτεέιπατον διάπραγμα γθέδαι, ἢ ἀυτίκα γίνεται ὕτω. *Sic & Lauth. qui etiam v.19.* παραταδῆναι, *non* παρατιδῶναι. Eo, quod tempus nimis extractum sit. *v.24.c.1.* ἂν μὴ ἦ ἐλελυπημένος.

P.139.v.23.c.1. deest titulus iste. ἀκολυθία τῆς μεγάλης ἑβδομάδος.

P.141.v.6. deest c.1. & in Lauth. ἕως χτῶνας. *v.12. c. vterque,* ἐγχεῖ. *v.24.c.1.* ἀνὰ χρυσῦν νομίσματα τρία, καὶ μετὰ τῦτο ἄρχεται ἡ λειτυργία. *ibid. deest titulus in 1.c.* ὁ νικηφόρ.

P.143.v.10.c.1. τῦ τρικλίνυ κηεγὶ, *omnibus principibus, qui sunt intra & extra Triclinium dantur cerei, sicut etiam die luminum. vt infra fol.147.v.16. v.15. c.1. & Lauther.* ἀπὸ τῶν τῦ βασιλέως λαμβάνων χειρῶν. *v.16.c.1.* κατέχει ἔξω. *v.25.c. vterq; & Lauth.* μεγάλω πέμπτω.

P.145.c.1. ἢ εἰκὼν. *paulo post deest iste titulus.c.1.* αἱ ὦραι τῆς μεγάλης παρασκευῆς. *v.24. vterque codex;* καὶ πατῦσιν; *sed videtur legendum;* πάτθυσι, *spargunt. sicut paulo post c.1. habet. licet ibid. c.2.* ἀπαντῦσι πλυρῦντες, *sicut & Iunij edit. v.26. c.1.* καὶ ὕτως, *pro* καὶ ὅτοι.

P.147.

Digitized by Google

P.147. v.1.c. vterque ὐδαμῶς. Mox deest hic tit. ὀ ὄρθρος τῆς μεγάλης κυριακῆς τοῦ πάσχα. v.6.c.1. deest τοῦ πάσχα. v.18.c.1. τὸ δόξα. v.21. ἐκφωνεῖ οὗτος τὸ ἀναστάσιμον τροπάριον τὸ χριστὸς, &c.

P.149.v.3.c.1. γεγονωτέρα. v.4.c.1. vitiose ἐνπολλάκις. v.9.c.1. τὸ εὐαγγέλιον, τοῦ δὲ τὸν σταυρὸν φέροντος εἰσέρχεται ὁ βασιλεὺς, καὶ κατὰ πρῶτον ἀσπάζεται τὸ εὐαγγέλιον, εἶτα τὸν πρωτοπαπᾶν. v.10.c.1. ἐν ὅσῳ γοῦν γίνεται τοῦτο τοῦ βασιλικοῦ. v.17.c. vterque ἕκαστοι.

P.153.v. 2.c.1. παΐυλος. Lauth. μπάϊλος. v.3. c.1. μέλλει. v.11.c.1. & Lauther. deest, ἤως τριήρεις. v.26.c. vterque, θυμιᾶται παρὰ τοῦ.

P.155. v.8. c.1. ἡμέραν τῆς, ἣν ὀνομάζουσι διακαινήσιμον, ἑβδομάδος. v.11.c.1. ἐπεὶ δὲ τῶν vitiose. v.13.c.1. εἰς τὸν βασιλέα. v.25.c.1. οὗτοι τὸν βασιλέα. πρῶτον μὲν τὴν χεῖρα, εἶτα.

P.157. v.6. c.1. τὰ πρὸς βουλήσεως. v.2.c.1. ἐὰν ἐνδημῶν. c.2. & Lauth. ἐκδημῶν v.26.c. vterque & Lauth. ἐν τῇ πέμπτῃ.

P.159.v.11.c. vterque προσυπαντᾷ. v.25.c.. vterque & Lauth. τῆς παραστάσεως τε. v.27 cod. Lauth. πολυχρόνιον καὶ τούτου γενομένου ἐξέρχονται μὲν οὗτοι τοῦ τρικλίνου, ἔχει δὲ δύναμιν.

P.161.v.5. deest in c.1. totus titulus.

P.163.v.1.c.1. deest τὸν. v.4.c.1. & Lauth. εἰς τὴν τῆς περιβλέπτου. v.16.c.1. ὑποστροφὴν. v.24.c.1. κατὰ τὴν τοῦ μεγάλου.

P.165.v.20.c.1. vitiose ἐπέρχεται. v.23.c.1. ὡς προεί- (πομεν.

P.167.v.24.c.1. ἐπηγγειλάμεθα.

P.169.

Digitized by Google

P.169 v.12.cod.vterq; ὁκ πλαγίων.v.17.c.2. ἑαυτῶν ἕκαστον δήκαις.in 1.c.deest ἕκαστον.v.22.c.1.ὅτι ἀνίκα.v.26. c.1. σέρξη τῦτο, ἤδη καλόν. εἰ δὲ μὴ, ἔνθα ἂν ὗτος διακρίνοι.

P.171.v.2.c.1.πεζδοι.v.9.c.vterque διὰ τὸ, τὸ τόξα φέρειν. v.15.c.1. & Lauth. δειπνήσαντε καὶ ταγύσαντε τὰ ἄλογα, ibid.post: καὶ δότε τροφὴ τῶν ἵππων. v.20.c.vterq; & Lauth.εἰ δὲ μὴ ἀναπήσει,

P.173.v.11.c.1.τῦ καθόλυ. v.23.c.1.ἕκαστος ἔχει.v.27. c.vterq; & Lauth. εἰσκομίζονται.

P.175.v.1.c.vterq; εἰ δέησει διελθεῖν.v.12.c.1.ἔχοντες, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἄρχοντες. v.15.c.1.δευτέρας.v.17.c.1. ἑαυτῦ.v.22.c.1.πρεπέτακξεν,ὕτω μὲ ὁ τεφόμενος.v.24.c.vterq; Bau.& Lauth.ἐν δίδωσιν.v.26.c.1.πισὸς βασιλεὺς.

P.177.v.5.c.1.deest καὶ ὁμολογῶ.v.13.c.1.& Lauth. ἀγλώτατοι καὶ δειότατοι.v.20.c.1.& Lauth. ἀπέχεσθε φόνων ἀκροτελειασμῶν,καὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῖς. v.27.c.2.pro καὶ καρδία corrupte habet καὶ δία.

P.179.c.1.v.13.ὅτι τὸν τρίκλινον τὸν λεγόμενον. v.16. c.vterq; & Lauth.ἅπαν ἴσται.Paulo post:πρὸ τῦ φανῆναι ἦν αὐτὸν.

P.181.c.1.v.8.Εὰν ζῶν ᾖ.v.21.desunt in c.Lauth.μικρὸν ἕνεκα τῆς χρείας ταύτης, εἰς ὃ ξυλινὸν οἴκημα εἰσάγοντες τὸν νέον βασιλέα, &c.

P.183.v.3.c.2. ξύλων ὁμοίων. v.5..c.1. βλαπίων κοκκίνων,v.7.c.1.ὑ τοιῦτοι δὲ.

P.185.v.8.καὶ ἴσαται.v.25.c.2.desunt illa,τὸ ἄξιον, & reliqua vsque ad ὁ πατριάρχης.

P.187.v.2.c.vterq; ὑπὸ τοῦ ἄμβωνος.v.8.c.2.πρὸς τὴν συλέαν.v.10.c.1.μὴ τὸ καταλθεῖν.

P.189.v.24.c.vterque ἀνδρὸς καὶ βασιλέως.

P.191

Digitized by Google

P.191. v.20. c.1. & Lauth. καὶ ἄσπρας ὅσον δισπίθαμας.

P.193. v.5. c. vterque. ὃν σύνηθες. v.8. c.1. τοῦ δεσποτάτου, vitiose pro δεποτάτου.

V.23. c.1. τὰς οὖν αὐτῶν καὶ ἀμφότεροι κεφαλὰς, sic & Lauth.

P.195. v.4. c. vterque. ἡ δὲ αἰτία. v.10. c.1. ποτὲ δὲ ὁ αὐτὸς. v.13. c.1. & Lauth. πρωτοπαπᾶν. v.18. c. vterq. τὸ, μνησθείη. v.26. c. vterque, & Lauth. ἤτοι μνησθείη.

P.197. v.1. c.1. τελεσθέντος. v.5. c.1. ῥεφερενδάριον. v.12. c.1. vterque τῆς θείας. v.15. εἰσέρχεται οὖν. v.26. c.1. σώματος καὶ αἵματος.

P.199. v.1. c.1. μερίδα τοῦ, v.24. τὸ, ἀνατείλατε.

P. 201. v. 1. εἰς τὸ μέγα παλάτιον στεφηφοροῦντες οὕτω (leg. οὗτοι) μὲν ἔφιπποι μόνοι, οἱ δὲ ἄλλοι πάντες πεζῇ. v.7. c.1. ὠνομάζοντο. ibid. cod. vterque, & Lauth χαιώματα. v.9. c.1. κοκκίνας. v.24. c.1. μεγαλομάρτυρος.

P.203. v.8. c.1. ἐξ ἀναλωμάτων. v.13. c. vterque φοροῦντες. v.15. c.1. εὐωχίσεις.

P.205. v.1. c.1. ἰστέον δὲ ὅτι καὶ τοῦτο, c.2. vitiose ὅτι. v. 2. c. 1. τὸ ἑαυτοῦ φορεῖ στέμμα, εἰ προεστεμμένος ἐστὶ; si prius coronatus est. v.12. cod. vterque. κατέχοντας δὲ. Paulo post. ἔχουσαν ἔφιππον, καὶ δόρυ; sic cod. 2. at primus & Lauth. καὶ κοντάριον κεχρυσωμένον ἔχον τὸ ξύλον. ibidem c.2. ἔχοντα ξύλον τὰ μὲν οὖν δόρατα, ἤως κοντάρια ταῦτα. c.1. & Lauth. τὰ μὲν οὖν κοντάρια ταῦτα, v.24. c.1. παράσημα. τάτε σκαράνικα.

P.207. v.13. c.2. ἰστέον δὲ ὅτι οὐχ ὅτι μόνον προβάλλεται δεσπότης ὅταν ὁ βασιλεὺς ἵσταται, ἀλλὰ, etc. c.1. ἰστέον δὲ ὅτι

οὐχ

οὐχ ὅτι μόνον προβάλλεται διαπότιμα ὁ βασιλεὺς ἔσται, ἀλλὰ, &c. v.19.cod. vterque. ἔχοντα καμάρας. v.27.c.1. εἰς τὸ ἑαυτοῦ δαπάνον.

P.209. v.5.c.1. Βεβασανιστάτοις καὶ κάμαις. ibid. τοῦ Βεβασανιστάτοις, deest ἢ. v.15.c.1. vitiose. Συνυπάρχοντα. ibid. εἰς τὰ αὐτῶν δαπάνα. v.17.c.1 φορεμάτων, καθὰ καὶ εἰς τὸν διαπότιμα. Post hæc in 1.c. sequitur iste titulus. περὶ προβλήσεως πατριάρχου. Desunt quæ sequuntur in cod. 2. sed habentur in primo: quæ contulimus cum Iunianis, nam & ipse initio Curopalatæ ex alio apographo hanc diuersitatem obseruauit: p.17.v.13. ὧν τὰ ὀνόματα διακομίζωσιν. v.28. εἰδὶ ἴσως οὐδὲ ὅτι. p.18.v.22. τῶν ἀξιωματικῶν. v.31. οὐκ ἐφεῖ). v.36. πατριαρχικοῦ δικανικίου. p.19. v.4. εἴπερ ὄζιν ἐκεῖσε. v.6. ἢ ἁγία τριὰς ἢ τὴν βασιλείαν δωρησαμένη ἡμῖν προβάλλεται σε. Hactenus de illis, quibus caret cod.2. Ergo post illud καὶ εἰς τὸν διαπότιμα, interponenda sunt, quæ diximus: postea reditur ad scripturam Codicis 2. λαμβάνων τὸ δικανίκιον.

P.209.v.22. μὴ τὴν εὐφημίαν, sic & Lauth. v.26.c. vterque & Lauth. Συναπέρχονται δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες μετ' αὐτῶν τὰ ἑαυτῶν.

P.211.v.3.c. vterque. πεζεύει. v.6.c.1. ἀπελθὼν. v.11. c. vterque. φορῶν. v.15. deest in c.1. hic titulus. περὶ χειροτονίας πατριάρχου.

P.213.v.3.c.1. μὴ ἡμέρας. v.16.c.1. ἄρχοντες πάντες. v.21.c.1. τοῦ πατρὸς. v.22.c.1. καὶ ἐκόνου. v.23.c.1. λάνκὰ ἐνδύματα.

Digitized by Google

P.217.v.2.c.1. ταύτῃ ὁ βασιλεὺς, v.22.cod.vterque. ὑποδοῦσιν, forte ὑποδύουσιν αὐτὴν τὰ κόκκινα. v.26.c.1. προπεμπομένη.

P.219.v.3.post illud ῥηθῇ, sequuntur in cod.1. quæ habet Iunius, pag.19. ἰςέον δὲ καὶ τοῦτο, ὡς οἱ παρδοβάλλοι, &c.c.1.οἱ παρδοβάγιλοι. Deest etiam in c.1.finis ille. ἕως ᾧδε τὰ τῶν ὀφφικιάλων. c.2. τῆς μεγάλης, &c. Loco eius subditur hæc clausula. τέλος τῶν τάξεων τοῦ βασιλικοῦ παλατίου.

In secundo Codice subditur Catalogus Metropoleon & Metropolitarum, quem Iunius publicauit; sed in 1. cod.deest. Hæc ex codicibus Bauaricæ Bibliothecæ, cum quibus cum Curopalatam iam comparauissemus, obtulit nobis aliud Manuscriptum exemplar admodum reuerendus & clarissimus Dominus Doctor Georgius Lautherius, Monachij ad D. Virginem Præpositus; Græcorum monumentorum studiosissimus. Ex quo facta collatione cum editione Iuniana, enotauimus hæc, quæ subiecta vides, omissis illis, aut certe non admodum anxie indicatis, in quibus cum Bauaricis codicibus concordat, etsi iam non pauca suis locis inseruimus.

P.11.v.16.πρώτου σεβαστοῦ.v.18.πρωτοσεβαστιάριον.sic & Iunius. Lege πρωτοβεστιάριος, vt Bauar.cod.hic, & paulo supra. Nec recte vertit Iunius; officiumq; πρωτοσεβάστου honore auxit, imo officium protouestiarij; ad hunc enim vestes prasinas protosebasto ablatas, transtulit.

P.12.v.22. ἐπάρας. forte ἀπάρας.

P.13.

P.13.v.22.post ὁ βασιλεὺς lacuna sic expletur, ὁ βασιλεὺς ἀνδρόνικος τῶν παλαιολόγων ὁ πρῶτος, (nō simpliciter primus Imperator ex Palæologis, sed primus hoc nomine) τιμήσας μέγαν λογοθέτην πεποίηκεν, etsi hæc expletio non in ipso exemplari primitus erat; sed in schedula adiuncta; quam Iunius quoque ex quodam suo exemplari repræsentat. (μάτων τῶν ὀφφικιαλίων.

P.17.titulus. ἐνταῦθα περὶ τῶν σκιαδίων καὶ τῶν φορε-

P.25.v.4. ὁμιλοῦντες μνημονεύουσι.

P.65.v.5. ἔτι ἡ παράστασις ἵσταται. *Sensus est. Si quid Imperator dicere, aut beneficium in aliquem conferre velit; perstat adhuc seu remanet* παράστασις; *non dissoluitur comitatus aulicus.*

P.71.v.19. βαρδιῶται. *P.75.v.3.* διαβέλλιον.

P.83.v.11. ἑκάστης κατ' ἀξίαν τῶν πόλεων, *ministri sunt vniuscuiusque ciuitatis pro merito seu dignitate.*

P.89.v.13. θεοπρόβλητον, θεόπεπτον (*fort.* θεόληπτον) καὶ θεοφρούρητον.

P.89.v.8. ἐπεὶ τὸ, νῦν καὶ ἀεὶ, προεῤῥέθη. *Iunius. Deinde illud;* nunc & semper, *quod antedictum est. Imo;* postquam, *seu,* quandoquidem illud; Nunc & semper: ante dictum est. *vt refertur v.8.*

P.93.v.4. ἢ μόνου τοῦ ἑσπερινοῦ.

P.95.v.25. τοὺς πελέκεις.

P.113.v.15. τὸ πάντας τοὺς τοῦ παλατίου. (λοντες.

P.115.v.19. εἰσέρχονται καὶ οἱ ψάλται τὸ πολυχρόνιον ψάλ

P.115.v.22. ἀπὸ βρύσεως.

P.125.v.10. lege τὸ δέγε παναγιάριον ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης λαβὼν, ἐπάνω τίθησι τῆς τραπέζης. Panagiarium

Digitized by Google

rium igitur præfectus mensæ accipiens, ponit supra mensam.

P.127.v.7. ἐμπεπηγμένων ὄντων.

P.141.v.24. ἀνὰ χρυσὰ.

P.151.v.21. καὶ ὅταν ἢ ἔλθωσι κάτεργα τούτων εἴτε πολλὰ, εἴτε ὀλίγα εἶεν, εἴτε καὶ ἕν.

P.173.v.19. ἀπὸ τοῦ κύρσου. Iun. ex cursu. *verte* ex spoliis *quinta pars cedit rationibus seu ærario Regis*, πενταμοιρία, *pro quo cod. vitio librarij*: πανταμοιρία. *Vide Giralt. in Gloss. verb.* κύρσου. *vbi Iunium reprehendit, quod* ἀπὸ τῶν κυρσευομένων, *p.59. vertcrit:* à cursoribus: *quia vertendum erat:* ex spoliis, ex præda. *Hinc* κυρσεύειν, *& vt in Turcogr.* κυρσεύειν, prædari, populari. *sic p.57.v.26.* δεφένσωρ τῶν κυρσεύοντων *rectius redditur: Defensor eorum, qui extra ordinem in hostes procurrendo dant impetum, & ante omnes dimicant. Cursores enim seu* κυρσεύοντες, *sunt* πρόμαχοι, οἱ προβαίνοντες τῆς παρατάξεως ἐν τῇ συμβολῇ τοῦ πολέμου, καὶ τοῖς φεύγουσιν ἐχθροῖς ὀξέως ἐπιπηδέμενοι, *vt ait in suis Tacticis Leo Imperator. Item cursores sunt* ἔνεδροι, *vt idem Imperator docet: deq; his loquitur Curopalata, non autem de cursoribus, quos Græci* δρομεῖς, *latini proprie Cursores nominat. p.175.v.26. leg.* εἰδὲ ὑ. si vero non, *sensus enim est: si vero pater nõ fecerit potestatem filio, vt subscribat,* αὐτοκράτωρ ῥωμαίων, *tunc subscribit:* ἐν χρισῷ τῷ θεῷ βασιλεὺς ῥωμαίων.

P.179.v.20. *vitiose* ἐκ παντοίων.

P.189.

Digitized by Google

P.189. v.22. sic verte. εἰ δὲ συμβῇ, &c. si contigerit Imperatorem antea esse coronatum, coronatur Imperatrix à proprio marito & Imperatore; eodem modo tunc, quando illa in vxorem ducta nuptiarum solennia celebrat. At si eo quo diximus pacto, eueniat; tunc postquam Imperator nouus suam coniugem & Imperatorem coronauit, illa vero, vt dictum est, honorem & reuerentiam habuit: ascendunt simul in anabathram, rursusque considerent in suo throno; & hæc interpretatio confirmatur ex lib.1. Ioannis Cantacuzeni, in quo hanc Imperatoris inaugurandi & Imperatricis coronandæ ceremoniam iisdem ferme verbis, quibus Curopalata describit. Ait enim. εἰ δὲ περιστεμμένον εἶναι τὸν βασιλέα ὅτι τῆς τῶν γάμων τελετῆς ὁ βασιλεὺς τὴν ἰδίαν ὡσαύτως τέφει γυναῖκα. ἔνθις δὲ ἀμφότεροι ὅτι τὴν ἀναβάθραν, &c. Nec illud omittendum vbi Curopalata habet βάκκον, ibi apud Cantacuzenum legi πορφύραν, vt pag.193. v.3. ἐνδύεται ἐπάνω τοῦ βάκκου, Cantacuz. περιβάλλεται μανδύαν χρυσῆν ὅτι τὸ διάδημα, καὶ τὴν πορφύραν.

P.103.v.17. forsan pro ἄλλα legendum, ἔπιπλα. Sic enim Cantacuz. ἔπιπλά τε καὶ σκεύη τῶν ἱερῶν καὶ αὐτὰ τὰ ἀκρώτατα ὑπιφερόμενοι.

Pagin.195. vers.1. Cantacuz. μαφόριον pro ὠμοφόριον.

Pag.200. & 202. dicit Curopalata Imperatores coronatos regredi in palatium πεζῇ, pedites, Canta-

Digitized by Google

cuzenus contrarium scribit; cuius hæc sunt verba, καθ-ἑδὼν ἐκεῖθεν αὐτὸς ὁ βασιλὺς μόνοι τῶν ἄλλων ἀπάντων ἑπομένων πεζῇ ἐφιπποι χωρῦσι πρὸς τὰ βασίλεια. Ipsi soli equites ad regiam regrediuntur, ceteri omnes pedites subsequuntur. *Quocirca vera est lectio; quam supra ex cod. Bau. attulimus; quamq; ipse etiam Iunius ex alio exemplari adducit; & sensu cum Cantacuzeno plane consentit.*

P. 203. v. 12. πολυτελῶς. *Cæterum quod supra dicebamus περὶ τῆς πενταμοιείας ἀπὸ τοῦ κύρου Imperatori dandæ, id cõfirmat etiam Ioannes Cantacuzenus; nam cum de bello ab Andronico Imperatore aduersus Albanos gesto partisq; sine numero spoliis, agit; sic præter cætera scribit.* ἔθυς ὁ ὄντος πρὸ τέρον τῆς γραφῆς, ἐπιδάν τινος κρατήσωσι λείας ἢ πολέμου ἢ ἐλάτλου ἢ πομπῆς μοῖραν παρέχειν ἀειρεῖαν βασιλεῖ, καὶ μετ' ἐκεῖνον, τῷ μεγάλῳ δομεσίκῳ ἴσην, οἷα δὴ τῆς συμπάσης ἡγεμόνι γραφῆς, τότε δὲν ἐποίουν τῶν εἰωθότων, οὐδέ τις ἠνώχλει αὐτοῖς περὶ τῆς πέμπης μοίρας, ἀλλ' ἅπαντες ἐξ ἀεννάων ποταμῶν ἐξῶν ἑκάστῳ, ὅσον ἂν βύλοιτο κύριος ἠρύεσθαι.

Quod supra notabamus in cod. Lauth. scriptum esse μπάϊλος, *(ex quo Iunius fecit,* λυπάϊλος*) rectam scripturã esse arbitror. Nam vt ex Turcogræcia, & ex Pandecte histor. Turcic. cap. 91. liquet, Græci recentiores* μ *vsurpãt pro* β. *Hinc* μπόσνα, *pro Bosna,* μπεγλερμπεκ, *pro Beglerbegus.* μπαϊαζήτης, *pro Baiazetes,* μπελιγράδι, *pro Beligradum,* μπασία *pro Bassa, & apud Cantacuzenum lib. 1.* ἐκ μπουργουνίας, ex Burgundia, *& id genus plura. Pari ergo forma* μπάϊλος *pro* βάϊλος, Baiulus, *quæ scriptura reperitur quoque apud Grego-*

Digitized by Google

ram lib.4.p.46. non autem Lypailus, *vt citat Iunius; & hodie quoque qui res Venetorum Constantinopoli curat Baiulus nominatur.*

Δικανίκιον *passim occurrit apud Curop. vbiq; vertitur à Iunio,* sceptrum iudiciale. *potest simpliciter verti sceptrũ. Aliquando cum de Patriarchis, & Episcopis sermo est, vt p.212. rectius redderetur* δικανίκιον pedum. *In Turcogræcia vocatur* δικανίκιον, *(nisi sit typographicus error) p.15. vbi de Gennadio Patriarcha & Imperatore Turcico:* ἰδίαις χερὶ δίδωκεν αὐτῷ δικανίκιον πολλῶ ἄξιον, ἤτοι ῥάβδον ἀργυρᾶν πεπικεχρυσωμένην, ὡραίαν. *In scripto quodã Græcobarbaro lib.2. Turcogræciæ vocatur* δικανίκη. ποιμαντικὴ ῥάβδον *vocat Gregoras lib.6.p.47.v.3. & 6.leg. vt supra monui, ex c. Bau.* Τζαγκατόξων, *à Tzangris, arcus cuiusdam genere, vt ex Cantacuzeno liquet li.1. vbi de machina quadã bellica agens: dicit, in quolibet καταπάλτῃ eius, (erant autem quinq;) fuisse octo τῶν ἐκ τόξων λαπικῶν τῶν λεγομένων Τζαγκῶν ἀφιείλων βέλη. Ibid. κ̓ λῶν ἀπὸ τῶν Τζαγκῶν ἀφιεμένων βελῶν. Male ergo Iunius p.313. facit ex Tzangratoribus* milites Spatharios, *cũ fuerint sagittarij, & arcitenentes. Male etiam nomẽ ipsum deducit à voce oriẽtali* saga, *quæ, vt inquit,* significat copiosum, densum & confertum esse. *Nimirum, quoties Iunius non habet quod dicat, ex oriente aliquid dicendi occasionem quærit.*

Pag.49.v.22. ἢ τὰ τῦ φρατῦ μετὰ πυροβόλων. Aut exercitus flammeum cum ignitis telis. *Inepte cui longe adhuc ineptior explicatio additur pag.286.* Hoc alterum est flammeum, *inquit,* quod Ar-

Digitized by Google

chiſtratego, vt appellatur p.93. præferri ſolet, ſiquidem hic alius, quã Imperator eſt; quamobrem exercitus flammeum appellatur, in quo expreſſa erat fulgurationis & fulminationis ſpecies. *Nugæ. Legendum enim, ἤτοι τὸν ϛαυρὸν μὴ πυρεκβόλων, vt habet cod. Bauaricus & Lautherianus. Hoc enim dicit: τοὺς ἄρχοντας, οἷς κεφαλαὶς, præferre, erigere, & ſtatuere* ſolitos conſuetum flammeum *ſeu* vexillum regium, *vel* crucem radiatam, *ſeu* radios inſtar ignis emittentem. *Sed Iunius ex hoc ſcripturæ compendio ϛρῶν, fecit ϛρατὸν, & ex ἤτοι, quod in omnibus noſtris Cod. legitur; ἢ τὸ, adiecto etiam articulo τοῦ. Quo conſilio? Licet tandem in additionibus hanc codicum noſtrorum germanam lectionem ipſe quoque annotarit, ſed ſine approbatione & explicatione. Quam autem hallucinetur in illo Archiſtratego; & quã longè imperitius adhuc ad hunc ſuum commentitium Archiſtrategum accommodet, quæ hoc loco Curopalata ſcribit; id quiuis facile cognoſcet ex illos, quæ de hoc Iunij errore ſcribit Iacobus Gretſerus in notis ad ſecundum tomum de S. Cruce pag. 609. & ſeq. Fuiſſe autem Imperatori præportatam crucem ſeu flammulum, in crucis ſpeciem conformatum, docet Curopalata p.93. vbi flammula Imperatori præferri conſueta enumerãs, ſic ait. ἃ δὴ καὶ εἰσὶ ταῦτα, τὸ μὲν ἓν ἀρχϛράτηγος. τὸ ἕτερον, εἰκόνας ἔχον πολλὰς θείων ἱερεαρχῶν ὀκτάγλωσσον, ὅπερ καλεῖται, ὀκλαπόδιον. ἄλλο, ϛαυρὸς ἔχων εἰκόνας*

τῶν

Digitized by Google

τῶν ἁγίων τεσσάρων μεγάλων μαρτύρων, δημητρίου, προκοπίου, καὶ θεοδώρων. ἕτερον ἔχον τὸν ἅγιον γεώργιον ἔφιππον. ἄλλο δρακόντιον, καὶ ἕτερον δὲ τὴν τοῦ βασιλέως ἔχον στήλην ἔφιππον, ἃ δὴ ταῦτα εἰσὶν ἕκαστον ἀνὰ δύο, ἤτοι ὁμοῦ δώδεκα. *Ita rectissime codex Lautherianus. Vbi vides tertium flammeolum fuisse crucem sanctorum Martyrum imaginibus insignitam; Et quidem geminam crucem. singula enim flammeola duplicabantur, ita vt in vniuersum essent duodecim. Et de hoc crucis flammulo loquitur Curopalata supra 49. Sed Iunius pro sua erga sanctam crucem pietate, vocem στρὸς mutat in τρίτος, ne crux Imperatori prælata videatur, contra Caluini Euangelium; qui etiam verba illa p.94.* οὗτος δὲ ὁ μέγας δοὺξ τὴν τοῦ βασιλέως στήλην ἵστησιν ἔφιππον, *non recte vertit:* hic vero magnus Dux contum præfert Imperatoris insidentis equo. *corrige. Hic vero Magnus Dux præfert, seu statuit flammulum, statua Imperatoria equitante, seu in equo insidente insignitum; de quo flammulo Curopalat. p93. v. 16.*

Pag. 27. v. 5. tractat iunius simili fraude imagines Angelorum. Cum enim Curopalata dixisset, in Scaranico magni Domestici expressam fuisse ante & retro, (sic enim habent cod. Bau.) imaginem Imperatoris diademate redimiti, ait; eidem adstitisse, ἐκ δεξιῶν μέντοι ἄγγελον ἕνα, καὶ ἕτερον ἐξ ἀριστερῶν, περικυκλωμένους διὰ μαργάρων, à dextris vnum Angelum: & alterum à sinistris, circundatos margaritis.

Vbi Iunius Angelos transmutat in nuncios. *Quasi Imperatoris effigies nunciis vtrinque adstantibus conspicua fuerit; non Angelis; qui in Interpretatione supprimendi fuerunt, ne quis religionis caussa, & quidem vere, factũ crederet, quod Iunius superstitioni adscribit.*

P.97.v.17.legit. ὡς ἐάν τι ζῴφιον ἴδῃ. quod si quid alienum viderit. *Et in scholiis p.319.* ζῴφιον siue adulterinum, vesti, , loco, dignitati, non quadrans. Arabicum. *Scilicet. Legendum* ζωῴφιον, *vt habet Cod. Lauth. Et, si recte memini, alter Bauaricus. Est autem* ζωῴφιον *idem quod* ζῴδιον, ζωδάριον, animalculum. *Dicit ergo Curopalata, Protoueſtiario, & non cuiquam alteri, hanc potestatem concedi, vt si quod animalculum, aut lutum, aut simile quid in veste Imperatoris animaduerterit, id manu sua tollat, aut expurget, non interrogato Imperatore.*

Pag.69. Τζάκονες. *Hoc ex Hebræa lingua deducit Iunius in Schol.p.304.quidquid dicat Gregoras lib.4. hist. Byzantinæ, qui quos veteres vocabant Laconas, à recentioribus istis Græcis Tzaconas appellatos scribit, exigua, eaq; quotidiana litterarum immutatione. Nec absterretur Iunius, quamuis hodie quoq; regio Peloponesi, olim Laconia, dicatur Tzaconia, & incolæ (Pandect.Turc.p.320.In Turcog.li.7.p.489.vid.p.242.) Zacones seu Tzacones; valdeq; vsitata sit Græcis recentioribus literarum Tz in aliarum locum substitutio, hinc* ζαχίζω *pro* λαχίζω, lacero, rumpo) *Quare qui Tzacones*

Digitized by Google

cones ab Hebraeo Tzuk *potius, quam à veteri Laconum appellatione dictos existimat; is cur non quidui sibi persuadeat, ratio nulla apparet.*

P.137.v.24. ἂν μὲν ᾖ λελυπημένος, *legendum,* ἂν μὴ ᾖ λελυπημένος, *vt habent cod. Bau. & Lauth. Quocirca male Iunius.* Si in luctu est Imperator, *Imo,* si non est in luctu Imperator.

Curop.p.11.v.3. ὁ ἐπὶ τῆς ποδίας *Iunius.* praefectus instrumento sacro. *p.59.v.17. legit* ποδῶν, *& eodem modo interpretatur. Ex Graecorum recentiorum, vt ait, p.260. vsu Nicetae, atq; Nicephori. Addit quoque rationem interpretationis;* Sumpta est, *inquit,* haec appellatio â forma, quia ansata sunt plurimum instrumenta ad commoditatem ministerij, & aucta manubrio. *Sed haec vana sunt. Nam* ὁ ἐπὶ τῆς ποδίας *erat ille, qui pauimenti in magna Ecclesia curam gerebat. Nam* ποδία *est* solum; pauimentum; *vnde Germanis,* der Boden. *Et patet hoc ex Originibus Constantinop. vbi ambitus fori dicitur fuisse aequalis* τῆς ποδίας τῆς κόρτης & μεγάλης κωνσταντίνου, *&,* ὁ ἐπὶ τῆς ποδίας; *ideo etiam dici nequit praefectus instrumenti sacri, seu supellectilis; quia distinctum & proprium officium est,* ὁ μέγας σκευοφύλαξ κρατῶν τὰ σκεύη τῆς ἐκκλησίας, *illud* ποδῶν, *nihil ad rem. Legendum enim ex cod. Bau.* ποτῶν poculentorum, *si quis tamen praefectum sacrarum vestium interpretari velit, cum hoc nõ pugnabo. nam* ποδὰς *video etiam à recentioribus Graecis appellari vestes. Exemplum est in Turcogr.p.170.*

P.57.

Digitized by Google

P.57.v.1. Τζαγμάριος. *Bauarici aliter, vt supra notatum. Iunius vertit,* Sagmarius, *non recte. Dicendum. Tzagmarius, si hæc lectio retinenda fit: nam Sagmarius Græcis non est sutor; cum à sagmate formetur. Est autem* σάγμα *vel* θήκη τοῦ ὅπλου; theca, *seu* vagina armorum; *vel* onus iumenti sarcinarij. *Hinc sagmaria iumenta, vel Sagmataria, vel Samaria Græcis, quæ nostris Clitellaria; ad quorum vltimum alludit vox Germanica Samarros, seu vt alij Sämerros. & Som, id nimirum; quod huiusmodi equus gestat. Suidas.* σαγμάρια, τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον τοῦλδον, τὰ βαστάζοντα τὴν ἀποσκευὴν, καὶ τὴν μετακομιδὴν τῶν ἐπιτηδείων. *Nec recte vertit Iunius,* σάγισμα, *p.54. v.16. per sagma. Aliud est hoc, vt iam dictum: aliud; illud: significat enim operimentum siue stragulum, tũ loc. cit. Curopalatæ, tum etiam p.110. & 112. Est & alicubi in Turcogræcia Tzagmarij mentio. Nec placet Iunio Tzancas, aut Tzancia; potius vult Tzaggas, & Tzaggia, vt habeat occasionem nomen hoc deducendi ex Arabica lingua. Sed potior est apud me fides cod. Lauth. & Bau. & Simeonis Magistri officiorũ in Pandecte Histor. Turcic. cap.199. qui* τζαγκία, *&* τζάγκας *nobis exhibent.*

P.192.v.24, ἀρχομένου δὲ ψάλλεσθαι τοῦ ἐπὶ τῇ μεγάλῃ εἰσόδου σεμνοῦ. Cum primum autem psallitur graue canticum in magno ingressu. *Cod. Lauth. pro* σεμνοῦ, ὑμνοῦ. *recte.* Cum hymnus inchoatur, *videlicet*

videlicet à cantoribus; qui decantari solet, non in magno ingressu; vt iste perperam vertit; sed in supplicatione, seu solenni processione, in qua, lecto iam Euangelio, circumfertur per templum materia futuri sacrificij; ducto initio à Prothesi, ad altare, in quo sacrificium immolabatur. De qua processione legatur Cabasila in exposit. Missæ, cap. 24.

P. 193. ἐπέχει γὰρ τότε τάξιν ἐκκλησιαστικὴν, ἣν καλοῦσι δέ ποτε. Tunc itaque ordinem seruat Ecclesiasticum, quem ipsius vocant. *Perperam, sed correxit Iunius errorem ex alio cod. Legendum enim* δεποτάτυ, *vt habet Ioannes Cantacuzenus in sua historia lib. 1. de bellis inter Andronicum auum, & nepotem gestis; vbi ritum inaugurandi Imperatoris describit. cod. Bau.* δεποτάτυ. *Recte, si vnicum sigma demas. Sensus est: Imperator tenet tunc (nimirum in illa processione) locum Deputati. Numeratur autem officium Deputati à Curopalata inter officia magnæ Ecclesiæ p. 11. v. 2.*

Ibid. v. 10. προηγεῖται τῆς εἰσόδου πάσης. Præcedit per ingressum totum. *inscite. potius.* Præcedit totam supplicationē. Primus est in tota processione. *Cantacuzenus lib. 1.* ἡγεῖται.

P. 39. & 281. non recte interpretatur Siromasten, ferream clauam, vt patet ex cap. 25. Num: vbi scriptura de Phinees, καὶ λαβὼν σιδηρᾶν ἐν τῇ χειρί, *&c.* καὶ ἀπεκέντησεν ἀμφοτέρους τοῦτο ἄνδρα τὸν ἰσραηλίτην,

καὶ

καὶ τὴν γυναῖκα διὰ τῆς μήτρας αὐτῆς. *Non ergo fuit claua, sed vel iaculum; vel hasta. Hinc Aquila, vertit* κοντόν. *Symmach.* δόρυ. *vulgat. edit.* arrepto pugione perfodit *ambos, Notauit hunc Iunij errorem Giraltius in Glossario, verbo Siromastes. Non ergo palpāt in tenebris interpretes, vt Iunius dicit. Apud Cedr. pag. 578. Leo Melissenus increpat fratrem Theognostum, ne Imperatori maledicat; non obtemperanti imposuit aliquot plagas, seu ictus,* τὸν σειρομάστην ἐν τείνας, Siromaste intentato. *S. Hieronymus epist. 53.* Legi enim Siromasten Phinees, Austeritatem Heliȩ. *vbi & ipse pro hasta videtur siromasten accipere. Ioseph. lib. 4. antiq. cap. 6. vertit* romphæam. παίων τῇ ῥομφαίᾳ ἀπέκτεινε. Percussum romphæa occidit. *Hesychius ait;* σειρομάστην *esse* εἶδος λόγχης. *S. Hieron. in cap. 2. Malach. interpretatur.* σειρομάστην *pugionē, vt & Numer. 25. at 3. Reg. 18. & lib. 4. cap. 11. hastam. Suidas* σειρομάστης, εἶδος ἀκοντίου λόγχη. *Ioannes Tzetzes.* πολλοὶ μὲν τὸ ἀκόντιον καλοῦσι σειρομάστην, ὥσπερ κἂν τῇ φινεὲς νοεῖται ἱστορίᾳ, *&c.* κυρίως δὲ σιδήριον τῶν τελώνων ὑπάρχει, ὡς μέγας ὀβελίσκος τις, ᾧ πλήττοντες τοὺς σάκκους τὰ κλεπτοτελωνούμενα νοοῦσι, καὶ κρατοῦσιν. ἔγνως λοιπὸν. καὶ τίς ἐστι κυρίως σειρομάστης; τοῦ φινεὲς δὲ κεῖταί σοι καλῶς ἱστορία, ἐν τόπῳ τριακοσιαστῷ ἐνενηκοστοπρώτῳ. *Dixerat autem eo loco.* ἔκτεινε δόρατι περονήσας. *Videtur omnium commodissime verti apud Curop.* telum, *seu* pugio, *quandoquidem Siromastes ferebatur à magno Tzausio à sinistra parte Zonæ.*

P. 179.

Digitized by Google

P.179.v.16.per aliquem senatorij ordinis iaciuntur, seu sparguntur in populum ea; quæ dicuntur ἐπικόμβια. *Iuni⁹ p.335.ait* ἐπικόμβια *fuisse missilia, sic dicta; quod essent* κόμβοι ἐπάνω αὐτῶν, quod nodi supra ea essent, quibus erant nummi propterea circumdati, ne iactu populum, in quem mittebātur, offenderēt. *Sed sine dubio melius sciuit Curopalata, quid essent* ἐπικόμβια, *quam Iunius. Ita ergo ille.* τμήματα ἐκ πανίων κόπτοντες, particulas ex pannis resecantes, & in qualibet particula panni tria aurea numismata, & totidem argentea, & tres obolos colligantes, proiiciunt in multitudinē. ῥίπτουσι δὲ τοιούτους ἀποδέσμους. proiiciunt vero huiusmodi fasciculos, *&, vt sic dicam*, ligaturas, *Latine* missilia *dici possunt. Et hi* fasciculi vocantur ἐπικόμβια, *à nodo, quo colligantur, seu quod* κόμβοις, *hoc est, nodis constringantur. De iisdē* ἐπικομβίοις *p.201. De verbo* ἐπικομβόω, *num Græcum sit an barbarum, disputat Photius in 2.epist. ex iis, quæ nuper in lucem prodierunt. De iisdem* ἐπικομβίοις *eadem fere Ioānes Cantacuzenus lib.1.de bellis inter Andronicos auum & nepotem; nisi quod ea spargi dicit, postquam Imperator iam inunctus, & inauguratus ex templo egreditur. Verba Cantacuzeni hæc sunt.* τῇ γὰρ ἡμέρᾳ, καθ' ἣν ὁ βασιλεὺς χρισθεὶς ἔξεισι τοῦ ναοῦ παρά τινος τῶν συγκλητικῶν, ᾧ ἂν ὁ βασιλεὺς ἐπιτρέπῃ, εἰς τὸν δῆμον ῥίπτονται, ἃ λέγουσιν ἐπικόμβια, δύνατο δὲ τοῦτο, ἀποδέσμους τινὰς ἐν ἐν ὀθονίων τμήμασι δεδεμένους, ἔνδον ἔχοντας νομίσματα χρυσᾶ τῶν βασιλικῶν τρία, καὶ ἐξ ἀργύρου τοσαῦτα ἢ καὶ πλείω, καὶ ὀβολοὺς

Digitized by Google

λοὺς ἀπὸ χαλκοῦ τοσούτους. ῥίπτονται δὲ ἀπόδεσμοι τοιοῦτοι χιλιάδων ἔλαττον ἢ πλεῖον δέκα, ἐν τοῖς προαυλίοις μάλιστα τοῦ ναοῦ.

Rursus de iisdem ἐπικομβίοις eodem coronationis die spargi solitis hæc idem eodem libro Cantacuzenus. ὑπὸ δὲ τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἐν τοῖς βασιλείοις τοῦ δήμου συνηθροισμένου παντὸς παρὰ τοῦ αὐτοῦ συγκλητικοῦ τῶν προτέρων ἴσοι ἢ καὶ πλείονες ῥίπτονται ἀπόδεσμοι. *Curopalata pag.201. in posterum diem id reiicit. Quo die hoc etiam fieri solitum, Cantacuzenus scribit.* εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ τῶν δημοτικῶν μὲν πάρεισιν οὐδένες, τοῦ στρατιωτικοῦ δὲ καὶ τοῦ περὶ τὴν βασιλικὴν ὑπηρεσίαν τεταγμένου παρόντος παντὸς ἐν ταῖς τῶν βασιλείων αὐλαῖς, ἐξερχόμενος ὁ βασιλεὺς, τοῦ τῶν βασιλικῶν ταμείου προεστῶτος χρημάτων, καὶ τὴν ἄκραν τῆς ἐσθῆτος πλήρη φέροντος νομισμάτων χρυσῶν ἐκ τῶν βασιλικῶν δραττόμενος ὁ βασιλεὺς κύκλῳ διασκεδάζει, κενωθέντων δὲ ὁ ταμίας αὖθις τὴν ἐσθῆτα ἀναπληροῖ, καὶ τοῦτο γίνεται, οὐ καὶ τετράκις μόνον, ἀλλὰ καὶ πλεονάκις. αἴτιον δὲ τῆς τοιαύτης διαδόσεως τοῦ χρυσοῦ, τὸ πάντας βούλεσθαι τὸν βασιλέα ἐκ τῶν αὐτοῦ δαπανῶντας αὐτῷ συνευφραίνεσθαι, καὶ συμπανηγυρίζειν. *similia fere Curopal.p.201.203. De hoc more accipiendus quoque est Pachymeres lib.9. suæ historiæ, vbi scribens de coronatione Michaëlis Palæologi filij Andronici senioris,* ῥιπτοῦνται, *inquit,* ἡ συήθεις ἀπόδεσμοι. *Et frustra est bene de Græcis meritus interpres, qui* fasciculos odoratorũ florũ spargi solitos coniicit.

P.61. ἔνι

P.61. ἔνι δὲ καὶ τεταγμένον δίδοσθαι πρὸς τὸν μέγαν πριμμικήριον, &c. ὑπέρπυρον ἓν; *quod interpretatur p. 295. Iunius,* velum & inuolucrũ coloris ignei. *Indocte, nam hyperpyrum, (ab aliis vitiose Iperperon scribi solitum) monetæ genus est, vt recte docet Leonclauius in Pandect. Turcic. p. 221. & seq. hinc hyperpyrarij, qui singulos in annos hyperpyra soluũt. Vide Pandect. Turc. loc. cit.*

P.188. *Interpretatur* σωλέαν, *seu* σωλείαν, soleum; *Rectius* soleam, *cum Rectus sit* ὁ σωλέας, *primæ declinationis; siue à sole hoc nomen deriuatum sit, erat enim locus, qui dicebatur soleas ad solem orientem, contiguus* βήματι *seu tabernaculo; vt liquet ex Curopalata pag. 193.* μόνος δὲ ὁ βασιλεὺς διερχόμενος τὸν σωλέαν, εὑρίσκει τὸν πατριάρχην ἱστάμενον εἰς τὰ ἅγια θύρια. *Cantacuzenus.* αὐτὸς δὲ μόνος εἰσερχόμενος τὸν σωλέαν, τὸν πατριάρχην ἐπὶ ταῖς ἱεραῖς κυγκλίσιν *(ad sacros cancellos)* ἑστηκότα εὑρίσκει; *siue quis* σωλέαν *à solo, seu pauimento potius deducere velit; nomine* τοῦ σωλέου *à solo ad totum illum locum (quem nos in nostris templis chorum vocamus) translato. Quod mihi minus fit probabile. Erat autem locus iste, vt &* ὁ ἄμβων *cæteris templi partibus longe ornatior. Quare in Originibus Constantinopolitanis refertur* σωλέαν *à Iustiniano conditum, cum casu Trullæ, seu fornicis comminutus esset; non potuisse à Iustino successore Iustiniani, in pristinũ splendorem & nitorem restitui.* Τὸν δὲ ἄμβωνα, καὶ τὸν

Digitized by Google

σωλέαν μὴ δυνάμενος ποιῆσαι καθὼς ἦσαν πρότερον, ἐποίησεν, ὡς ὁρᾶται νῦν, ἀργυρένδυτον. *Veteribus Græcis* est ἱερατεῖον, *quod recentiores vocant* σωλέαν, *respondetque, vt supra dicebamus, choro in nostris templis. Vide S. Maximum in Mystagogia.*

Pag. 173. v. 26. καὶ τὰ ἅρματα πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον κομίζονται. *Iunius.* Currus eius ad magnum Domesticum referuntur. *Imo,* arma eius (*militis nimirum sine liberis demortui*) ad magnũ Domesticum *perferuntur.* ἄρμα *enim &* ἅρματα, (*spiritu leni, non aspero, vt vitio librariorum Curopalatæ codices habent*) *sunt nouis Græcis idem quod Latinis* arma; *quod in suo Glossario iam contra Iunium annotauit Giraltius, multisque testimoniis recentiorum Græcorum confirmauit; in verbo* ἄρμα. Et *res ipsa clamat* ἅρματα *esse,* arma, *non* currus *apud Curopalatam. Quis enim credat singulos* ῥογατόρων, *seu militum habuisse* ἅρματα, *hoc est,* currus?

Pag. 175. οἰκείᾳ χειρὶ προέταξα. ὅτω μὲν ὁ στεφόμενος (*sic enim habet alter cod. Bauar. & Lautherianus, sed forte leg.* στεφησόμενος) τῆς ἑαυτοῦ προτάσεων ὁμολογίας γράφει. *Iunius.* Propria manu præfiniui. sic inscribit, qui coronatus est, præfiniens confessionem suam. *Inepte. Quid enim vult sibi hoc* præfiniui *&* præfiniens? *Verte.* Hæc propria manu præscripsi, *seu,* confessioni fidei meæ præmisi. Ad hunc modum is qui coronatus

(*vel*

(*vel potius* coronandus) est, propriam suã confessionem præscriptione & prænotatione nominis & dignitatis suæ insignit. *Hæc enim præscribebant.* ὁ δεῖνα ἐν χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς, καὶ αὐτοκράτωρ οἰκείᾳ χειρὶ προέταξα. *Et huic* προταγῇ *respondet* ὑποταγὴ, *subscriptio, de qua Curop. pag. 179.* ὁ δὲ προτάσσων τοῦτ' αὐτὸ πάλιν, καὶ μετὰ τὴν τῆς πίστεως ἔκθεσιν ὑποτάσσων γράφει, ἤγουν τὸ, ὁ δεῖνα ἐν χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς, καὶ αὐτοκράτωρ ῥωμαίων, ἢ βασιλεὺς ῥωμαίων οἰκείᾳ χειρὶ ὑποτάξας. Qui nomen & titulos suos confessioni fidei præscripsit, idem rursus fidei expositioni, seu professioni subscribit. In hunc vidlicet modum: ego in Christo Deo fidelis Imperator manu propria subscripsi. *Ergo* προτάσσειν *&* ὑποτάσσειν *est præscribere, & subscribere; In quorum notione peruidenda & explicanda plane cæcutiuit Iunius.*

Ibid. ἂν δὲ υἱὸς αὐτῷ ᾖ, εἰ μὲν ἐκδίδωσιν ὁ πατὴρ, γράφει καὶ αὐτὸς προτάσσων οὕτως. *Omitto hic etiam verbum* προτάσσων *male redditũ: priora sic vertit Iunius.* Quod si filius est ipsi, siquidem attribuit pater. *Perperam. Legendum ex cod. Bau. & Lauth.* ἐνδίδωσιν. Si pater concedat; si permittat.

Pag. 211. δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι ἀρχιερεῖς χειροτονοῦντες σφραγιζόμενοι ἐκ δευτέρου. *Iunius.* Sciendum autem est quod alij sacerdotes summi electionem facientes, obsignent bis. *Male. Le-*

gendum ex cod. Lauth. ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι ἀρχιερεῖς χειροτονοῦνται,, *& vertendum: scire oportet alios quidem Episcopos, & Archiepiscopos eligi, & designari duplici* scrutinio, *vt vocant; seu suffragiis bis datis; geminatis, &c. Vide Gretserum in notis ad Tom. 2. de S. Cruce, pag. 602. In historia Patriarchica Turcogræciæ passim vocatur prima & secunda* Φραγὶς, τὸ πρῶτον, καὶ δεύτερον μήνυμα.

P. 212. καὶ οἱ μὲν ἀρχιερεῖς εἰς προσκύνησιν τοῦ βασιλέως, ὡς εἴρηται, ἐρχόμενοι μετὰ τῶν ἐχόντων μανδύον αὐτῶν ποταμούς. *Iunius.* Summi autem sacerdotes ad salutandum Imperatorem, vt diximus, venientes cum aliis mandyum suum habentibus. *Perperam. Lege ex cod. Lauth.* μετὰ τῶν ἐχόντων μανδύων αὐτῶν ποταμούς. cum mandyis suis habẽtibus fluuios, *ad verbum, hoc est,* cum mãdyis vndulatis. *In scripto græcobarbaro lib. 2. Turcogr. p. 108.* καὶ μανδῆ με τοὺς ποταμούς. μανδεῖον, *inquit ille Græcus in Turcogr. p. 189.* λέγουσιν, ὃ φέρει ἐπάνω ὁ πατριάρχης, μετὰ ποταμῶν, διὰ τὸ διδακτικὸν ὀφείλειν εἶναι. *Dicitur ergo* μανδύας, μανδεῖον, μανδῆ, *&* μαντίον, *à quo in Turcogræc. p. 189. numero multitudinis* τὰ μαντία οἱ ἀρχιερεῖς βαστοῦν εἰς τὰ μαντία τοὺς ποταμοὺς κοκκίνους, καὶ ἄσπρους. Pontifices gestant in Palliis fluuios (limbos) coccineos & albos. *Germanice* Mantel, *à Latino Mãtelo. Est aũt* μανδύας *forma similis ei vesti sacræ, quam vulgo vocamus,* ein Rauchmantel; *& qua ipse Imp. Rom. adhuc in inauguratione*

guratione insigniri, & pingi solet quoq; cũ Electoribus. Simeon Magister officiorũ in Pandecte hist. Turcicæ cap. 199. δικητήσιον vocat. quod Græci rogati ab Auctore Pãdectæ interpretabantur, ἐπιμάνδυον, quasi dicas, supramantellum. *Forte δικητήσιον παρὰ τὴν δίκην deriuatur, vt & δικανίκιον, quod Imperij & potestatis insigne sit. Eratque vestis hæc tam Imperatoribus quam Patriarchis, aliisque Pontificibus communis, vt ex Curopalata & Turcogræcia constat; nec satis apte vertitur* paludamẽtum, *vt agnoscit etiam Leunclauius, cum vox hæc militarem vestem significet, μανδύας autem etiam extra castra gestari consueuerit; nec ab Imperatore tantum, sed & ab Ecclesiæ præsulibus; quibus* paludamentum *apte nemo tribuerit. Distinguitur saccus à mandya. Curopal. pag. 193. v. 3. ἐνδύεται ἐπάνω τοῦ σάκκου καὶ διαδήματος μανδύαν χρυσοῦν. Iunius vertit hic* Sagum, *vt & p. 99. & in Annot. p. 319.* Gallica vox corrupta, ex Latino Sagum. *Mirum, ex oriente non accersitam originationem. Cur saccum potius à sago, quam à sacco græcis latinisque communi deducamus? cur sagum reddamus, cum non sit tantum vestis militaris, sed & forensis; nec forensis tantum; sed & Ecclesiastica, vt planum fit ex Turcogr. pag. 20. vbi vestis quædam Patriarchica; saccus nominatur.* Filiæ eius ornamenta dederunt Patriarchio. ἐξ ὧν ἔτι καὶ ὁ σάκκος ὁ ἀρχαῖος, ἕως τοῦ νῦν. Ex quibus confectus est vetus ille saccus; qui hodie quoque

durat. *Vbi recte interpres, Pontificiam vestem interpretatur. Quod autem Iunius Mandyæ originem ex Persica lingua deducit, pag. 336. id facit, opinor, vt Persicæ linguæ non ignarum sciamus. Longe facilius à latino mantelo aut Germanico* Mantel *deduxisset.*

Pag. 161. v. 20. & seq. κατὰ τὴν μνήμην; ad memoriam. *Recte verteris.* In memoria seu eo die, quo memoria agitur magni Demetrij, Chrysostomi, Georgij, & similium. *sic pag. 165. v. 14.* διανυκτερεύων ἐκεῖσε, ὡς κἂν τῇ μνήμῃ τοῦ χρυσοστόμου. Pernoctans illic; vt etiam ad memoriam Chrysostomi. *Imo,* in memoria, seu eo die, quo memoria Chrysostomi agitur.

P. 165. v. 25. ἀναγινώσκεται τὸ Συνοδικόν, legitur & synodalis actus. *Corrige.* Synodale decretum, *de imaginibus videlicis erigendis, conseruandis & honorandis ex secunda Synodo Nicæna.*

Pag. 129. ἧκεν οὖν τῶν θείων ἐπιφανείων ἑορτὴ γίνεται ἀπαραλλάκτως, ὡς καὶ ἡ τοῦ χριστοῦ γεννήσεως. Cum igitur dies festus diuinarum Theophaniarum aduenit, sic plane colitur, vt & dies Natalium Christi. *Rescribe ex cod. Lauth.* ἡ μὲν οὖν τῶν θείων, &c. Festum diuinorum Theophaniorum eodem prorsus modo celebratur, quo festum natiuitatis Christi.

Pag. 133. Tota quadragesima ferunt Sacerdotes & Diaconi, πορφυρὰ στιχάρια καὶ φελώνας πάλιν τῆς τοῦ εὐαγγε-

εὐαγγελισμῶ, ἑορτῶν βαΐων καὶ τῶ μεγάλω Σαββάτω. Et rursum in festo Annunciationis, & diebus festis Palmarum. Emenda & interpretare, *ex cod. Lauther.* πλὴν τῆς τῶ εὐαγγελισμῶ, *&c. Excepto festo Annunciationis, Palmarum, & magno Sabbato. Errorem hunc corrigit ipse Iunius ex alio exemplari, vt sit pro* πάλιν, πλὴν, *sed addit negationem,* καὶ φελόνας οὐ φορῦσι, non gerunt, nisi in die Annunciationis. *In nostris cod. hæc negatio non comparet.*

Pagin. 141. vers. 9. ποιεῖ εὐλογητὸν; canit benedictum. *Insulsè. potius,* benedicit; *vel,* recitat, *dicit benedictionem. Sic in Euchologio Græcorum;* ποιεῖ ὁ ἱερεὺς εὐλογητὸν. Dicit sacerdos benedictionem.

Pag. 147. v. 25. καὶ μετὰ ταῦτα, τῶ ἀρχιδιακόνου τὰ εἰρηνικὰ, ὡσαύτως, εἰπόντος. *Iunius.* Postea vero, vbi Archidiaconus verba pacis de more locutus est. *In scholiis pag. 328.* τὰ εἰρηνικὰ, *id est,* Dominus vobiscum. οὐδὲν ὑμῖς, *nam* εἰρηνικὰ *sunt preces pro pace communi & publica fundi consuetæ. Euchologium non semel.* εἶτα ὁ διάκονος τὰ εἰρηνικά. ἐν εἰρήνῃ τῶ κυρίου δεηθῶμεν ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης, ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ κόσμου, *&c.* In pace Dominum oremus. pro pace superna, pro pace vniuersali, &c. *Videat lector cetera in ipso Græcorum Euchologio.*

Pag. 145. totum locum de parasceue & magno sabbato, pessime Iunius accepit. Nam. 1. est legit πατῶσιν, *vertet-*

vertitque ambulant, *cum legendum sit* πάσσουσι *seu* πάτλουσι, spargunt. *Tres enim illi Lectores* ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως *ante Imperatorem* δάφνας, *hoc est*, lauros, *spargebant. Secũdo, illud* ἐξάγουσι *sic vertit.* Emittunt lauros ex Ecclesia; *cum vertendum sit.* proferunt lauros ex Ecclesia. *3.* εἶτα ἐξ ἑτοίμου παιδόπυλα ὄντα (*sic enim habet cod. Lauther. & ipsa textus ratio hanc lectionem exigit, quam & Iunius ad marginem notauit*) φέρουσιν, ἀπὸ τῶν ἐκτὸς δάφνας καὶ ὅτοι καὶ πάσσουσι, πληροῦντες τούτων τὸν τείκλινον. *Iunius.* Deinde vt puer quidam ad hanc rem compatatus est: offerunt foris lauros hi quoq; etiam venientibus obuiam, (*legit enim* ἀπαντῶσι) & implent eis triclinium, *vbi ferme tot errata, quot verba. Quæ emendabis, si in hunc modum interpreteris. Deinde* pueri, *seu potius*, famuli ad hoc destinati, lauros *& ipsi accipiunt* extra, *seu ab his, qui* extra sunt; *&* spargunt, implentes istis triclinium. *Nam cod. 1. Bauar. recte habet* πάτλουσι. *Lauth. propius ad veram scripturam*, πατῶσι, *pro* ἀπαντῶσι, *quod Iun. edit. & cod. 2. Bauar. habet. planior adhuc erit sensus, si legamus cum Bau. cod. post* δάφνας: καὶ ὅτοις, & sic spargunt.

Pag. 143. v. 5. ἔπειτα ψάλλεται ἡ τῆς ἀγρυπνίας ἀκολουθία κατὰ τὸν πεταμένον καιρόν. Deinde psallitur consequentia Vigiliæ prout tempus extenditur. *Emenda.* Deinde canitur officium vigiliæ

præ-

præstituto tempore. *Legendum enim, κατὰ τὸν τεταγμένον καιρόν. vt habet cod. Lauther.*

Pag. 133. v. 20. τῇ ἑορτῇ τῶν βαΐων προετοιμάζεται τοῦ περιπάτου διὰ μέσης τῆς ἑβδομάδος ἀπὸ τοῦ κελλίου τοῦ βασιλέως διήκων μέχρι καὶ τῆς ἐκκλησίας. *Iunius.* Ad diem palmarum præparatur media hebdomade ea pars ambulationis, quæ pertinet â cella Imperatoris ad Ecclesiam vsque. *Male. Legendum ex cod. Bauar. & Lauther.* προετοιμάζεται μὲν ὁ περίπατος, *&c.* Ad festum palmarum præparatur per mediam hebdomadem *ambulacrum (Germanice* ein Gang) pertinés â cella Imperatoris vsque ad Ecclesiam. *Qua notione sæpe* περίπατος *apud Curopalatam accipitur, & cum ambulatio significet etiam locum, in quo ambulatur: recte itidem* περίπατος *per vocabulum ambulationis exprimitur. Apud eundem tamen Curopal. pag. 139. v. 15. & pag. 55. vers. vlt. vox* περίπατος *aliam significationem habet; maleq; redditur per vocem ambulandi & ambulationis, vt ostendit Gretserus in notis ad secundum tomum S. Cruce.*

Pag. 91. v. 12. εἰς τρίτην ὥραν τῆς ἡμέρας γίνεται ἡ λειτουργία. Ad tertiam vsq; diei horam Liturgia fit. *Recte vertes.* Tertia diei hora Liturgia fit. *Ibidem:* διάτοι τοῦτο καὶ οὐδὲν σώζει ψάλλεσθαι τὴν τοιαύτην ἀκολουθίαν τῶν ὡρῶν καὶ τῶν τροπαρίων, διὰ τὸ πλείστην εἶναι. Ac propterea non est integrum, vt illa consequentia psallatur horarum & tropariorum, quia plu-

rimum occupat tēporis liturgia. *Verte. ppterea nihil temporis superest, vt officium illud horarū & tropariorum canatur, eo quod sit longissimum. Et necessario canitur liturgia, &c. Ibid.* ὡς κατὰ τὸν τεταγμένον καιρόν. Tanquam præstituto tempore.

Pag. 49. v. 22. φλάμπυρον. *Idem pag. 93. v. 23.* φλάμυλον. *ibid.* τὰ φλάμυλα *Cedr. 363.* φλαμύλιον. *Leo Imper. constit. 5.* φλαμμυλίσκιον. *Pandect. hist. Turc. Flambarum & flambulum; quæ & hodie Græcis visitata: idemque omnia hæc vocabula, etsi diuerse scribi solita; significant, nempe vexillum, seu vt interpretatur Nicetas apud Giraltium in Glossario,* signum *militare: nec tamen militiæ solum; sed & domi Imperatori & principibus palatij præferri consuetum; quod planum ex Curopal. pag. 93. & 95. Imo domi plura præferebantur, nimirum duodecim:* ἐκτὸς δὲ ὁπόταν στρατεύῃ ὁ βασιλεὺς, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ποσότητος τῆς ἀυτῆς συντάξεως ἔχει καὶ φλάμυλον ἓν τυχὸν ἢ δύο. In bello vnum tantum, aut duo flammula habet pro magnitudine exercitus. *Qui flammulum gestat Græcis est Flamularis, seu Flambular. Pandect. Turc. histor. cap. 174. & in vet. Gloss. apud Giralt.* φλαμυλάριοι. *In Turcogr. pag. 161.* φλαμπυροφόροι, vexilliferi. *p. 201. Flamboler,* signum *seu* vexillum. *Sed vnde dictum* φλάμυλον *seu* φλάμπυρον? *Non dubium, quin à Latino flammeo seu potius flamula signi seu vexilli genere apud Vegetium li. 3. cap. 5. etsi Iunius propter illud* φλάμπυλον *à flammeo, &* aureo *seu* auro *formet; quasi*

auri-

Digitized by Google

auriflammeum. *Sed cum Curopalata illud ipsum vexillum, quod pag. 49. vocatur* φλάμπυρον, *nominet pag. 93.* φλάμυλον, *non video cur ab auro & flammeo; & non à solo flammeo deriuetur, nisi forte etiam* φλάμυλον *&* φλαμύλιον, *& similia ex latino* auro *composita fingere velimus: quibus, qui hac sententia est, adiicere eodem iure poterit latinam vocem,* flammula, *diminutiuum à* flamma. *Sed valeant huiusmodi nænia. Ex Vegetio & aliis constat Flamulam signi genus esse; & vt alia plurima, ita & hoc ex Latio ad Græcos transisse, & postea varias mutationes in seipso etiam subiisse, vt alij dicerent flamulon, alij flampuron, alij Flambarum. Vegetius lib. 2. cap. 1.* Equitum alæ, quod protegant acies, quæ nunc vexillationes vocantur, quia velis, hoc est, flamulis, vtuntur. *En flamula, idem quod velum; quia flammeolum idem quod velum. Hinc sacro velo velari, & flammeum seu flammeolum accipere apud Ecclesiasticos scriptores idem significant, videlicet Deo virginitatem dedicare per vitæ religiosæ professionē. Idem Vegetius lib. 3. cap. 5.* Aquilæ, dracones, vexilla, flamulę, tufę. *Merito autem reprehendit clarissimus Lipsius lib. 4. de Rom. milit. illos, qui priore loco apud Vegetium flamulas mutant in fameola;* ô male, *inquit,* abstineant. *Et merito monet, vt abstineant qui recte itidem castigat interpretem Cedreni, hæc verba Græca:* τὸν τῆς εἰρήνης ἔγγραφον χάρτην ἐπὶ φλαμμυλίου κρεμάσαντες: *his latinis interpretantem:* Tabulis pacis

de conto suspensis. *quasi* φλαμύλιον *sit contus. Rectissimè Lipsius.* Chartam conscriptam, pacis testem, super flamula suspendentes. *Nec rectè Iunius* φλάμυλον *interpretatur* Labarum. *Quia Labarum vnum erat; at* φλάμυλα *etiam* βασιλικὰ *& Imperatoria, plura; nimirum duodecim, & domi quoque, non tantum in bello præferebantur. vt docet Curopal. pagina 93. Forte vetus illud Labarum apud posteriores Græcos desierat: Sin minus,* διβέλλιον *potius Labaro respondere dicerem. Hoc enim vnicum erat ante omnes flamulas, vt pagin. 93. dicitur. Nec omittendum illud Suidæ,* σαυρίων εἶδος σημαίας ἢ πλαμύλου. Saurion, genus signi seu flamulæ. *Quid tamen* Saurion, *ignoro, inquit clarissimus Lipsius. Sed quid si legeretur* σταυρίων; *certe vnum ex flamulis Imperatoriis* σταυρὸς *erat, hoc est, crux, vt supra dictum ex Curopalata. Vt igitur à Dracone flamulum quoddam dicitur apud Curopalatã* δρακόντειον; *sic apud Suidam videtur à Stauro seu cruce vocari Staurion illud, quod à Curopalata Staurus seu crux appellatur.*

Pag. 93. v. 8. τῆς προκύψεως ἱστῶσι καταντικρύ. Stant ex aduerso adorationis. *Alibi non raro etiam idem* προκύψεως *vocabulum vertit Iunius,* adorationem; *cum vertendum sit oratorium; vt quibusdam in locis vertit,* πρόκυψις *enim dicebatur locus, ex quo Imperator interdum rem diuinam audiebat aut spectabat.* παρὰ τὸ προκύπτειν *à* prospiciendo *seu* prospectando. *Dico autem interdum; neque enim omne*

festum

festum agebatur μετὰ τῶν προχύψεων, *vt ipse Curopal. pag.137.v.24.scribit. Et quid, quæso, illud est de flammeolis?* Statuuntur è regione adorationis. *pag. 95. v.10.* ἀνέρχεται ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῆς προχύψεως. Ascendit Imperator in oratorium. *Sic v.24. fit mentio* τῶν κιονίων τῆς προχύψεως, columnarum oratorij: *Hæc in Curopalatam hac vice annotasse satis erit. Si quis post hæc, & illa, quæ Gretserus obseruauit, ipse etiam velit, Curopalatæ iuuandi gratia, in Iunij versionem, Scholia, & prætermissa inquirere, is non spicilegia, sed prope integram & intactam messem reperiet. Adeo passim à scopo Iunius abit; vt mirandum sit viri* πολυγλώσσου *famam & existimationem eum obtinere; qui in rebus, etiam non admodum abstrusis, toto cœlo aberrat.*

FINIS.

Digitized by Google

ERRATA.

PAg.18. verſ.22.appetitiones. pag.166.v.14.doctrina. pag.175.v.8.etiam. pag.158.v.24.Sepulueda. pag.178.v.15.frequentatis. pag. 207. v.7.ſuperiori. p.249.v.14. Συμβεβηκὸς. p.301.v.1.taurum. p.343. v.10.per errorem. p.356.v.23.ſient. p.504.v.5.ſeipſum regere. p.505.v.6.duo extrema verba græca pertinent ad ſequentem verſum. p.406. v.1. quotuplexque. pag.407. v.14. ᾤοιτο. p.414. v.18.tollentur. p.612.v.9.reprehendendi. p.415.v.27.modius. p.417. v.11.vtrumque. p.418.v.10.nummum. p.421.v.24. repetundarum. p.423.v.16.dicitur. p.224.v.9.æris. p.425.v.5.in cenſorum. p.430.v.1.maximæ. p.433. v.20.virtute. p.ead.v.22.diuitum. p.ead.v.vlt.vocatum. p.435.v.23.premitur. p.eadem.v.28.ſciret. p.436.v.1.non. p.437.v.14.igitur. p.ead.v.17.morte. p.ead.v.18.præda. p.438.v.1.non. p.ead.v.6.ſeruo. p.ead.v.7.queritur. p.439.v.24.munera. pag. 438.v.8.Carion: p.440.v.12.ira. p.ead.v.25.νόμον. p.442.v.3.plebs. p.447.v.27.altero. p.448.v.11. atque. p.eadem.v.12.alteram. p.ead.v.13.ratione. p.ead.v.21.hoc. p.ead.v.22.præditas. p.ead.v.26. hæc. pag.449.v.vlt.facultates. p.453.v.8.at quæ. p.454.v.17.λυχῷ. p.458.v.14.coniunctè. p.460. v.24.ᾧ. pag.461.v.24.ὑκ. p.462.v.26.hominem. p.463.v.19.præcipuè videtur. p.464.v.13.confundit. p.ead.v.22.νῦν ἔχοντες. p.467.v.15.καὶ ποιητὸν. p.471.v.9.παραδόσεως. p.ead.v.15.ſententia. p.472.

v.3.Θεω-

Digitized by Google

v.3.Θεωρητικὰς. p.ead.v.13.κυνηγετικὴ. p.ead.v.27. aliæ. p.474.v.3.senator. p.ead.v.8.ὑγείαν. p.475. v.1.φρόνησιν. p.ead.v.17.πάθος. p.ead.v.23.φρόνησιν. p.478.v.2.μανθάνει. p.ead.v.10.ἡμιθέων ὀρφέα. p.480. v.26.μαργείτῃ. p.481.v.2.versum. p.ead.v.4.πάντα. p.ead.v.8.ἐνδεχόμενα. p.ead.v.23.lutea. p.484. v.12.quæ. p.485.v.10.quæ. p.eadem.v.22.ὅσοιπερ. pag.486.v.2.ἀποπλασμάτια. p.487.v.1.ἀνθρώπων. p.ead.v.19.Συνέστηκεν. p.488.v.1.Σωμάτων. p.ead.v.5. de natura. p.ead.v.7.Neu. p.489.v.3.αἰσθητὸν. p.ead. v.7.γραφὴ. p.492.v.vlt.καθέκαστόν. p.493.v.15.φροήσεως. pag.495.v.21.λεγόμενον. p.496.v.9.agere. p.507.v.9.θηριώδεις. p.508.v.11.ἀναντάποδοτον p.516. v.26.delectari. p.519.v.26.indicetur. p.523.v.21. Phœnissis. p.526.v.7.viros. p.ead.v.18.Argyropyl. p.529.v.19.querelarum. p.530.v.4.Ἡ. p.535.v.4. ἀνταπνδοτέον. p.545.v.9.Domus. p.547.v.1 quæ. p.554.v.vlt.auctore. p.558.v.vlt.pius. p.560.v.2. pietatis. p.ead.v.penult.Gracchorum. p.562.v.9.bullas. p.579.v.10.ita eis. p.595.v.7.habebit. p.ead.v. 8.aliquas. p.606.v.27.indigum. p.607.v.9.conueniat.p.619.v.9.ἑκάστῳ.p.629.v.3.Promethei. p.636. v.7.auelli. p.ead.v.8. videaris. p.719.v.12.φιλόμυθος. p.718.v.5. musica. p.737. v.20.admisceatur. p.738.v.6.Troianos. p.443.v.6.patris. p.446.v.12. dele notam interrogationis.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Österreichische Nationalbibliothek
+Z15566330X

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google